EXERCITATIONES CRITICAE

Henricus van Herwerden

SPICILEGIUM VATICANUM.

SPICILEGIUM VATICANUM

CONTINENS NOVAS LECTIONES IN

HISTORICORUM GRAECORUM EXCERPTA,

QUAE PRIMUS EDIDIT ANG. MAIUS,

PROLATAS E PALIMPSESTO VATICANO DENUO EXCUSSO ADDITIS COMMENTARIIS CRITICIS CUM IN RELIQUORUM TUM IN DIODORI, ETIAM QUAE ALIBI EXSTANT, EXCERPTA

SCRIPSIT

HENR. VAN HERWERDEN,
Phil. Theor. Mag. Lit. Hum. Dr.

LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD E. J. BRILL.

MDCCCLX.

Ἡμῖν δὲ τὰ μὲν γραφέντα καλῶς μὴ μετεχέτω φθόνου, τὰ δ᾽ ἀγνοηθέντα τυγχανέτω διορθώσεως ὑπὸ τῶν δυνατωτέρων.

Diodorus Siculus.

IOH. BAKIO

ET

CAR. GABR. COBETO

VIRIS CLARISSIMIS

EDITOR.

A diuturna peregrinatione, quam Vobis imprimis auctoribus quatuor abhinc annis suscepi, in patriam redux, hunc ego Vobis, viri humanissimi, offero libellum, qui speciminis instar sit eorum studiorum, quibus per triennium in publicis Italiae maxime Hispaniaeque bibliothecis operam navare mihi contigit. Qua quamquam laetor occasione oblata testificandi quantopere vos amem et suspiciam, admixta tamen est laetitiae meae non levis sollicitudo, quod tantis viris, quanti Vos estis, digniora proferre virium mihi mea imbecillitas negavit.

Solent fere, qui dedicatoria scribunt, praeconio laudes efferre eorum, quorum quasi patrocinio ingenii sui fetum commissuri sunt. Quorum ego, viri celeberrimi, exemplum si sequerer, non parum mihi viderer ineptire. Nempe ita sapienter a natura institutum est, ut laudari cupiamus ab iis, qui et ingenio et doctrina nos aut superent aut certe

aequiparent, laudes contra eorum, qui tum sagacitate tum eruditione nobismet ipsis sint longe inferiores, algere nobis atque adeo sordere consuerint.

Verum quos laudare neque licet neque decorum est eos tamen, quantum natura siverit, imitari atque intentis viribus longo quamvis intervallo sequi et hucusque mihi libuit et libebit, opinor, in posterum.

Qui Vos, viri clarissimi, ad summum doctrinae fastigium evexere duces, ingens literarum amor vehemensque verae laudis cupido, iidem duces me quoque a puero inde habuere sequentem. Despondendumne mihi sit per aspera tendenti, quo illi ducunt necne, Vestrum erit perlecto hoc opusculo iudicium.

Si quid vero e Vestra sententia profeci in ea arte, quam summus criticus RICARDUS DAWESIUS *in praeclari sui operis praefatione haud sane iniuria verbis Aristophaneis* χαλεπώτατον ἔργον ἁπάντων *vocasse videtur, illos ego qualescunque progressus primum egregiae vestrae institutioni debere mihi videor, deinde pro parte saltem illi peregrinationi, quam ut perductis ad finem studiis Academicis susciperem permisit mihi optimi patris in re tenuiore non vulgaris liberalitas. Quod autem diutius peregre degere mihi licuit, quam domesticae mihi facultates permisissent, Tibi imprimis debeo, clarissime* BAKI, *quo maxime auctore, suffragante Illustrissima Academia Regia, Summus qui a rebus internis Magistratus dicitur ex aerario mihi et amicissimo, quem nostis, itineris comiti erogavit pecuniae summam, qua* τῶν ἐφοδίων μέρος τι *nobis compensaretur. Taceo enim iam quantum Tu auctoritate Tua et consilio peregrinantibus nobis profueris.*

Quod autem attinet ad meas investigationes, quarum hoc opusculum non nisi γεῦμα *quoddam est et ad maiora, ut*

spero, προγύμνασμα, Vos, viri clarissimi, ut aequos iudices decet, non aliter, sat scio, sententiam de illarum valore feretis, nisi habita ratione eorum, quae hodie peregrinanti philologo agenda supersunt. Saepe, quum in bibliothecis illis Italiae inclytissimis, Vaticana, Medicea, Ambrosiana, Marciana, aerumnoso labore vetustos libros manuscriptos, non indecoro pulvere sordidos, *perscrutarer, avide quaerens, an hic illic scriptoribus antiquis misere habitis salutem afferre possem; saepe, ut candide fatear, non sine invidia subiit mihi memoria illorum temporum, quibus incogniti antehac scriptores, capitalia iidem interdum veteris aevi ingenia, subinde e bibliothecarum tenebris protrahebantur in lucem, gloriae suae partem haud sane spernendam impertientes iis philologis, quibus primis eos reperire et publici iuris facere contigisset! Sed aliis nunc vivitur temporibus. Spes enim hodie superest propemodum nulla, ut opus aliquod ex tanto deperditorum librorum Graecorum Latinorumve numero aut in Hispania aut in Italia reperiatur, quod vere ἕρμαιον appellari possit. At vel sic tamen multum abest, ut ea rei criticae pars, quae diplomatica vocari solet, proposito suo perfuncta sit et officio. Restat enim, cum in aliis Italiae bibliothecis tum in Vaticana maxime, codicum vetustorum numerus non ita exiguus aut nondum aut adeo negligenter excussorum, ut quam operam in eo negotio vel instituendo vel retractando collocaveris te minime perditurum esse, tuto tibi persuadeas.*

Verum alius praeter varias, quas vocant, lectiones fructus ex evolvenda et perscrutanda diversissimarum aetatum quam maxima librorum copia manuscriptorum colligi potest, ipsis illis scripturae discrepantiis, si quid iudico, longe laetior atque uberior. Artem dico, nisi peritiam vocari malis, palaeographicam, cuius ope intelligimus, quam pronis erro-

ribus indocta librariorum turba vocabula diversissima inter se confundere potuerit, quomodo iidem non vocabula tantum vocabulorumque partes, sed integros subinde versus totasque sententias omittere; quae in margine olim adscriptae aut inter versus suprascriptae legebantur adnotatiunculae, glossemata, interpretamenta, et quidquid est huiuscemodi, textui inserere, sexcentaque, ne longus sim, diversi generis peccata committere consuerint. Adde correctorum inscitiam et levitatem, lectorum malam sedulitatem stuporemque saepe incredibilem, interpolatorum denique impudentiam atque ineptias plane pueriles. Quibus omnibus agnitis, quis sanus non ex animo sibi evellat penitus insitam istam plerisque philologorum sed ridiculam superstitionem; vetustorum dico librorum traditaeque scripturae absurdam reverentiam, cui si indulgeamus, rectum iudicium una cum sensu veri atque pulchri (quae arctissimo vinculo inter se coniuncta esse recte Francogallus ille poeta intellexit) funditus pessumdetur necesse est? Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, *viri excellentissimi, sed* ὑμῶν πάρα *haec didici. Quae quam fuerint ab omni parte vera ipse codicum usus peregre degentem me docuit, et doctrinam iamdudum mihi probatam plane certam esse atque indubitabilem mei mihi oculi egregie confirmarunt.*

Ferme me eo ducit oratio, ut magnam utilitatem, quam criticus e scientia palaeographica capere possit, demonstraturus esse videar. Nec tamen ita prudens sciensque ineptiam, ut illius μὴ γλαῦκας Ἀθήναζε *immemor de ea utilitate tiro in re critica scribam ad triarios. Praeterea res est a multis saepe decantata, neque, ut opinor, admodum obscura; luculentissima certe atque evidentissima Vobis, qui non solum eam disciplinam vehementer commendare soleatis, sed etiam (quod longe maximum est) vestro*

exemplo quanti facienda sit abunde probetis. Missa igitur disputatione prorsus inutili, malo potius huius libelli originem vobiscum communicare.

Florentiae, in nobilissima urbe, quum tempus vernum et aestivum anni MDCCCLVII *transigebam, familiariter utebar Germano quodam philologo non obscuro quidem sed propter raram ipsius modestiam multo minus cognito, quam meretur,* Theodorum Heysium *dico, perelegantis virum ingenii, cuius prae ceteris, quae plurima de literarum republica bene meruit, in vulgus nota est lepida lepidissimi poetae Latini editio, cui versionem addidit Germanicam metricam adeo venustam, ut iure quodam suo Germani* Catullum *hodie poetam sibi suum vindicare posse videantur. Is Romam profecturo, et quaerenti qua in re potissimum per temporis spatium non ita longum, quod in illa urbe degere decreveram, operam meam collocarem, auctor mihi exstitit, ut excerpta e* Diodoro, Dione Cassio *aliisque quibusdam historicis, quae primus e palimpsesto codice Vaticano edidit* Angelus Maius *in scriptorum veterum novae collectionis Tomo II, denuo cum illo codice conferrem. Excerpta e* Polybio *iam ipse Heysius ad eiusdem libri iterum excussi fidem multo accuratius, quam olim fecerat Maius, de novo edidit; imo adeo feliciter in eo negotio versatus est, ut, si quis noverit miseram palimpsesti conditionem, singularem viri diligentiam et fere incredibilem oculorum aciem, qua integras saepe sententias, de quibus legendis Maius desperaverat, auctori suo reddere ei contigit, satis nequeat admirari. Laudans illum me ipsum invitus reprehendo;* τὸ δ' ἀληθὲς νικάτω. *Aquilinos mihi oculos negavit natura; et tamen tales fere eiusmodi negotium requirit. Nihilominus ipsa, fateor, difficultate nonnihil allectus, Romam postquam veni, manus operi admovi, quod si non ita feliciter*

mihi cessit ac speraveram, magnis tamen, *quemadmodum olim Phaethon*, ausis excidi.

Codex iste Vaticanus his verbis describitur a Maio in operis sui Praefatione pag. XXXI: *„Est hoc volumen formae „prope maximae, cursim quidem minoribus litteris sed tamen „elegantibus scriptum saeculo circiter decimo cum lemmatibus „in margine rubricatis, cumque asteriscis, qui vel carmen „vel oraculum vel aliud quodvis notabile passim designant. „Splendidus sane palmarisque olim codex aulaque Byzantina „dignissimus, verum idem postea saeculo circiter* XIV *alio „Graeco notissimi argumenti superimposito scripto obscuratus „impeditusque fuit foliis perversis omnibus, partim vero „etiam abiectis. Equidem simul ac primo ad hoc magnum „volumen accessi, idque facili intuitu rescriptum cognovi, „quamquam in hoc laboris genere non sum tiro, nihilominus „prosperum rei exitum, quem postea nactus sum, vix speravi. „Erat enim, ut dixi, minutum scriptum sub alio item mi- „nuto sepultum et obrutum, quod contra in aliis palimpse- „stis est, qui grandiorem multo ac speciosiorem scripturam „sub minutiore recenti conspicuam exhibent." Post pauca, quae apud ipsum legantur, in hunc modum pergit. „Et „primum quidem chemicis adiumentis diuturnis atque effica- „cibus sepulta prorsus atque oculos fugiens scriptura sus- „citanda fuit, ita ut eius apices iam diu deleti atque in- „termortui colorem aliquem traherent, et sub novi scripti „velamine promicarent. Cave tamen putes paratum ita co- „dicem facile protinus ac iaculariter legi, quin imo hoc „Sisyphium saxum conatu prope infinito atque innumeris vici- „bus pervolutandum est, isque labor in hoc diutius summe- „que palimpsesto me torsit, minutis, ut dixi, litteris exa- „rato tantaeque molis, ut* CCCLIV *lati moduli paginas ha- „beat, quarum singulae versibus haud minus* XXXII *occu-*

„pantur, cet." Huic codicis descriptioni nihil habeo quod addam, praeter numerum, quo in catalogo conspicitur notatus, quem numerum Maius, nescio an de industria, memorare supersedit. Est igitur inter Vaticanos num. LXXIII, *quemadmodum primus Heysius homines literatos docuit in editione sua excerptorum Polybii.*

Verissima autem sunt, quae de legendi huius rescripti codicis difficultate Maius conqueritur, quin et fatendum est virum eminentissimum in negotio supra quam dici possit arduo revera non tironem se praestitisse. Cernebat enim acute et prorsus admirabilis est perseverantia, qua scripturam fere obliteratam, paucis quibusdam paginis exceptis, legere felicissimo ut plerumque successu conatus est. In tanto tamen opere non raro eum lapsum esse, nemo mirabitur, qui reputaverit, solidiorem illam accuratioremque veterum linguarum doctrinam, qua Angli, Germani et nostrates inde a pueris in scholis publicis informari solemus, recentiori saltem aevo Italis, genti ceteroquin a natura ingenii dotibus magnifice instructae, prorsus deficere. Maium igitur qua tempestate vivebat omnium Italorum, ut ipsis videbatur, doctissimum, cuiusque merita in literas Graecas Latinasque omnes philologi grati agnoscimus, incredibile dictu est quam saepe offendas impingentem in declinatione, in coniugatione, ut verbo dicam, in primis etymologiae Graecae elementis. Nimis vero impigerrimi cardinalis errores exagitare nolo, tum quia ipse, si quid deliquero, (et plurimum abest, ut hoc meum opusculum vitiis vacare putem) ab aequo lectore et a Vobis imprimis, viri eruditissimi, veniam me impetraturum esse spero, tum quia vere olim Archilochum cecinisse puto:

οὐ γὰρ ἐσθλὰ κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσι

et Simonidem: πάμπαν δ' ἄμωμος οὔτις.

Hodie autem, quod valde dolendum est, antiquae scripturae conditio longe longeque miserior est quam fuit, quo tempore Maius eam primus detexit. Scilicet aliquando mihi accidit, ut integros versus, quos olim ille satis commode legerat, vix ullis relictis vestigiis disparuisse animadverterem. Chemica autem adiumenta, quibus ille tunc ubique locorum et interdum, ut fit, iusto profusius usus est, fuere causa, ut sensim palimpsestus fuscum colorem duxerit; quare, quo tempore eum conferebam, ioci causa il carbonaccio *sive carbonem hunc librum Vaticanae bibliothecae praefecti vocare solebant. Quae res legendi difficultatem non mediocriter mihi auxit. Non nisi is, qui hunc aut similem codicem rescriptum manibus triverit, fidem mihi habebit affirmanti haud raro evanescentem istam scripturam ipsum Proteum superare mira diversitate formarum, in quas se singulae literae intuenti subinde induere videantur, donec vix tandem* τετληότι θυμῷ, *quemadmodum olim Menelaus, nitenti felix coniectura Idotheae vice perfungens, quid revera scriptum sit, lectori patefecerit. Tantum vero abfuit, ut mihi quoque chemices auxilium invocare liceret, ut et bibliothecae praefecti et servitores legentem me continuo anxie observarent, ne quid scilicet detrimenti caperet carbo Vaticanus.*

Haec fere sunt, viri celeberrimi! quae de hoc meo opusculo praemonenda esse iudicavi. Vos, quaeso, id eadem, qua hucusque me prosecuti estis benevolentia, accipiatis, pergatisque mihi studiisque meis favere, quod egregie facitis.

Scribebam Leidae Kalendis Iuniis MDCCCLX.

INTRODUCTIO.

Criticum est, ut inspicientibus sponte apparebit, huius libelli argumentum; id vero duplici nomine: partim enim ad criticam diplomaticam quam vocant, partim ad coniecturalem pertinet; quae ambo criticae artis capita, si quantum eius fieri posset separatim tractarem, melius me consulturum esse putavi facili ac commodo conspectui eorum, quae publici iuris facturus essem, quam si codicis palimpsesti lectiones inter adnotationum coniecturalium farraginem occultarem et quasi sepelirem. Qua causa motus sic agere mecum constitui ut, quem ordinem Maius in scriptorum veterum nova collectione secutus est, hunc et ipse sequens deinceps observationes proponerem in fragmenta Diodori siculi, Dionis Cassii, Anonymi, qui continuavit Dionis Historiam usque ad Constantinum imperatorem, Eunapii, Dexippi et Menandri, praemittens singulis quos tractaturus essem scriptoribus dispositas ordine lectiones, quas palimpsestus collatus cum editione M. mihi aut exhibuit; aut (id, quod diligenter ubique indicandum esse duxi,) saltem exhibere videbatur. Quas autem hic illic inter eas lectiones interposui emendationes prorsus necessarias, eas, quamvis plurimas iam factas ab aliis, nonnullas quoque iam receptas in textum postea intellexi, tamen ideo silentio premere nolui, quia conferendo codici intentus id semper agebam, ut primum indagarem, an lectionum monstra, quae quam plurima habet M. editio, revera ita in codice exarata essent; deinde, sicubi ipsius libri manuscripti manifestus error appareret sollemnium quorundam huius scribae σφαλμάτων cog-

nitione adiutus certam laboranti vocabulo medicinam compararem. Quod autem ad eiusmodi inventorum gloriolam, si qua est, attinet, eam lubentissime integram cedo iis, qui non inspecto codice primi viderint, quid aut sensus aut Graecitas requireret. Contra feci in adnotatione critica, in qua si quid a me scriptum invenietur, quod iam alii viderint et adnotaverint, ab imprudente atque inscio factum esse, tuto tibi, candide lector, persuadebis. Non is sum, qui aut laudem captans in anem aut meis parum confisus viribus ineptus graculus pennis me pavonum ornare velim. Solum vero et unicum huius opusculi consilium hoc est, ut et ipse pro virili parte aliquid conferam ad emendatam lectionem excerptorum ex historicis Graecis, quas servavit nobis Constantini Porphyrogeneti studium atque diligentia. Haec pauca de libelli mei ratione et scopo praemonuisse sufficiat. Plura de codice Vaticano rescripto scire cupientes relego ad ea, quae disputavi in dedicatione. In edenda autem collatione, postquam diu multumque dubitavi, an operarum quoque vitia indicarem necne, tandem, quia res erat valde ambigui iudicii essetne aliquis error librario, Maio, an typographis tribuendus, malui nimiae diligentiae quam negligentiae accusari, ideoque omnes errores, quos in Maii editione inter conferendum deprehenderem, quorum culpa librarius vacaret, sedulo mihi adnotavi, et nunc una cum ceteris communicabo cum harum rerum studiosis.

CONFERTUR PALIMPSESTUS VATICANUS

CUM EXCERPTIS E DIODORO SICULO EDITIS A MAIO.

pag. ed. Maii.	pag. cod. Vat.	vs.	Lectiones sec. Mai.	Lectiones, quas revera exhibet codex
2	255	6	π ι θαρχήσουσι	π ε ίθαρχήσουσι
»	»	8	ἡμε τ ρ ίοισι	ἡμε ρ ίοισι
»	»	20	περιποιησ ό μενον	περιποιησ ά μενον
»	»	24	Neglexit M. verba in margine haecce: (ὅτι) ἡ Πυθία ἔχρησε τῷ Λυκούργῳ περὶ τῶν πολιτικῶν οὕτως; quae post vocab.: ἄλλο δέ οὐδὲν textui sunt inserenda; quibus separentur duo oracula toto coelo diversa.	
3	»	26	ἰχερόεσσα	ἰσχερόεσσα (sic; ap. Plutarchum recte ἱ μ ερόεσσα.)
»	»	27	εὐθείην ῥήτρας	εὐθείης ῥήτρας
4	256	3	ὑπ' ἡ ῷ	ὑπ ν ῷ
»	»	4	τῶν κ α ι νῶν πολέμων	τῶν κ ο ι νῶν πολέμων
»	»	7	πλεῖον αὐτούς	πλέον αὐτούς
5	»	24	πάλιν ὁ 'Ρέμος	κ α ὶ πάλιν ὁ 'Ρέμος
»	»	27	τοῦτο πρά ξ ε ι	τοῦτο πρά τ τ ε ι ν
6	325	1	καὶ | γὰρ καί	καὶ γὰρ καί |
7	»	25	τέχν ε σ σιν	τέχν ε σ ιν (i. e. τέχναισιν)
8	326	12	τὰ λοιπὰ τῶν ζῴων	κ α ὶ τὰ λοιπὰ τῶν ζῴων
»	»	15	εὐσεβείας de suo addidit M.	
»	»	16	τῆς γάρ	τῆς τε γάρ

p. e. M.	p. c. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. cod.
8	326	22	τὸ δὲ πρότερον	τόδε δὲ πρότερον
9	»	31	παρ' ἐκ θεόν	παρὲκ θεοῦ
9	207	1	παρά τινος	παρά τινων
»	»	2	τὰ πράγματα	πράγματα
»	»	5	καὶ μετὰ πολλῆς	haec vocabula bis scribuntur in codice.
10	»	10	Δυρίδην	Μινδυρίδην (manifesto.)
»	»	11	πρὸς αὐτόν	πρὸς αὐτούς
»	»	15	ὅταν αὐτός	ὅταν ὁ αὐτός
»	»	16	ἐμήνισε	ἐμήνυσε
11	»	27	γενείου	ἀγενείου
»	»	29	Σατύριον	Σατυρίου
»	»	32	ἀγακλέος	ἀγακλέες
»	208	2	συνώνυμον	συνομώνυμον
12	»	11	ἀπαντίον |	ἀπαντ . . . | (terminatio non apparet.)
»	»	20	ἤχρησεν	ἔχρησεν
13	»	31	ἐγριμάχης	ἐγρεμάχης
»	345	2	post Απόλλων M. neglexit integrum versum codicis huncce: | ταῖς γὰρ εὐημερίαις Φυσικῶς ἀντικαθήμενος Φθόνος καθαι- | : praeter ultimas quinque syllabas.	
14	»	19	ὠφέλοιτο	ὠφελεῖτο
15	346	14	τά τε ὄντα	τά τ' ἐόντα
»	»	17	ὑπερβεβαλῆσθαι	ὑπερβεβλῆσθαι
16	»	28	παρὰ γῆραν	παραγηρᾶν
»	347	4	ἀρχήροτα	ἀρηρότα
17	»	18	μεδὲν ἄγαν	μηδὲν ἄγαν
»	»	24	ὀμώσαντες	ὀμόσαντες
18	348	1	οὐκ ἐᾷ τὰ γράμματα	οὐκ ἐᾷ με γράμματα
»	»	3	τοιαύταις	τοσαύταις (male tamen.)
»	»	9	Φέροι	Φέρῃ (recte; itaque pro εἴη rescribas ᾖ.)
19	»	13	τὰ ἄλλα τὰ	τὰ ἄλλα τε

p. e. M.	p. c. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. cod.
19	348	16	τὸν ἅπαντα | χρόνον	τὸν ἅπαντα χρόνον
20	201	2	τὸ ταύτῃ δεόντως	τῷ ταύτην δεόντως (bene corr. M)
»	»	8	σιλᾶν	συλᾶν
»	»	10	Ἀμφιτρίτης	Ἀμφιτρήτης (sic.)
»	»	11	ἱεραῖσιν	ἱερῇσιν
»	»	13	βοῦν χαλκοῦν	βοῦς χαλκοῦς (male tamen.)
»	»	14	|τὶ φαῦλον	τι | φαῦλον
21	»	25	ἀνδρῶν ἐκ — εἰς δὲ	ἀνδρων δ' ἐκ — ἐκ δὲ
»	»	27	ῥαΐδιον	ῥᾴδιον (male.)
22	202	6	ἀνατάσεως	ἀναστάσεως (male.)
23	339	6	εἶναι | γὰρ — ἀνθρώπων θέσιν	εἶναι γὰρ | — ἀνθρώπου θέσιν
24	»	24	ὁ δὲ ὑπειπὼν	ὁ δὲ | ὑπειπὼν
»	»	29	χρημάτων | ἔφησε	χρημάτων ἔ | φησε
26	340	30	πῶς οὖν	πῶς ἄν
»	249	7	πολὺν ἀργύριον	πολὺν ἄργυρον
27	»	30	πέμψαι	πέμψῃ
29	250	25	αὐτῷ μέλλειν	αὐτῷ μέλειν
30	269	2	δρεξάμενος	δραξάμενος
30	»	20	ἐν οἷς ὅτ' ἐξεῦρε	ἐν οἷς λέγει ὅτι ἐξεῦρε
»	»	16	προβλήματα τὰ μὲν εὗρε τὰ δέ	προβλημάτων τὰ μὲν εὗρε τὰ δέ
»	270	2	ἀσχολοῦσθαι	ἀσχολεῖσθαι
31	»	15	ὑπότασιν	ὑπόστασιν
»	»	22	λυσιτελέστατον	λυσιτελέστερον, quod sensus requirit, sitne scriptum necne, ambigo.
30	»	29	εἶπε ὅταν	εἰπεῖν ὅταν
32	247	10	ὧν ἀρχή	ὧν ἡ ἀρχή
»	»	11	βλέψας δ' ἐς Ἄργος	βλέψας ἐς Ἄργος
33	»	21	λοιμαινόμενον	λυμαινόμενον

p. e. M.	p. e. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. cod.
33	247	28	εἰώθεισαν	εἰώθασιν
34	248	8	ὅτι Ἀριστογείτων	ὅτι ὁ Ἀριστογείτων
»	»	10	τὴν ἐπιβουλὴν ἥν	τὴν ἐπιβουλὴν τήν
»	»	16	Φίλου οὕτως	Φίλου ὄντως
»	»	27	ἔχων	ἔχων |
36	253	19	βλασφημεῖν	βλασφη | μεῖν
38	279	14	ἀφηθήσεσθαι	ἀφεθήσεσθαι
39	»	27	καταδίκως	καταδίκης
42	265	5	πρὸς τῶν ὅλων	πρὸς τὴν τῶν ὅλων
»	»	16	δωρυκτήτου	δορικτήτου
43	»	21	πολυπραγμονῆς	πολυπραγμονῆσαι
»	»	23	ὑπὲρ ἀρχὴν γάρ	ὑπερβολήν γάρ
»	»	26	δορύκτητον	δορίκτητον
44	266	13	ἐπὶ δείπνου	ἐπὶ δεῖπνον
»	»	23	διότι τὸ μέν	διότι τὰ μέν
»	»	24	ἠγνόηκεν	ἠγνόησεν
45	»	28	περιθεὶς αὐτῷ	περιθεὶς αὐτὸν (L. αὐτῷ τὸ)
»	271	2	οὐκ ἐφέξεται	οὐκ ἀφέξεται
46	»	16	νῦν μένοντος	νῦν μὲν ὄντος
47	»	27	ἀνήκοντα χώραν	ἀνήκοντα κατὰ χώραν
48	272	18	φάλαγγα μαχοῦντες	φαλαγγομαχοῦντες
49	»	28	ὅτι τῶν	ὅτι ὁ τῶν
»	167	4	ἀπολετεσμάτων	ἀποτελεσμάτων
»	»	8	ταύτης ναυμαχίας	ταύτης τῆς ναυμαχίας
»	»	15	γενομένον, πνεύματος	γενομένου, τοῦ τε πνεύματος
50	»	16	τὰ σκάφη	τὰ σκαφίδια
»	»	27	εὔνοιαν λαμβάνειν	ἔννοιαν λαμβάνειν
»	»	29	δουλίας	δουλείας
»	168	5	τὸ τῆς πατρίδος ἐν τοῖς	τὸ τῆς πατρίδος ἔθος ἐν τοῖς
51	»	15	ὅτι Ξανθίππης	ὅτι ὁ Ξανθίππης (l. Ξάνθιππος.)

p. e. M.	p. e. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. codex.
51	168	25	ἅπαντος τοῦ	ἅπαντας τοῦ
53	129	17	ἔπεμψε κήρυκας	ἔπεμψε κήρυκα
»	»	18	Φουνδάνιος	Φονδάνιος et mox Φονδανίου
»	»	21	τετυχέναι	τετευχέναι
54	130	12	παρεσχομένην	παρεσχημένην
55	»	24	ἐπ' αὐτῆς πείρας	ἐπ' αὐτῆς τῆς πείρας
56	»	31	τὰς εὐημερίας	τάς τ' εὐημερίας
»	»	32	ὅτι δύω πόλεις	ὅτι αἱ δύω πόλεις
»	219	1	μεγάλην ἔχει	μεγάλην | ἔχει
»	»	5	ταῖς ἐμπειρίαις	ταῖς ἀρεταῖς καὶ ταῖς ἐμπειρίαις
57	»	19	πότερον ἄν	ὁπότερον ἄν
»	»	30	εὐτυχωτάτως	εὐτυχεστάτως
58	220	5	βαρέως ἔφερε	quid legatur, hodie distingui nequit; rescribendum vel πρᾴως vel ῥᾳδίως, sed illud praetulerim.
60	123	12	Ἰνδιβέλης	ὁ Ἰνδιβέλης
61	»	15	Ἀσδρουβας	Ἀσδρου | βας
»	»	27	δυσιδαιμονίαν	δεισιδαιμονίαν
62	124	1	Σύφακα	Σόφακα (male), et mox vs. 12 Σόφακος.
»	»	9	ἠτυχηκότας ἐλέους	ἠτυχηκότας ἐλέου
»	»	16	εἰς λυμένα	εἰς λιμένα
63	»	31	εὐτυχηκότων	τῶν εὐτυχηκότων
»	331	3	ἀντικάθητος λοιμαινόμενος	ἀντικάθηται λυμαινόμενος
»	»	4	οὐδὲ γάρ ἐστιν μετὰ τὸν	οὐδὲ γάρ ἐστι μέγα τὸν (ut legere mihi videor.)
»	»	7	ἐπιλαν | θανόμενοι	ἐπι λα | θομένοι
64	»	12	ἑστηκεῖαν ἔχει	ἑστηκυῖαν ἔχῃ
»	»	16	τοῦ βίου	τοῦ | βίου

p. e. M.	p. e. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. codex.
64	331	21	ἐλέους τύχῃ	ἐλέου τύχῃ
»	»	22	εὐεργεσίαν	εὐεργεσίαν |
65	332	11	γενέσθαι	γίνεσθαι
66	»	25	εὖ βουλομένων	εὖ βουλευομένων
»	»	31	τυγχάνειν ἐλέους	τυγχάνειν ἐλέου
»	»	29	Φιλανθρωπείας	Φιλανθρωπίας
»	211	1	τις τὸν νόμον	τις νόμον
»	»	7	ὅταν τοῦ νικᾶν	ὅταν ἡ τοῦ νικᾶν
»	»	10	εὕροιτο τούς	εὕροι τούς (Maio fraudi fuit scriptura superior, ad quam istud το pertinere videtur.
»	»	12	δημοκρατ|ίᾳ	δημοκρατίᾳ
67	»	16	καταδιώξασιν	μεταδιώξασιν
»	»	19	ὅτι ὁ Μάρκος	ὅτι Μάρκος (ο est vestigium recentioris scripturae.)
»	»	30	ἀθροί|ζουσι	ἀ|θροίζουσι
68	212	9	ὅτι ὄντος τοῦ Ἀντιόχου τοῦ |	ὅτι ὄντος τοῦ | Ἀντιόχου τοῦ
»	»	10	παραγενήθησαν	παρεγενήθησαν
»	»	12	ὑπὸ Πτολεμαῖον	ὑπὸ Πτολεμαῖον καὶ Φίλιππον
»	»	13	ναυμαχικάς	ναυτικάς
»	»	24	ὅτε εἰσίν	ὅτι εἰσίν
70	»	26	ὡς τοῦτο πράξειν	ὡς τοῦτο πράξων
71	296	19	αὐτῷ μέλλειν	αὐτῷ μέλειν
75	197	1	ὅτι Ῥωμαῖοι	ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι
»	»	8	ὅπως μὲν εὐνοῦχος	ὅπως ὁ μὲν εὐνοῦχος
»	»	10	τοὺς Ἄρεος	τοὺς Ἄρεως
»	»	»	ἀγῶνας ἐδέξατο	ἀγῶνας ἤλλαξατο
»	»	16	ἔχοντες τ' ἀξιόχρεον	ἔχοντες ἀξιόχρεων
76	»	33	ταχὺ καὶ σφισὶν αὐτοῖς	ταχὺ καὶ τῷ πολέμῳ καί σφισιν αὐτοῖς

p. e. M.	p. c. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. cod.
76	193	4	τῶν συναχθέντων	τῶν συναχθέντων χρημάτων
77	»	21	μειρακίου	μειρακείου (sic)
78	333	12	καὶ μνήμης ἔχειν	καὶ διὰ μνήμης ἔχειν
79	»	32	κατεκεχώριτο	κατεκεχώριστο
81	334	26	τεθαυρικότας	τεθησαυρικότας
»	125	5	εὐουχηθέντων	εὐτυχηθέντων
82	»	24	καὶ ἀληθὲς	καὶ τἀληθές
»	»	31	ὡς ἐπίπαν οἱ	ὡς ἐπίπαν γὰρ οἱ
»	»	»	δὶ αὐτὸ μέγεθος	διὰ τὸ μέγεθος
»	126	2	εἶναι ψυχῆς |	εἶναι | ψυχῆς
83	»	18	ὄνομα ἦν	ὄνομα πρότερον ἦν
»	»	22	καὶ νῦν ὁμοίως	καὶ νῦν ὡς ὁμοίως (sic.)
84	»	29	τελευτησάντων |	τελευτησάν | των
»	161	15	θυμάζειν	θαυμάζειν
85	»	25	τούτων ῥηθέντων	τοῦτον (sic) ῥηθέντων
»	»	28	μεγάλοις	μεγάλαις
»	»	32	ἀναστρέψαι	ἀνατρέψαι
86	162	11	βασιλεύς	ὁ βασιλεύς
»	»	12	οἰκτῷ	οἰκτρῷ
»	»	21	περιπείαν	περιπέτειαν manifesto cod.; suum ipsius errorem correxit M.
»	»	24	ὑπὸ τῶν τῆς	ἀπὸ τῶν τῆς
87	»	28	ταρύχου	ταρίχου et sic vs. 32
88	169	15	κύβδηλα	κίβδηλα
»	»	25	δυσκυνησίαν	δυσκινησίαν
»	»	28	τὴν μεγάλην	τὴν μεγίστην
89	»	29	ἐν Κελτιβηρίᾳ	ἐν τῇ Κελτιβηρίᾳ
»	»	32	ἐξεπέστειλε	ἐξαπέστειλε ipse cod.; ut correxit scil. M.
»	»	»	τοὺς κωλύοντας	τοὺς κωλύσοντας
»	»	33	ἐν αἷς ἦν ἐπὶ πολλοῖς	ἐν αἷς ἦν σὺν ἄλλοις

p. e. M.	p. e. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. cod.
89	170	4	οὐ καταγορεύουσιν	οὐκ ἀπαγορεύουσιν
»	»	17	τὴν ἐς τὸν πόλεμον	τὴν εἰς τὸν πόλεμον
90	»	21	ἐκεῖνοι δὲ γάρ	ἐκεῖνοί τε γάρ
90	»	26	ὑπολειφθήσεσθαι	ὑποληφθήσεσθαι
»	»	28	Μασανάσην	Μασσανάσσην. **M.** fraudi fuit duplex σ ταχυγραφικῶς pictum.
91	213	8	κεκολαυκέναι	κεκολακέναι
»	»	11	ὑπεσιώπησαν	ἀπεσιώπησαν
»	»	22	παρκαθάπερ	πᾶν καθάπερ manifesto cod.; neque igitur cum M. *Graecum* scil. *adverbium notemus.*
92	»	24	τοὺς καταλύσαντας	τοὺς καταλύσοντας
»	»	25	Λυκίννιον	Λικίννιον
»	»	26	κατετρημένος	κατατετρημένος
»	214	2	παρεκαλεῖτο	προεκαλεῖτο
93	»	18	δεητικὴν προέμενος	δεητικὴν φωνὴν προέμενος
»	»	21	τοσαύτην μεταβολήν	τοιαύτην μεταβολήν
»	»	26	Πολυβίου ἐπιστάτου	πολυβίου τοῦ ἐπιστάτου
»	»	28	κατὰ Ῥώμης	κατὰ Ῥώμην
»	»	»	τούτους στίχους	τούτους τοὺς στίχους
94	»	32	διὰ γὰρ τῆς ὑπερβολῆς	διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολήν
»	135	2	τῶν Ἑλλάδος δυστυχημάτων	τῶν Ἑλληνικῶν δυστυχημάτων
»	»	4	τῶν ἁμαρτανόντων	τῶν ἁμαρτανομένων
95	»	8	τοῖς κεχρηκόσι	τοῖς κεχειρικόσι
»	»	12	τὸ ἀκλήρημα	ἀκλήρημα (om. art.)
»	»	20	ἡπειράθησαν	ἐπειράθησαν et mox ἐξέκαυσε

p. e. M.	p. c. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. cod.
95	135	24	χρεῶν ἀποδόσεις	χρεῶν ἀποκ.... (i. e. χρεῶν ἀποκοπάς, ut opinor.)
»	»	25	χρεωφιλετῶν	χρεωφειλετῶν
96	»	31	μὴ προαιρεῖσθαι δὲ βέβαιον τόδε	μὴ προαιρεῖσθαι· διεβεβαιοῦτο δὲ
»	136	1	ἀπέλειπεν	ἀ | πέλειπεν
»	»	9	ἀπὸ τῶν κρατούντων	ὑπὸ τ. κ.
97	»	13	ἐπερωτησε	ἐπηρώτησε
98	145	5	τοὺς πολιάς	τὰς πολιάς
»	»	9	αὐτῶν ἐχθρούς	αὑτῶν ἐχθρούς
99	»	27	Κόντουβρις	Κόντοβρις
»	»	29	τούσδε τόπους	τούσδε τοὺς τόπους
100	146	16	| ἐμφυλίους	ἐμ | φυλίους
101	»	29	καὶ ἐξαπέστειλε	ἐξαπέστειλε (om. coni.)
»	»	33	προαδικησάντων	προσαδικησάντων (male!)
»	227	1	ὅτι παρὰ τοῖς	ὅτι καὶ παρὰ τοῖς
»	»	8	κατεπείγουσα	κατεπήγουσα (sic.)
»	»	9	ἀποστάτας	τοὺς ἀποστάτας
»	»	11	διὰ πολυχρόνιον	διὰ τὴν πολυχρόνιον
102	»	25	ἐν|τηκέναι	ἐντε | τηκέναι
103	228	28	ἀνακτήσεσθαι	ἀνακτήσασθαι
104	»	31	ἀλλὰ πρακτικώτατον	ἀλλὰ τὸ πρακτικώτατον
»	175	4	ὅτι Ὀκτάβιος	ὅτι ὁ Ὀκτάβιος
»	»	6	αὕτως ἔχειν	οὕτως ἔχειν
105	»	25	τούτων γεμέν	τούτων γεμήν
106	»	13	ἐκκαιόντος	ἐκκαόντος
107	151	7	ἀεὶ γὰρ καινότης	ἀεὶ γὰρ ἡ καινότης
108	»	24	ταμεῖον	ταμιεῖον
»	»	26	ὑποταττομένων	ὑποτεταγμένων
»	»	29	ἀπειθίαν	ἀπείθειαν
»	152	4	ἠγνοεῖτο	ἠγνόει τό
109	»	5	τὴν κατ' αὐτὸν	τὴν κατ' αὐτοῦ

p. e. M.	p. c. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. cod.
110	152	25	ἐδόκει τοῖς ἀκούουσιν	ἐδόκει οὐ τοῖς ἀ.
»	»	27	τοὐναντίον ῥέπειν	εἰς τοὐναντίον ῥέπειν

NB. quae sequuntur usque ad p. 245 cod. ita sunt evanida, ut ne verbnm quidem iis, quae M. vidit, addere potuerim.

111	245	12	καὶ περιχάρακας	καὶ τὰς χάρακας
»	»	»	βουλόμενον	βουλόμενος
»	»	14	καταλύσειν	καταλύειν
113	»	32	ἀναξηραιμένων	ἀναξηραινομένων
»	246	4	Συρακουσίων	Συρακοσίων
114	233	3	ταρύχων	ταρίχων
115	»	26	ὅδε νόμος	ὅδε ὁ νόμος
116	234	11	Φείσασθαι	Φείσεσθαι
117	»	28	πυθανότητος	πιθανότητος
120	232	32	κατασΦάττειν	κατασΦάξειν
121	241	2	ἐὰν τηρήσουσι	ἐὰν τηρήσωσι
»	»	16	οὐδὲ Ῥωμαῖοι	οἱ δὲ Ῥωμαῖοι
122	242	1	ἐπιθυμήσαντας μεταλαβεῖν	ἐπιθυμήσαντας αὐτοῦ μεταλ.
123	»	10	ὡς οὔτε μήτηρ ἡδύς	ὡς οὔτε μήτηρ ἡδε...(sic.)
»	»	13	πολεμεῖς δ' Ἄρεος	πολεμοὺς δ' Ἄρεως (sic.) (f. πολέμοις κτὲ.)
»	»	14	μελῳδαῖς	μὲν ᾠδαῖς
»	»	15	παμνήστωρ	παμμήστωρ
124	»	27	διάτασιν	διάστασιν
»	239	2	ἑ αυτόν	δὲ αὐτόν
126	»	28	ἔΦησεν ὅτι νέος	ἔΦησεν εἰ νέος
127	240	23	δεισιδαιμονείᾳ	δεισιδαιμονίᾳ
129	259	25	Γαλατίαν ἔτι καὶ	Γαλατίαν τε καὶ
»	»	31	Κυρηναϊκήν, Ἀχαίους	Κυρηναϊκὴν ἐπαρχίαν, Ἀχαιούς
»	260	1	κατέχοντα	διακατέχοντα
»	»	2	τὰ ἐν τοῖς τῆς Ποντικῆς	τὰ ἐντὸς τ. Π.
»	»	8	δυσχυλίους — ἀργυρίους	δισχιλίους — ἀργυρίου

p. e. M.	p. e. V.	vs.	Lect. sec. Mai.	Lect. quas exh. codex.
130	260	9	Μάρκος ὁ Κικέρων	Μάρκος Κικέρων
»	»	12	ὁ Κατιλίνας	ὁ Κατιλίνα
»	»	16	εἰ κελεύουσι Κόϊντον Κατιλίναν, pro quibus in textu M. reposuit Λεύκιον Κατιλίναν.	εἰ κελεύουσι Κόϊντον Κάτλον (sic.)
»	»	18	μεταστήσασθαι	μεταστήσεσθαι
»	»	19	ἀναστησάντων νὴ δοκεῖν	ἀναβοησάντων μὴ δοκεῖν
»	»	21	ὅτι διὰ τῆς φωνῆς	ὅτι διὰ τῆς σιωπῆς

OBSERVATIONES CRITICAE IN DIODORI SICULI EX PARTE BIBLIOTHECAE DEPERDITA EXCERPTA TUM VATICANA TUM IN RELIQUA, QUAE ALIUNDE PROLATA SUNT.

Utar editione Diodori, quae cura Immanuelis Bekkeri prodiit Lipsiae Teubneri sumptibus a. MDCCCLIII. in cuius editionis volumine primo et quarto haec excerpta leguntur [1]. Faciam corrigendi initium in pag. 505 vol. I. Nempe foeda laborat interpolatione excerptum quintum ex libro VI in hisce verbis: *ἔσχε δὲ ὁ αὐτὸς Πῖκος [ὁ καὶ Ζεὺς] υἱὸν κτἑ.* Quae enim vocabula uncinis inclusi, male huc pedem intulerunt, repetita ex ipso fragmenti initio: *ὁ δὲ ἀδελφὸς Νίνου Πῖκος, ὁ καὶ Ζεὺς κτἑ.* Neque tamen his contentus idem interpolator iterum eadem vocabula repetere non erubuit versus finem in ipso Jovis epitaphio: *ἔνθαδε κατάκειται Πῖκος, [ὁ καὶ Ζεὺς] ὃν καὶ Δία καλοῦσι*, ubi sunt supra quam dici potest absurda.

Longe diversi generis error castigandus videtur in fragmento VI, ubi de Dioscuris legimus: *καθόλου δὲ ἐπ' ἀ ν δ ρ ί ᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, πρὸς δὲ τούτοις στρατηγίᾳ καὶ ε ὐ σ ε β ε ί ᾳ ἔσχον δόξαν,*

1) Secutus sum hanc potissimum editionem, tum quia propter modicum pretium in omnium eam philologorum manibus esse reor, tum quia est omnium Diodori editionum ultima. Caeterum multis nominibus praeferenda est editio Didotiana a. MDCCCXLII, in qua excerpta curavit Carolus Mullerus, quam editionem, ne acta agerem, diligenter cum Teubneriana contuli. In usum eorum, qui Didotiana editione utuntur, adscribam, ubi a Bekkerianis diversi fuerint, numeros quoque, quos excerptis praefixit Mullerus.

quae verba nemo non monitus mecum, suadente ipsa sana ratione, ita emendabit, ut legamus: *καθόλου δ' ἐπ' εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ, πρὸς δὲ τούτοις στρατηγίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ κτέ.* Suapte enim natura coniunguntur pietas atque iustitia, rei militaris peritia et fortitudo. Exemplo sint, si in tali re exemplo opus, quae mox sequuntur in fragm. XI init.: *ὅτι Ἄδμητος ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ εὐσεβείᾳ κτέ.*

Neglectis iis, quae minoris momenti esse videantur, propero ad oraculum Pythicum, quod Lycurgo datum legitur in exc. XII (XIV § 2) ex libro VII, quodque emendate scribitur praeter unum vs. 5. Videlicet aegre concoquo in verbis: *ἣν δὴ λαοῖς ἡγεῖσθε κέλευθον κτέ.* numerum pluralem in *ἡγεῖσθε*, quia Pythia unum adloquitur Lycurgum, et mox recte sequitur singulari numero: — *τὴν δὴ πεφύλαξο μάλιστα.* An igitur reponendum: *ἣν δὴ — ἡγοῦ σὺ κτέ.*, ut v. c. in oraculo, quod legitur in libri VIII fr. 26: *Σατύριον φράζου σὺ Τάραντός τ' ἀγλαὸν ὕδωρ.*? Videant alii.

Quomodo apud Maium ipsius editoris negligentia duo fragmenta (XIII ap. Bekk.; XIV § 5 ap. Mull.) toto coelo diversa in unum coaluerint, iam verbo monui in collatione ad h. l. Locus igitur constituatur in hunc modum:

Ἁ φιλοχρηματία Σπάρταν ὀλεῖ, ἄλλο γὰρ οὐδέν. —

(*Ὅτι*) *ἡ Πυθία ἔχρησε τῷ Λυκούργῳ περὶ τῶν πολιτικῶν οὕτως·*

Δὴ γὰρ ἀργυρότοξος ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων κτέ.

Quod ad ipsam rem attinet, de qua agitur, conferas Herodotum in lib. I cap. 65 § 4 sic scribentem: *οἱ μὲν δή τινες πρὸς τούτοισι λέγουσι καὶ φράσαι αὐτῷ τὴν Πυθίην τὸν νῦν κατεστεῶτα κόσμον Σπαρτιήτῃσι.* Ceterum in priore oraculo turpi hiatu difformi meo Marte pro *ἄλλο δὲ οὐδὲν* reposui: *ἄλλο γὰρ οὐδέν.* In posterioris oraculi vs. 8 festinantis librarii socordia accidit, ut et metrum et sensus funditus perierint. Nam meis mihi oculis persuasi recte M. in hunc modum legisse:

Μυθεῖσθαι δὲ τὰ καλὰ καὶ ἔρδειν πάντα δίκαια,
Μηδέτι ἐπιβουλεύειν τῇδε πόλει.

Quae Bekkerus, praeeunte, Mullero, constituit sic:

μηδέ τι βουλεύειν τῇδε πόλει . . . .

fortasse non male; nam potuit in fine excidisse v. c. *βλαβερόν*.

Ipse conieceram:

μηδ' ἐπιβουλεύειν (μήποτε) τῇδε πόλει.

Mancum est fragm. XVIII (XVII) initium: *ὅτι Περδίκκας τὴν ἰδίαν βασιλείαν αὐξῆσαι βουλόμενος ἠρώτησεν εἰς Δελφούς· ἡ δ' ἔφη κτέ.*. Supplendum: *ἠρώτησεν εἰς Δελφοὺς (πέμψας)· ἡ δ' ἔφη κτέ.*, quemadmodum legitur in libr. VIII fr. 14: *ἔπεμψαν εἰς Δελφούς· ἡ δὲ ἔχρησεν*, ubi exspectaveris: *ἡ δὲ (Πυθία) ἔχρησεν*, quem admodum legitur v. c. fr. 9: *ἡ δὲ Πυθία ἀνεῖλεν οὕτως κτέ.*, et alibi saepe. Idem vero substantivum rursus omittitur in libri VIII fragm. 26 vs. 16: *πέμψαντες εἰς Δελφοὺς ἐπηρώτων εἰ δίδωσιν αὐτοῖς τὴν Σικυωνίαν· ἡ δ' ἔφη κτέ.*.

ADN. AD LIB. VIII.

Littera *ν*, lineola supra vocabulum indicata, fefellit librarium in fragm. VI (IV § 2) libr. VIII, ubi Remus fratri irridens fertur dixisse, nimis angustam esse quam Palatino fossam circumdederat, *εὐχερῶς γὰρ ὑπερβήσεσθαι τοὺς πολεμίους, καὶ γὰρ αὐτὸς ῥᾳδίως τοῦτο πράξει*, ubi non pluribus mihi demonstrandum esse confido, pro *πράξει* requiri Infinitivum, itaque *πράξειν* reponendum esse.

Praepositio *ἐν* delenda videtur in eiusdem libri fragm. X vs. 21 (VIII): *ὡς βιασόμενος τὸν [ἐν] χάριτι καὶ δεήσει μὴ ὑπακούοντα.* Maioris vero momenti est correxisse ridiculam lectionem, qua offendor in fragm. XII (X) versus finem, ubi legimus: *ὁ δ' Ἀριστομένης ἀράμενος αὐτὸν ἐπὶ τοῦ σώματος ἀπήνεγκεν εἰς τὴν πόλιν.* Quid requiratur, docebit pius Aeneas, qui in libri VII fragm. II narratur a Diodoro: *τὸν πατέρα γεγηρακότα τελείως* (L. *τελέως*) *ἀράμενος ἐπὶ τοὺς ὤμους ἐξενεγκεῖν.* Idem igitur fecisse Aristomenem putaverim, nisi quis novam portandi methodum virum de amico et de rege suo optime meritum excogitasse malit suspicari. Ceterum ЄΠΙΤΟΥϹΩΜΟΥϹ olim male divisum in *ἐπὶ τοῦ σώμους*, in *ἐπὶ τοῦ σώματος* abiisse vides.

Manifestam haud minus corruptelam observavi in oratione Cleonnidis, qui p. 519 vs. 5 sic loquitur: *πρόδηλος γὰρ ὁ ὑπομείνας τοσαύτας διαιρέσεις τοῦ σώματος ὡς ἀφειδῶς ἑαυτὸν ἐπέδωκεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος.* Quid rei sint *αἱ τοῦ σώματος διαιρέσεις*, nemo facile dixerit, sed, quae acceperat in proelio vulnera, intelligenda esse apparet e superioribus p. 518 vs. 16: *πολλοῖς δὲ περιπεσὼν τραύμασιν κτέ*, quapropter vide, an ΔΙΑΙΡΕϹΕΙϹ ex ΔΙΑΤΡΩϹΕΙϹ natum esse potuerit, ita ut *ὁ ὑπομείνας τοσαύτας διατρώσεις τοῦ σώματος κτέ.* Diodoro sit reddendum? Fateor *διάτρωσις* vocabulum esse *τοῦ πονηροῦ κόμματος.* Sed versamur in pessimae Graecitatis auctore, et Dio Cassius libr. LXIII. 3 scribit: *ἐτόξευεν ὁ Τηριδάτης — καὶ δύο γε ταύρους μιᾷ ἅμα βολῇ — διέτρωσε καὶ ἀπέκτεινεν.* Loco nostro opponitur: *ὁ τηρήσας ἑαυτὸν ἄτρωτον.* Graecitati vero melius consultum foret si legeremus: ΠΗΡΩϹΕΙϹ *τοῦ σώματος.* Sed haec hactenus. Certius est ib. vs. 8 verba: *ὁ — τηρήσας ἑαυτὸν ἄτρωτον εὐλαβείᾳ τοῦ παθεῖν τι τοῦτ' ἐνήργησεν*, non antea vitii immunia fore, quam ex omnium Graecorum consuetudine mecum rescripseris: *ὁ τηρήσας ἑαυτὸν ἄτρωτον εὐλαβείᾳ τοῦ μὴ παθεῖν τι*, cuius usus exempla afferre, quia ubique sunt obvia, non habeo necessarium. In Aristomenis oratione vs. 20 supplendum est: *οὐ μόνον δὲ Κλέοννις δειχθήσεται κατ' ἀρετὴν λειπόμενος, ἀλλὰ καὶ τελέως ἀχάριστος (ὤν).*

In praecedentibus vs. 16 peccatur contra constantem Graecorum usum in vocabulis: *παραλαβὼν δ' ἐν μέρει τὸν λόγον Ἀριστομένης κτέ.*, nam quotiescumque requiritur ea notio, quae apud Latinos inest locutioni *sua vice*, Graeci addunt articulum, ubi contra loci sensus postulat id, quod latine dicitur: *ordine*, *unus post alterum*, *per vices*, articulus constanter omittitur, uti necessario sequitur ex ipsa eius natura. Recte igitur v. c. Herodotus scripsit VII. 212: — *κατὰ ἔθνεα κεκοσμημένοι ἐν μέρεϊ ἐμάχοντο κτέ.*, ubi absurdum foret *ἐν τῷ μέρεϊ*, quod solummodo recte haberet, si scripsisset: *ἕκαστοι ἐν τῷ μέρεϊ κτέ.* Recte item Xenophon in Anab. VII. 6 § 36: *πολλὰ κινδυνεύσαντα καὶ ἐν τῷ μέρει καὶ παρὰ τὸ μέρος κτέ.*, ubi

non sine insigni detrimento articulus potuisset omitti. Soli tragici, quibus magna est, ut nemo ignorat, in articulo omittendo licentia, hanc quoque legem sibi non latam esse iudicabant.

Inutile additamentum esse censeo, quae leguntur in fragm. XIV post oraculum *ἔστι δὲ τὸ νοούμενον κτἑ.*, sive ista librariis sive epitomatori, (de quo non magnificentius iudico quam de illis,) auctori tribuamus; dummodo hoc mihi concedas, Diodorum ipsum talia addere non potuisse. Neque Diodoro imputaverim quod legitur in fine fragmento XV: *καὶ βασιλεὺς ᾑρέθη μετάπεμπτος* pro *μετάπεμπτος γενόμενος.*

Dubito, an recte Bekkerus emendaverit in fragm. XVI (XV) vs. 8 sqq. ubi de diis sermo est, *οἳ οὐ μόνον τοὺς εὐσεβεῖς ἐν τῷ ζῆν εὖ ποιοῦσιν, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον· εἰ δὲ καὶ ταῖς τελεταῖς δεῖ ἀγωγὴν μετ' εὐφημίας ἡδείας εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα παρασκευάζουσιν.* Nihil est in ipso codice praesidii. M. praeclare locum emendasse sibi visus est reponendo *οἱ* pro *εἰ* et *διαγωγὴν* pro *δεῖ ἀγωγὴν*, hoc tamen, casu nescio an prudentia factum dicam, ut videbimus, recte. Bekk. post *δεῖ* inserit *πιστεύειν*, et deinde reponit *μετ' εὐθυμίας ἡδεῖαν.* Posteriora ex parte saltem vera esse arbitror, sed priori coniecturae hoc obstat, (ut taceam *τι πιστεύειν* in tali re requiri), quod non *ἀγωγὴ* sed *διαγωγὴ* i. e. *vita* a sententia postulatur, quocirca videndum, an potius nihil exciderit, sitque rescribendum: *ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸν θάνατον τοῖς γε ἐν ταῖς τελεταῖς διαγωγὴν μετ' εὐφημίας ἡδεῖαν εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα παρασκευάζουσιν.* i. e. *quantopere deos colere oportet, qui non solum in vita piis bene faciant sed etiam post mortem iis saltem, qui initiati sunt, vitam — in omne aevum felicem comparent.* Coniectura autem Bekkeri, qua *μετ' εὐθυμίας* reposuit, mihi propterea non persuadet, quod tautologia sic oratio laborare videtur. *Οἱ ἐν ταῖς τελεταῖς* Graece dicuntur, qui vulgo *οἱ μύσται* s. *οἱ μεμυημένοι.* Sic v. c. locutus est Plato in Euthydemo p. 277 d. *οἱ ἐν τῇ τελετῇ τῶν Κορυβάντων.*

Periisse suspicor vocabulum in fragm. XVIII (XVI) haud procul ab initio, ubi legimus: *τῆς γὰρ ἀθανασίας ἐγγύτερον οὖσαι προσω-*

κειωμένην τοῖς θεοῖς τὴν φύσιν ἔχουσι κτέ. Post enim participium προςῳκειωμένην voculam μᾶλλον excidisse sensus evincit.

In secundo oraculo, quod Myscello datum est ab Apolline (fr. XX) post virorum doctorum curas duo restant vitia corrigenda. Quorum alterum est in vs. 2:

οὗτος μὲν Τάφιός τοι ἀνήροτος, ἥδε δὲ Χαλκίς.

Quis enim ferat nomen incolarum Τάφιος pro nomine ipsius insulae positum, quam Τάφος audire nemo nescit? Et fac, id quod minime est probabile, Pythiam divino correptam furore, sic per audacem metonymiam canere potuisse, vel sic nemo facile sibi persuadebit, eam iunxisse cum Τάφιος epitheton, quod soli insulae accommodatum est. Vix aliter olim scriptum fuisse puto, quam sic:

Αὕτη μὲν Τάφος ἐστὶν ἀνήροτος, ἥδε δὲ Χαλκίς.

Alterum, quod dicebam, mendum est in vs. sequenti, in quo iubente metro scripserim:

ἥδε δὲ Κουρήτων [ἡ] ἱερὰ χθὼν — ∪∪ — ∪̄

expuncto articulo, quod errore describentium e proxima littera natum esse suspicor. Deinde, qui periit, dactylus non alium puto fuisse, quam qui facit vs. praecedentis pedem quintum, scilicet ἥδε δὲ, quo facilius intelligitur, quam proclivi errore excidere potuerit. Haec suspicio si vera est, ut veram esse puto, necessario inde sequitur, pedem ultimum fuisse nomen aliquod proprium feminini generis, quod me acutioribus expiscandum relinquo.

Vocabulum ad sensum plane necessarium excidisse animadvertes in fragm. XXIII (XVIII § 2) initio, ubi Sybarita aliquis civi suo narranti, se spectandis operariis nescio quo morbo (cod. habet τὰ πράγματα, unde Bekk. nescio an recte ῥῆγμα extudit,) affectum esse, respondisse fertur: μὴ θαυμάσαι· καὶ γὰρ ἀκούσαντα τὸ γεγονὸς πεπονηκέναι τὴν πλευράν. Tum sensui cum Grammaticae melius consultum foret, si scriberetur: καὶ γὰρ αὐτὸς ἀκούσας τὸ γεγονὸς πεπονηκέναι τὴν πλευράν[1]). In fr.

1) Ita certe solent antiquiores, sed Diodorum ex sui aevi consuetudine dedisse puto: καὶ γὰρ ἑαυτὸν ἀκούσαντα κτέ.

XXVI (XXI) Graeca non sunt quae leguntur vs. 14 sqq. sic scripta: *οὗ γενομένου τοὺς μὲν παρθενίας ἀποστήσασθαι τῆς ἐπιβολῆς καὶ πρὸς διάλυσιν ὁρμῆσαι*, quae significabunt, quam rem significare creduntur, ubi correxeris: *ἀποστῆναι τῆς ἐπιβολῆς κτέ.*

Jam videamus, an opem praesentem ferre possimus oraculo, quod Phalanto datum misere corruptum exstat in solis excerptis Vaticanis (ap. Bekk. fr. XXVI). Scribuntur autem vs. 3 sq. sic:

Σατύριον φράζου σὺ Τάραντός τ' ἀγλαὸν ὕδωρ
καὶ λιμένα σκαιόν, καὶ ὅπου τράγος ἁλμυρὸν οἶδμα
ἀμφαγαπᾷ τ' ἀκρόπολιν γενείου,
ἔνθα Τάραντα ποιοῦ ἐπὶ Σατύριον βεβαῶτα.

Multi fortasse interpretabuntur, nemo, sat scio, intelliget, quid rei sit *λιμὴν σκαιός*. Equidem, donec meliora edoctus ero, nobilem illum portum, quo ad tantum opum divitiarumque fastigium evectum esse Tarentum novimus, non *σκαιὸν* (s. infaustum) sed *καλὸν* ab oraculo appellatum esse contendam, itaque vatem cecinisse: *Σατύριον φράζου σὺ Τάραντός τ' ἀγλαὸν ὕδωρ, καὶ λιμένας καλούς, καὶ κτέ.* Quod ad Pluralis, quem hac coniectura invexi, usum attinet, ne quis eo offendatur, moneo rem miram esse sed certissimam, non solum apud poetas sed etiam apud prosae scriptores frequentem esse in hoc vocabulo numeri Pluralis usum, ubi unus tantum portus intelligi possit. Pedestres nunc non moror; e poetis non inutile erit unum alterumque locum apposuisse. Certum est v. c. non nisi unum portum intelligi posse in Homeri Odyss. N. 195:

τοὔνεκ' ἄρ' ἀλλοειδέα φανέσκετο πάντα ἄνακτι
ἀτραπιτοί τε διηνεκέες λιμένες τε πάνορμοι,

cf. H: 43; neque magis apud Euripidem in Electra vs. 452: *Ἰλιόθεν δ' ἔκλυόν τινος ἐν λιμέσιν | Ναυπλίοισι βεβῶτος κτέ.* Adde Helen. vs. 521 et Soph. Phil. 936. *Καλὸς* autem *λιμὴν* dicitur v. c. in Odyss. Z. 263. Nunc video Mullerum edidisse: *καὶ λιμένα Σκαιόν*; quasi fuerit nomen proprium portus Tarentini, sed neque hoc, quantum scio, ab ullo scriptore traditur, neque portum a Graecis in talibus superstitiosissimis tam infausto nomine dictum fuisse crediderim. Deinde vs. 3 melius legas

cum palimpsesto Vaticano: *ἐπὶ Σατυρίου βεβαῶτα.* Quod sequitur vaticinium mancum habet versum secundum *ἐλθόντες Σικελὴν χθόνα ναίετον ἄμφω*, quem eleganti coniectura sanavit Cobetus in Var. Lect. p. 329 inserto adiectivo *καλὴν* post *Σικελὴν*, quod adiectivum cur perierit, non opus est ut addam.

In fragm. XXVII initio pessimae Graecitatis est *τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ φθαρείσης*. *Vitiare virginem* Graece dicitur *διαφθείρειν κόρην* s. *παρθένον*, qua in re non nisi faex Graeculorum praepositionem omittit. Haud minus absurdo vitio inquinata sunt in fr. XXIX verba: *εὑρόντες ἄμπελον περιπεπλεγμένην ἐρινεῷ, τὸ λεγόμενον ἀρσενόθηλυν, ἔκτισαν πόλιν*, quae non sana erunt, priusquam expunxeris corruptum interpretamentum *τὸ λεγόμενον ἀρσενόθηλυν*, quod olim ex ipso, opinor, vaticinio in hunc fere modum in margine adscriptum fuit: *κατὰ τὸ λεγόμενον ἄρσενα θῆλυς*. Si revera vitis quoddam genus esset, quod Graeci *ἀρσενόθηλυν* nuncupaverint, certe scribendum fuisset: *τὴν λεγομένην ἀρσενόθηλυν*. Mullerus autem dedit: *τὸν λεγόμενον ἀρσενόθηλυν*, facto substantivo ex nomine adiectivo. Fragmento XXXI, cuius pars prior misere corrupta est, acutiorum curae relicto, et obiter restituto participio futuri *καταγγελοῦντας* (vs. 27) pro part. temporis praesentis *καταγγέλλοντας*, in eodem fragmento triplici mendo liberare conabor, quae verba leguntur in vicinia: *τοῖς μὲν φίλοις παρήγγειλε τοὺς πρέσβεις ἐκδέξασθαι καὶ παρακαλεῖν ἐπὶ ξενίαν.* Nam neque *ἐκδέχεσθαι* Graece est *hospitio excipere*, sed *δέχεσθαι* et *ὑποδέχεσθαι* in ea re sunt sollemnia, neque *παρακαλεῖν* ferri potest pro *παρακαλέσαι*, neque *ἐπὶ ξενίαν* Graeci dicunt, sed *ἐπὶ ξένια.* Rescribendum igitur: *παρήγγειλε τοὺς πρέσβεις δέξασθαι* (ΠΡЄCΒЄΙCΔЄΞΑCΘΑΙ pro ΠΡЄCΒЄΙCЄΚΔЄΞΑCΘΑΙ) *καὶ παρακαλέσαι ἐπὶ ξένια.* Denique, sed hoc fortasse veniam habet apud seriores [1]), constanti om-

---

1) Qui tamen verbi *παρακαλεῖν* usum diligenter consideraverit, ne Diodorum quidem sic scribere potuisse sibi persuadebit. Dederat, ni fallor, *παραλαβεῖν ἐπὶ ξένια*. *ΠΑΡΑΛΑΒЄΙΝ* abiit in *ΠΑΡΑΒΑΛЄΙΝ*, unde, confusis de more litteris *β* et *κ*, natum est *παρακαλεῖν*.

nium usu frequentatur locutio καλεῖν ἐπὶ ξένια, verbo composito hac quidem in re nemo, quod sciam, usus est. In iis, quae statim subsequuntur: αὐτοὺς ἔπεμψεν εἰς Ἀλβανοὺς τὸ παραπλήσιον τοῖς ἐκείνων ποιήσοντας, dat. τοῖς ἐκείνων non habebit quo referatur, antequam post Ἀλβανοὺς vel post ἔπεμψεν inserueris πρέσβεις, sin minus scribendum foret: ἔπεμψεν εἰς Ἀλβανοὺς (τοὺς) τὸ παραπλήσιον τοῖς ἐκείνων (πρέσβεσι) κτέ., quae minus lenis futura esset medicina. Ibid. in vs. 2 p. 525, ubi hodie scribitur: ὅτι πρότερον ἐκείνων οὐ διδόντων τὸ δίκαιον κτέ. pro πρότερον corrigendum videtur προτέρων. In fr. XXXV (XXIII § 2) supple: ἔχρησε δ' αὐτοῖς (ὁ Θεὸς) κτέ. In fr. XXXVI (XXIII § 3) emenda: τὰ ὀνόματα σφῶν αὐτῶν ἐνέγραψαν εἰς σκυταλίδας, ἃς ἐξήψαντο ἐκ τῆς χειρός; non enim nomina, ut opinor, sed scutalas de brachio sibi suspendebant. Pessimae vero Graecitatis est, quod legimus in fr. XXXVIII : ἔλαβε χρησμὸν οὕτως pro οὕτως ἔχοντα, sed epitomatoris potius quam librariorum σφάλμα esse suspicor, nam idem, ni fallor, postea recurrit. His tamen, non illi, tribuerim hodie legi in fr. XXXIX prope initium: ἐπηρώτα εἰς Δελφοὺς, ubi haud dubie supplendum πέμψας. Initio fr. XLII (XXXII): ὅτι οἱ Λοκροὶ ἔπεμψαν εἰς Σπάρτην περὶ συμμαχίας δεόμενοι, turpiter abundat alterutrum, vel περὶ vel participium δεόμενοι, quorum hoc lubens expunxerim. Nam notae sunt in vulgus locutiones ἥκειν, πέμπειν, διαπρεσβεύεσθαι περὶ συμμαχίας, περὶ εἰρήνης et similia [1]).

ADN. AD LIB. IX.

Pervenimus ad libri noni reliquias, inter quas primum statim fragmentum librariorum, opinor, culpa amisit nomen illius, de quo agit, sed bonum factum, satis ex ipso fragmento apparere supplendum esse: ἦν δὲ (Σόλων) πατρὸς μὲν Ἐξηκεστίδου. Sequuntur

---

1) Fr. XXXVIII post oraculum novum incipit excerptum sic a me restitutum ope palimpsesti. (Ταῖς γὰρ εὐημερίαις φυσικῶς ἀντικαθήμενος) ὁ φθόνος καθαιρεῖ τοὺς ταῖς δόξαις πρωτεύοντας.

autem post paucissima verba haec: σοφίᾳ δὲ καὶ παιδείᾳ πάντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ὑπερβεβηκώς. Difficile est non videre, verum esse ὑπερβεβληκώς. In forma media verbi scribae minus facile errant, itaque in fr. 7 sub fin. recte legitur: δοκοῦντι πάντας ἀνθρώπους ὑπερβεβλῆσθαι σοφίᾳ τε καὶ συνέσει. Ultimam barbariem sapit forma ἐκτεθηλυμένων in fragm. III (I § 4), pro qua quantocyus repone ἐκτεθηλυμμένων, et simul pro vocabulis ζῆλον τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων, quae nihil significant, corrigas: ζῆλον τῶν ἀνδρείων πράξεων, cuius studii nobile specimen dederunt Harmodius et Aristogiton.

In vaticinio de tripode, quod legitur in fragm. VI, legendus est vs. 2 in hunc modum:

ὅς σοφίᾳ πρῶτος πάντων, τούτου τρίποδ' αὐδῶ.

pro vulgata leetione: τίς — τούτῳ τρίποδ' αὐδῶ. Mox vs. 30 supple: ἡ δὲ (Πυθία) ἔφη et deinde vs. 31: Θάλητι τῷ Μιλησίῳ (ἑνὶ ὄντι) τῶν ἑπτὰ σοφῶν. Contra interpretamento liberes verba: καὶ τῶν ἄλλων [τῶν ἑπτὰ σοφῶν] ἀποποιησαμένων, nam tum Graecum foret: τῶν ἄλλων ἑπτὰ σοφῶν, non repetito articulo, tum mendacium haec tria vocabula continent, siquidem ipse Solon erat εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν (cf. fragm. 1 vers. fin.).

In fragm. X male legitur: ὅστις ἦν Μαλιεὺς pro ὅς vel ὅσπερ ἦν, sed peius: καὶ ᾤκει τὴν Οἴτην εἰς κώμην Χηνὰς καλουμένην. Quae quomodo sint corrigenda, docebunt quae de eadem re dicuntur in fr. XI: ὃς ᾤκει ἐν κώμῃ Χηνὰς (l. Χηναῖς) καλουμένῃ, quo facto sponte excidet otiosum additamentum τὴν Οἴτην. Non magis Graeca esse iudico quae dehonestant fr. XIV (IX) initium, ubi legimus: ὅτι Χίλων — ἐπέγραψεν ἐπί τινα κίονα τρία ταῦτα κτέ., nam neque ἐπὶ hoc sensu cum Accusativo construere, neque pronomen indefinitum in tali re addere Graeci solent, itaque ἐπέγραψεν ἐπὶ κίονι verum esse arbitror; porro vs. 18 supplendum τῶν ἀμαθιῶν (ἡ) ἀμαθεστάτη, vs. 19 τοὺς (μὲν) πονηροὺς et vs. 28 οὗτοι γὰρ (παρὰ) τὸν 'Αδρίαν οἰκοῦντες (nam quod vulgatur risum movet). Quod deinde legitur: διωμόσαντο μὴ σπείσεσθαι (nam sic lege pro σπείσασθαι) — πρότερον, ἕως ἂν sequiore aevo dici coeptum est pro πρὶν ἄν; mox autem vs. 28

τὸ μηδὲν ἄγαν οὐκ ἐπινοήσαντες absurde scribitur pro *ἐννοήσαντες*.

Sic per corruptarum lectionum sordes pervenimus ad fragmentum Euripideum, quod et ipsum mendis inquinatum ad nos pervenit. Legitur autem in codice sic:

οὐκ ἐγγυῶμαι ζημία Φιλέγγυον
σκοπεῖν τὰ Πυθῶδ' οὐκ ἐᾷ με γράμματα.

Est enim Maii error, quo factum est, ut hucusque legerimus: *τὰ Πυθῶδ' οὐκ ἐᾷ τὰ γράμματα.* Sic quoque ediderunt Bekkerus et Mullerus, nisi quod recte pro *τὰ Πυθῶδ'* scripserunt *τὰ Πυθοῖ δ'*. Sed vel sic nemo dignam Euripide sententiam ex his versibus expiscabitur. Quid si dederit poeta:

οὐκ ἐγγυῶμαι ζημίαν Φιλεγγύων
σκοπῶν, τὰ Πυθοῖ δ' οὐκ ἐᾷ με γράμματα.

i. e. *non spondeo memor detrimenti, quod ii, qui libenter spondent, capere consueverunt, neque litterae Delphici templi columnae insculptae spondere me sinunt?* Non enim video, quid lucremur aut scribentes cum God. Hermanno: *οὐκ ἐγγυῶμαι, ζημία Φιλέγγυον· σκοπεῖν τὰ Πυθοῖ δ' οὐκ ἐᾷ τὰ γράμματα*, quae et Graeca non sunt et ipsis tenebris obscuriora, aut cum Hartungio: *οὐκ ἐγγυῶμαι, ζημία Φιλέγγυον σκοπεῖ· τὰ Πυθοῖ δ' οὐκ ἐᾷ γεγραμμένα*, quae coniectura prorsus iisdem incommodis laborat. Unus Matthiaeus coniectando assecutus est, quod dedit mihi codex scil. *με γράμματα* pro *τὰ γράμματα.*

Sed turpius et vix credibile videtur Bekk., quum hasce reliquias ederet, intacta reliquisse in fr. XV vs. 16 vocabula *καὶ τἄλλα τὰ κατασκευάσματα*, ubi quae vocula expungenda sit, monere me pudet. Contra ibid. vs. 20 supplendum fuisset: *πρὸς ὃν (ἂν) οὔτε Φωκεῖς κτέ.*

Non magis intelligo, quomodo idem concoquere potuerit in fr. XVI (X § 4) initio haec: *ἐν σοφίᾳ θαυμαστὸς ἦν*, qua in re vel ista aetate, qua purioris illius sermonis Graeci non amplius erat nec vola nec vestigium, *ἐπὶ σοφίᾳ κτέ.* et dicere omnes et scribere solebant. Idem valet de sequentibus vs. 25 ibid.: *μέχρι ἂν τὸν οἶνον φέρῃ πλείω τε καὶ ἥδίω*, ubi quis nostrum

quaeso Graece scribens non dedisset: πλεῖστόν τε καὶ ἥδιστον? Deinde duobus vitiis inquinatum est fragm. XXV: ὅτι ὑπὸ τῆς πέτρας διαρραγεὶς πᾶσιν ἐποίησε Φανερὸν, ὡς ἐπισΦαλές ἐστιν ἰσχὺν μεγάλην ἔχειν, νοῦν δὲ μικρόν, ubi vera lectio, ni egregie fallor, haec est: ὅτι ὑπὸ τῆς πέτρας διαραχθεὶς πᾶσιν ἐποίησε Φανερὸν, ὡς ἐπισΦαλές ἐστιν ἰσχὺν μὲν μεγάλην ἔχειν, νοῦν δὲ μικρόν.

Sed, priusquam pergamus emendare libri IX et sequentium fragmenta, redeundum est ad librum VIII, ubi nescio quomodo oblitus sum memorare coniecturam, qua restituisse mihi videor in integrum oraculum, quod Antiphemo et Entimo Gelam condituris datum legitur in fr. XXVIII. Duo ultimi versus hodie sic vulgantur:

δειμάμενοι πτολίεθρον ὁμοῦ Κρητῶν Ῥοδίων τε
πὰρ προχοὰς ποταμοῖο Γέλα, συνομώνυμον ἁγνόν.

Nihil autem facilius est quam demonstrare, pro ἁγνόν rescribendum esse ἁγνοῦ et referendum esse hoc epitheton ad flumen Gelam. Nam ἱερὸς quidem est solemne apud Homerum Ilii aliarumque urbium ἐπίθετον, et recte, nam ἱερὸς ad amussim respondet adiectivo Latino *sacer*, ἁγνὸς contra significat *sanctum et ab omni labe purum*, itaque ἁγνοὶ dici possunt et dicuntur dii, unde sequitur idem esse fontium fluminumque aptum epitheton; nam et pro diis habentur a veteribus et praeter ignem nihil in omni rerum natura aqua purius invenitur. Exempla sunt ubique obviam, quapropter suffecerit laudasse Aesch. Pers. 495 sq.: πήγνυται δὲ πᾶν ῥέεθρον ἁγνοῦ Στρυμόνος. Sed propterea quod flumina et fontes diis, a quibus habitantur, (et quibuscum haud raro confunduntur,) sacri sunt, iidem non minus saepe audiunt ἱεροί. Contra urbem ἁγνὰν appellare non minus foret absurdum quam deum ἱερόν. Minime igitur dubium est, quin deleta quoque virgula vere correxerimus:

πὰρ προχοὰς ποταμοῖο Γέλα συνομώνυμον ἁγνοῦ.

Redeamus ad librum IX, ubi in fragm. 35 vs. 7 legimus: ὁ δὲ Πιττακὸς ἢ Βίας ὑπολαβὼν Φησιν. Ex quibus verbis foedum additamentum Πιττακὸς ἤ, quod unde pedem intulerit frustra

quaero, exulare iubeamus, nam de Biante, non de Pittaco, sermonem esse e praegressis satis liquet. Obiter in vicinia pro *εὔξασθαι* corrige *εὔξεσθαι*, et in fr. 26 vs. 22 pro *παρεγενήθη* — *Ἀνάχαρσις* — *καὶ Βίας καὶ Σόλων κτέ.* lege *παρεγενήθησαν κτέ.* In vicino vs. 23 tria vocabula ex fuga retrahenda. Sensu enim cassa sunt verba: *οὓς ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις κατὰ συνέδριον εἶχεν ἐν μεγίστῃ τιμῇ.* Supplendum videtur et corrigendum: *οὓς ἐπὶ τὰς ἑστιάσεις (ἐκάλει καὶ) κατὰ (τὸ) συνέδριον ἦγεν* (non *εἶχεν*) *ἐν μεγίστῃ τιμῇ.* Conferas fr. L: *Κῦρος — μεθ' ἑαυτοῦ περιῆγε τὸν Κροῖσον ἐντίμως· μετέδωκε δ' αὐτῷ καὶ τοῦ συνεδρίου κτέ.*, sed etiam utilius penult. excerptum e libro XXX: *καὶ πρὸς τὰ σύνδειπνα παραλαβὼν καὶ τοῦ συνεδρίου μεταδιδούς.* (L. *παραλαμβάνων κτέ.*) — *Ἄγειν τινὰ ἐν τιμῇ* vel *ἐντίμως*, (nam utrumque dicitur,) omnium usu tritum est; *περιάγειν μεθ' ἑαυτοῦ τινα ἐντίμως* neminem veterem et probatum scriptorem dixisse arbitror. Contra rectissime dicitur *περιάγεσθαί τινα*, *secum aliquem circumducere*, ut legimus v. c. ap. Xenoph. Memor. I : 7 § 2: *σκεύη τε καλὰ κέκτηνται καὶ ἀκολούθους πολλοὺς περιάγονται.* Sic quoque, si per librarios licuisset, hodie legeretur eiusdem Xenophontis locus in Cyrop. II: § 282: *ἀλλ' ἦ — περιάγεις τοῦτο τὸ μειράκιον τὸ παρακατακείμενόν σοι*, ubi reponendum est *περιάγει κτέ.* Videndum igitur, an Diodorus quoque scripserit *περιήγετο κτέ.* In eodem fragmento XXXVI plura restant corrigenda, quae paucis significabo; vs. 25 expuncto pronomine legendum: *τὸ μέγεθος τῆς [τούτου] δυναστείας*; vs. 29 *ὄντα (τὸν) πρεσβύτατον* et vs. 33 *ποιήσεσθαι*, ut vere (pro *ποιήσασθαι*) iam correxit Maius. Pueriles quoque in fr. XXXVII castiga errores rescribendo: *νυνὶ δὲ τὰ παρά σοι μόνα ἑόρακεν.*

Resecandum est interpretamentum initio fragm. XXXVIII: *ὅτι Αἴσωπος [κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους] συνήκμαζε τοῖς ἑπτὰ σοφοῖς*, nisi potius praep. *σὺν* in *συνακμάζειν* vitio natum esse suspicari mavis. Sed peius etiam in ipso fine adduntur quaedam, quae omnino non cohaerent cum iis, quae praegressa sunt: *αὐτὸς δὲ πεπλασμένως ἔλεγε· τὴν μὲν γὰρ νίκην ἀρετῇ*

καὶ οὐ πολυπληθίᾳ χειρῶν περιγίνεσθαι. Scin, quo haec pertineant? Lege mihi fragm. XL, in quo narratur Phalaris, quum magnum columbarum agmen unum accipitrem fugiens videret, exclamasse: ὁρᾶτε ὦ ἄνδρες τοσοῦτο πλῆθος ὑφ' ἑνὸς διωκόμενον διὰ δειλίαν; κτὲ., et senties ea, quae hodie leguntur post fragm. XXXVIII, ad fragm. XL pertinere. Inspice mihi nunc Maii collectionem, et intelliges olim ea verba, quum fortasse propter similem ultimi vocabuli formam post περιγένοιντο excidissent, a scriba errorem suum corrigenti, ut fit, in margine adscripta fuisse, et mox in apographo non suo loco esse recepta. Legendum igitur in fr. XL: ἐπεὶ ῥᾳδίως ἂν περιγένοιντο· αὐτὸς (fort. ταῦτα) δὲ πεπλασμένως ἔλεγε· τὴν μὲν γὰρ νίκην ἀρετῇ καὶ οὐ πολυπληθίᾳ χειρῶν περιγίγνεσθαι· et sic optime intelliges, quomodo Phalaris ἐκ τούτου τοῦ λόγου τὴν δυναστείαν ἀποβαλεῖν potuerit. Mullerus male retinuit ἀπεβάλε το pro ἀπέβαλε τὴν δυναστείαν, ut vere corrigit B.

Absurdam contra scripturam retinere maluit Bekkerus (fr. XLII) in vaticinio notissimo, quod Croeso datum est, quam sequi meliores Herodoti codices, apud quem rectissime legitur vs. 2: δὴ τότε Λυδὲ ποδαβρὲ κτὲ., et aeque ἀνοήτως rem gessit in fr. XLVII: μὴ βούλου πολύευκτον ἰ ὰ ν κατὰ δώματ' ἀκούειν, ubi bene ap. Herod. legitur πολύευκτον ἰ ή ν. Praeterea loco nostro (fr. 42) lege expuncto pronomine: τὸν δὲ πάτερα [αὐτοῦ] Πέρσην. Quae leguntur in fr. XLVIII: ταῖς ἀνθρωπίναις εὐπραξίαις ἐν μ ι κ ρ ᾷ ῥοπῇ μεγάλας μεταβολὰς λαμβανούσαις, prodesse possunt loco Thucydideo, qui hodie corruptus legitur in libro V : 103: ὃ ὑμεῖς ἀσθενεῖς τε καὶ ἐπὶ ῥοπῆς μ ι ᾶ ς ὄντες μὴ βούλεσθε, nam sine dubio auctor dederat: ἐπὶ ῥοπῆς σ μ ι κ ρ ᾶ ς ὄντες [1]).

In fr. XLIX verba: Κροίσου γὰρ ἴδιον οὐκέτι οὐδὲν ὑπάρχει sic scribenda videntur: Κροίσῳ γὰρ κτὲ.

Pronomen, quod saepissime lectorum sedulitate male abundare animadvertimus, excidisse videbis in fragm. LI, ubi supple:

---

1) Sic quoque rescripserim in lib. XX : 34: Ἀγαθοκλῆς ὁρῶν τὴν σωτηρίαν ἐπὶ ῥοπῆς (μικρᾶς) κειμένην κτέ., inserto adiectivo necessario.

τὸν δὲ τὸ μὲν πρῶτον οὐκ ἄξιον κρίναντα (αὐτὸν) τοῦ γάμου κτέ., dum contra, si in iis, quae statim sequuntur: *ὁρῶντα αὐτὸν — τιμώμενον*, omissum esset, nemo opinor requireret. Vs. 10 ibid. antiqui certe scripsissent: *αὐτὸς δὲ ἀποκρίνασθαι*, et vs. 8: *γῆμαι βουλόμενος* pro Accusativis *αὐτὸν* et *βουλόμενον*.

In fr. LIV haereo in verbis: *τύπον δὲ τὸν ἄκμονά Φησι καὶ τὰς σφύρας, πῆμα δ' ἐπὶ πήματος τὸν σίδηρον ἐπὶ σιδηρῷ*, ubi propter sequentia et vel magis, quod ipsa oraculi verba h. l. explicantur (vs. 3), legendum videtur: *πῆμα δ' ἐπὶ πήματι κτέ.* In fr. LVII offendor numero plurali in hisce: *κατενόησεν ἄνθρωπον — ἐργαζόμενον ἐν χωρίοις λεπτοῖς — καὶ τραχέσι*, siquidem *χώριον* *rus* significare solet: (cf. Thucyd. I : 106). An igitur scribendum: *ἐν χωρίῳ λεπτῷ — καὶ τραχεῖ*?

ADN. AD LIB. X.

Nondum perlegimus primum huius libri fragmentum, et ecce denuo pes nobis haeret in luto. Equidem certe vix et ne vix quidem mihi persuadeo sana esse vocabula: *ταῦτα λέγων ἅμα προσέδραμε καὶ δραξάμενος τῆς τοῦ Τυλλίου χειρὸς ἔρριψεν αὐτὸν κατὰ τῆς κρηπῖδος.* Nam quis, quaeso, aliquem deiecturus per gradus, in animum inducat manum eius arripere? Qui tale quid facturi sunt, aliquem medium arripere solent, quemadmodum recte scribit Livius lib. I c. 48: *tum Tarquinius necessitate iam etiam ipsa cogente ultima audere multo et aetate et viribus validior medium arripit Servium elatumque e curia in inferiorem partem per gradus deiecit.* Quid nostro loco faciendum sit nescire me fateor; nam multo quidem minus inepte dictum esset: *δραξάμενος τῶν τοῦ Τυλλίου τριχῶν* ut v. c. ap. Plutarchum in vit. Alexand. c. 74 legimus: *δραξάμενος αὐτοῦ τῶν τριχῶν*, sed neque plane mihi satisfacit haec coniectura neque lenitate se commendat, itaque aliorum ingenio locum relinquere malo. In ipso exc. fine obiter supplendum: *ἐπεχείρησε (μὲν) Φυγεῖν, ἀπεκτάνθη δέ.* Ad idem vitiorum genus pertinet id, quo laborat fragmentum III in

fine, ubi supple: διαφθορὰν ἀγεννῆ τοῦ σώματος καὶ (τῆς) ψυχῆς.

Violatur et grammatica Graeca et sensus in fr. XII, ubi legimus: τῶν δὲ καθ' ἡμᾶς εἴ τις ἀπαγορεύσειεν — ἀπεῖπον τὴν φιλοσοφίαν φήσαντες. Corrige sodes: ἀπείποιεν ἄν κτέ. Sed praeterea requiro: τοὺς δὲ καθ' ἡμᾶς εἴ τις διαγορεύσειεν κτέ. i. e. *nostri vero aevi philosophos si quis iusserit abstinere cet.*

Ipsa sententia imperiose clamat, qua medicina utendum sit, in fr. XVI, ubi narratur Demàdes Atheniensis dictitasse, ut in ceteris rebus, sic etiam in iureiurando nil nisi propriam suam utilitatem homines spectare debere. Quam pravam doctrinam his verbis commendat: ὁρᾶν δὲ τὸν ἐπιορκήσαντα παραχρῆμα ταῦτ' ἔχοντα περὶ ὧν ὤμοσε, τὸν δὲ ὁρκίζοντα φανερῶς τὸ ἴδιον ἀπολλύντα. Verbum ὁρκίζειν apud serioris aevi scriptores dici coeptum est, quo sensu antiquiores utuntur verbo ὁρκοῦν i. e. *iureiurando adigere* (cf. Lobeck. ad Phrynichum p. 360 sq.), quae notio quam male loco nostro conveniat, vix opus est ut dicam. Ex ipsa enim oppositionis ratione luce clarius apparet reponendum esse: ὁρᾶν γὰρ τὸν (μὲν) ἐπιορκήσαντα — ὤμοσε, τὸν δ' εὐορκήσαντα φ. τ. ἴ. ἀ.

Pythagorei, ut docemur fragm. XX, vitam humanam in quatuor aetates dividere solebant: παιδός, νέου, νεανίσκου, γέροντος. Suntne hae quatuor aetates? non puto: nam quid intersit inter νέος et νεανίσκος equidem ignoro, et deesse video eam aetatem, qua homo et corporis et ingenii viribus maxime pollet. His de causis correxerim: παιδός, νέου, ἀνδρός, γέροντος. Etiam verborum ordo turbatus est in sequentibus: τὸ μὲν ἔαρ τῷ παιδὶ διδόντες, τὸ δὲ φθινόπωρον τῷ ἀνδρί, χειμῶνα τῷ γέροντι, τὸ δὲ θέρος τῷ νέῳ. Vix quisquam, opinor, est ingenio tam obtusus aut tam superstitiosus, ut non primo statim obtutu videat scriptum oportere: τὸ μὲν ἔαρ τῷ παιδὶ διδόντες, τὸ δὲ θέρος τῷ νέῳ, τὸ δὲ φθινόπωρον τῷ ἀνδρί, (τὸν δὲ) χειμῶνα τῷ γέροντι.

Necessaria coniunctio καὶ supplenda esse videtur in fr. XXIII: οἷον ἐξουσίαν, κάλλος, πλοῦτον (καὶ) τἄλλα κτέ., et in fr. XXV,

si revera sunt ipsius Diodori verba, scripserim: *καταμεμφόμενος γὰρ τοὺς πρὸ αὐτοῦ κεκλημένους ἑπτὰ σοφούς*, nam Dativum cum verbo *καταμέμφεσθαι* coniungere est nimia barbaries, quae non cadit in Diodori aetatem. In fr. XXVIII *Ἐπαμινώνδου* pro *Ἐπαμεινώνδου* est merus librariorum error, isque dudum explosus, at vel sic tamen eiusmodi sordes retinent editores.

Una litterula mutanda videtur in fr. XXIX, ubi legimus vs. 35 sqq. haec: *ὁ δὲ χρόνος ὁ πάντα μαραίνων τἆλλα ταύτας* (scil. *τὰς ἀρετὰς*) *ἀθανάτους φυλάττει, καὶ πρεσβύτερος γενόμενος αὐτὰς ταύτας ποιεῖ νεωτέρας*. Quanto melius haec dicta erunt, si scripseris: *ὁ δὲ χρόνος — πρεσβύτερος γενόμενος αὐτὸς ταύτας ποιεῖ νεωτέρας*! Verbum *μαραίνειν* admonet me Herodoti, apud quem II : 24 ad hunc usque diem vulgatur: *οἰκὸς τὰ ἐγχώρια ῥεύματα μαραίνεσθαι τῶν ποταμῶν*. Putasne tu verbum *μαραίνεσθαι* quod proprie de igni dici solitum significat *sensim extingui*, ab Herodoto unico loco, et in frequentissimo vocabuli usu absque omni exemplo, usurpatum esse de fluminibus, quae vel ardor aestivi solis vel alia causa exsiccet; quum alibi sollemni et ipsius et reliquorum omnium usu frequentatur verbum *ἀναξηραίνεσθαι* vel *ἀποξηραίνεσθαι*? Ego vix crediderim, et ibi quoque scribas nos ludificari suspicari malo.

Sed redeamus ad nostrum, et in fragm. XXX (XII) medicam manum admoveamus observationi, qua fragmentum clauditur: *τῶν γὰρ ἐν ἐξουσίαις ἀνυπευθύνων ὄντων εἰώθεισαν ἔνιοι τὴν εὐτυχίαν μὴ φέρειν κατ' ἄνθρωπον*. — *Ἰδοὺ εἰώθεσαν* exclamabis, quasi id, quod bonus Diodorus nos docet, non sit omnium hominum et omnium temporum. Dubitabisne igitur rescribere *εἰώθασιν*, quod totidem litteris exhibet cod. Vaticanus[1]). Nihil significare contendo in fragm. XXXVII ultimam sententiam: *εἷς γε τῶν εὖ πεπονθότων ἐνίοτε τὴν ὑπὲρ ἁπάντων*

1) Contrarium errorem castiga libr. XX : 9, p. 412: *διὸ καὶ ταῖς πρώραις δέρρεις κατεπέτασαν, ὅπερ ἀεὶ ποιεῖν εἰώθασιν, ὅταν τι κακὸν δημοσίᾳ συμβεβηκέναι δόξῃ τῇ Καρχηδονίων πόλει*. Diodori aetate ita scribere de populo dudum exstincto absurdissimum est. Corrigendum: *εἰώθεσαν κτέ*. Cf. ib. p. 415 fere med.

ἔδωκε χάριν, antequam id, quod scripsit: εἶς γέ τις τῶν — ἀπέδωκε χάριν. auctori fuerit restitutum. Fragm. XLI (XVII § 1) sic edidit Bekk.: ὅτι Ζήνωνος τοῦ φιλοσόφου διὰ τὴν ἐπιβουλήν, ἣν κατὰ τοῦ Νεάρχου τοῦ τυράννου συνεστήσατο; et similiter Mullerus, nisi quod scripsit κατεστήσατο. Uterque eorum ex fragm. 42 supplevit verbum, quod sibi videbatur necessarium; nam Maius nihil habet nisi: διὰ τὴν ἐπιβουλήν, ἣν — τυράννου. Pronomini relativo si unam literam addidissent, veram repperissent lectionem; nam cod. Vat. diserte habet: διὰ τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατὰ τοῦ Νεάρχου τοῦ τυράννου. Quod quantocyus reponendum. Articulum ante Νεάρχου tribuo epitomatori qui ita pessime scribere solet.

Nomen proprium excidisse apparet in fr. XLII (XVII § 2) init., quod supple scribendo: ὅτι τυραννουμένης τῆς πατρίδος ὑπὸ Νεάρχου σκληρῶς (Ζήνων) ἐπιβουλὴν κτέ. In sequentibus narratur Zeno, ut dira tormenta, quibus afficiebatur, effugeret, simulasse se totam rem tyranno patefacturum esse, qui quum, ne circumstantes, (id enim Zeno sibi pactus erat), rem audirent, aurem suam Zenoni propius admovisset, philosophus περιχανὼν τὸ οὖς ἐνέπρισε τοῖς ὀδοῦσι, τῶν δ' ὑπηρετῶν ταχὺ προσδραμόντων καὶ πᾶσαν τῷ βασανιζομένῳ προσφερόντων τιμωρίαν εἰς τὸ χαλάσαι τὸ δῆγμα, πολὺ μᾶλλον προσενεφύετο. τέλος δ' οὐ δυνάμενος τἀνδρὸς νικῆσαι τὴν εὐψυχίαν παρεκάλεσαν αὐτὸν ἵνα διῇ τοὺς ὀδόντας. Non est, opinor, verisimile carnifices, postquam philosophum frustra omni dolorum genere excruciassent, tandem eum *hortatos esse*, ut aurem regis missam faceret (quod praeterea Graece dicendum foret παρεκάλεσαν ὅπως). Aliud igitur latere satis constat; sed quia, quod certum sit, nihil invenio, acutiorum curae hunc quoque locum commendare malo, quam inutilibus eum tentare coniecturis. Id vero simul quaerendum esse existimo, an satis recte Graece dicatur διιέναι τοὺς ὀδόντας, quo sensu supra dixit χαλᾶν τὸ δῆγμα.

Idem Zeno in praecedentibus vs. 35 narratur interrogatus a Nearcho tyranno, quosnam haberet coniurationis socios, exclamasse: Ὤφελον γὰρ ὥσπερ τῆς γλώττης εἰμὶ κύριος, οὕτως

ὑπῆρχον καὶ τοῦ σώματος. Antiqui constanter iungunt ὄφελον cum modo Infinitivo, sed vitiosa sequiorum consuetudo eo pervenit, ut tandem etiam tempus finitum, (quae res cum ipsa verbi natura aperte pugnat), sequi iuberent. Hunc quoque errorem epitomatori quam Diodoro, apud quem similem abusum non observavi, tribuere malim.

Initium fr. XLVII sic scribo: ὅτι Δαρεῖος τῆς Ἀσίας σχεδὸν ὅλης κυριεύσας τὴν Εὐρώπην ἐπεθύμει καταστρέψασθαι κτέ.; pro τῆς Εὐρώπης, qui Genitivus inde natus esse videtur, quod scil. nomen proprium a verbo ἐπιθυμεῖν pendere imperitus aliquis librarius cogitaverit. Sin minus expungendum erit verbum καταστρέψασθαι ut interpretamentum, quam tamen viam emendandi illi post habeo; et idem nunc video placuisse Mullero.

Fr. XLVIII (XIX § 6): ἔφασκεν ὡς ποιεῖν. Lege ποιοῖεν. In fr. XLIX (XX) narratur Lucius Tarquinius ἐγερθεὶς ἐκ τοῦ κοιτῶνος ὁρμῆσαι ἐπὶ τὴν γυναῖκα κοιμωμένην ἔν τινι θαλάμῳ. Immo vero ἐν τῷ θαλάμῳ, nam singuli erant singulis familiis thalami. Τῷ abiit in τῳ, hoc in τινι. In medio fragm. LI (XXII) sic videtur distinguendum esse et supplendum: ὑπώπτευεν· ἀδελφιδοῦς (δ' ὧν) αὐτοῦ κτέ.

Athenienses, uti docemur in fr. LV (XXIV § 3), currum aeneum εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀνέθεσαν τόδε τὸ ἐλεγεῖον γράψαντες. Immo vero ἐπιγράψαντες, cuius verbi, credo, certus est de epigrammatis inscribendis usus.

In fr. XLII (XXVII) pro Συρακουσίους et Συρακουσίων reponendae sunt legitimae formae Συρακοσίους et Συρακοσίων, et sic constanter legitur in palimpsesto Vaticano; ibidem corrigas: ἱμάτιον [ἐκ] πολλοῦ κατεσκευασμένον χρυσοῦ pro χρυσίου ac versus finem excerpti ἅμα δὲ νομίζων διαβαλεῖν pro διαβάλλειν. Fr. LXIX (XXIX) διὰ τὸ μὴ ἰσχῦσαι ἐκτῖσαι. Malim ἰσχῦσαι ἐκτίνειν.

Tandem in fr. LXVII (XXXII) sana non sunt vocabula: τοῦ δὲ ἐπαγγειλαμένου συμμαχῆσαι καὶ σιταρκῆσαι; nam post verba *pollicendi* sequi debet tempus futurum, itaque rescribendum est: συμμαχήσειν καὶ σιταρκήσειν.

ADN. AD LIB. XXI.

Non expedio fragm. II (I § 2), nisi scribamus: *συνέδραμον ἐπ' Ἀντίγονον τὸν βασιλέα. (Ἀλλ') οὐχ οὕτως ὑπὸ τῆς πρὸς ἀλλήλους εὐνοίας προκληθέντες, ὡς ὑπὸ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς φόβου συναναγκασθέντες, ὥρμησαν ἑτοίμως πρὸς τὴν τῶν ὅλων κοινοπραγίαν*, nisi forte mavis prope finem mutare *ὥρμησαν* in *ὁρμῆσαι*, quae medicina quamvis lenior propter sequens adverbium *ἑτοίμως* fortasse minus quam altera se commendat.

Terminatio *οις*, indicata de more lineola incurva supra vocabulum, turbas dedit non observata in fr. VI (II § 1) ubi legimus ab initio: *ὅτι Κέρκυρα πολιορκουμένη π λ ο ῖ καὶ πεζῇ ὑπὸ Κασάνδρου κτέ.* Iam Wesselingius recte dedit, quod solum Graecum est: *π λ ο ί ο ι ς καὶ πεζῇ κτέ.*

In fr. VII (II § 2) pervulgato errore legitur: *μὴ μ ό ν ο ν Καρχηδονίων κτέ.* pro *μὴ μ ό ν ω ν κτέ.* sed gravior corruptela invasit, quae leguntur init. exc. VIII (II § 3). *Ὅτι Ἀγαθοκλῆς εἰ μὲν ἀποβιβάσας τὴν δύναμιν ἐ π ι κ ε ι μ έ ν ο ι ς τοῖς πολεμίοις ἐπέθετο, κατέκοψεν ἂν ῥᾳδίως τοὺς Μακεδόνας.* Plane absurdum esse contendo h. l. part. *ἐπικειμένοις*, tum quia non facile qui in terra sunt, adoriuntur hostes per mare navigantes, ut faciebant Agathocles cum suis, tum quia, si forte illa ratio non sufficiat, ex ipsis sequentibus: *ἀγνοήσας δὲ τὴν γεγενημένην παραγγελίαν καὶ τὴν ἔ κ π λ η ξ ι ν τῶν ἀνθρώπων, ἠρκέσθη κτέ.* discimus Macedones *terrore* fuisse *perculsos atque exanimatos*. Ne multa. Ecquis est qui reponere mecum audeat: *ἐ π τ ο η μ έ ν ο ι ς τοῖς πολεμίοις ἐπέθετο?* Proclivi sane errore ЄΠΤΟΗΜЄΝΟΙϹ in ЄΠΙΚЄΙΜЄΝΟΙϹ abire potuit!

Operae pretium est observasse, quo modo idem errorum genus in eodem codice perpetuo recurrere soleat. Cuius rei egregium exemplum subministrat is codex, unde Dav. Hoeschelius in lucem protraxit *Eclogas Legationum*. In illo enim codice fere nusquam incolume librariorum manus evasit nomen urbis in Sicilia nobilissimae, quae modo (v. c. in fr. IX et XV) *Συράκοσαι* audit, modo (v. c. in fr. XI prope fin.) *Συράκοσα.*

Genuinum nomen urbis esse *Συράκουσαι*, incolarum vero *Συρακόσιοι* quamvis hodie nemo ignorat, nihilominus istae sordes ab editoribus pertinaciter retinentur. Eundem codicem valde negligenter esse exaratum et saepius vocabulis carere quam maxime necessariis (ignoro enim, qua fide H. codicem descripserit), unusquisque inter legendum facile sibi persuadebit. Iam v. c. in hoc ipso fr. IX vides in verbis *πάντας ἀπέσφαξεν οὐκ ἐλάττους τῶν δισχιλίων* desiderari part. *ὄντας* post *ἐλάττους*; qua de re si forte quis dubitat, conferat mihi fr. X, ubi eadem sed emendate scripta leguntur.

In fr. XI (IV) vitiose dicta sunt, sed fortasse ab ipso Diodoro, quae leguntur initio: *ἐπὶ* Κρότω*νος στρατεύειν* pro *ἐπὶ* Κρότω*να*, sed peius habita sunt sequentia, sic fere, ni fallor, redintegranda: *Διανοούμενος* (*δ'*) *ἐπὶ* Κρότωνα *στρατεύειν πρὸς* Μενέδημον *τὸν* Κροτωνιατῶν *τύραννον ἑαυτοῦ φίλον ὄντα ἔπεμψεν ἀγγελιαφόρον, μὴ θορυβεῖσθαι αὐτοὺς ψευδῶς,* (*ὡς*) *θέλοντος αὐ*(*τοῦ*) *τὴν* (*πόλιν*) *πολιορκῆσαι,* Λάνασσαν *τὴν θυγατέρα λέγων πέμπειν πρὸς τὴν* Ἤπειρον; in quibus verbis quae de coniectura mea inserui, uncinis significavi, ceterum ne littera quidem mutata. Neque nimis audaci coniectura me ita supplere vel eos, qui rem palaeographicam parum calleant, spero esse intellecturos.

Ridiculum est quod vulgatur ibidem vs. 11: *εἶτα πολιορκή σας ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλατταν περιέβαλε τείχη.* Si enim licet nobis suspicari Agathoclem id fecisse, quod omnes reliqui duces in re simili facere solebant, verum est *πολιορκή σων.*

Si, ut supra vidimus, aliquoties accidit, ut in excerptis Hoesch. vocabulum aut vocabula exciderint, alibi in iisdem invenies quae turpiter abundent, ut in fragm. XIV (VI) ubi post voc.: *Ἀντίπατρον τὸν μητραλοίαν* legitur hoc additamentum: *ἀδελφὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου*, quamquam tertio ante versu dixerat Alexandrum fuisse fratrem Antipatri. Si has et similes ineptias tribuere vis epitomatori, per me licet, modo ne ipsum Diodorum ita scribere potuisse tibi persuadeas.

Non minus otiosa additamenta eliminanda videntur fr. XV (VII) Hoesch. e verbis: *καὶ διὰ* [*μηχανῶν*] *πετροβόλων τῆς πόλεως*

ἐκυρίευσε [καὶ ταύτην εἷλε]. Ibidem in medio fere excerpto malim: πρέσβεις ἀπέστειλαν περὶ διαλύσεως pro ὑπὲρ διαλύσεως.

Longe diversi generis error maculat ultima vocabula fragm. XVI (VIII): ἐπιφθεγξάμενος ὅτι συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα, ubi vix opus est monere reponendum esse αἱρετώτερον. Non magis rem arcanam profero perhibendo in fragm. XXVI vs. 34 (XIV) rescribendum esse: ἐπὶ πρώτην τὴν τῶν Φιλίων ἁρπαγὴν ὁρμᾶν pro: — Φίλων κτέ.

Sed aliquanto gravior est corruptela, quae pessumdedit initium fr. XIX (XII § 1): καὶ τῶν Φίλων αὐτῷ συμβουλευόντων σώζειν ὅπως ποτὲ δύναται κτέ. ubi, quia de ipsius Lysimachi salute sermo est, aut σώζεσθαι aut (ἑαυτὸν) σώζειν ab auctore profectum esse contendo. Quarum lectionem hanc fere praetulerim. Mox legimus ibidem: μὴ δίκαιον εἶναι καταλιπόντα τὴν δύναμιν κτέ. Quae verba Lysimachi aliquanto acrius dicta essent, si scriberetur: μὴ δίκαιον εἶναι ἐγκαταλιπόντα τὴν δύναμιν ἰδίαν σωτηρίαν αἰσχρὰν πορίζεσθαι. Verbum enim ἐγκαταλείπειν proprium est de iis, *qui sibi consulentes prodita causa socios in periculo destituunt.* Sic v. c. noster locutus est scribens de Mario XXXVIII: 18: πάντων αὐτὸν ἐγκαταλιπόντων, καὶ μηδεμίαν σωτηρίας ὁδὸν καθορῶν κτέ.

Facilius aliquem fallere possint in fr. XXI vs. 3 (XII § 3) verba: ὁ μὲν Δρομιχαίτης — ἐδίδαξε τοὺς στρατιώτας ὅτι συμφέρει σῶσαι τὸν ἄνδρα· ἀναιρεθέντος γὰρ κτέ. Attamen ex oppositis apparet non sufficere verbum simplex sed requiri περισῶσαι. i. e. *conservare in vita*, cuius verbi praepositio vocabulo praecedenti absorpta esse videtur.

Quis credat Graece dici posse: ἐπιστολὴν γράφειν ἐπί τινα? Attamen sic scriptum invenio in fr. XXVIII (XVI § 3) vs. 30: γράψας ἐπιστολὴν ἐπὶ τὸν Ἀρχάγαθον. Si licuit indoctis scribis ita peccare, nostrum est talia corrigere, itaque reponemus: πρὸς τὸν Ἀρχάγαθον, et in vicinia: πεζὰς καὶ ναυτικὰς δυνάμεις pro πεζικὰς κτέ. Ib. pag. seq. vs. 16 inserta vocula necessaria scribendum: Ἀγαθοκλῆς μὲν (οὖν) πλείστους κτέ.

Epitomatoris ni fallor, homuncionis stupidissimi, culpa accidit,

ut manca essent in eodem excerpto quae leguntur vs. 24 p. 7: *ἀνδρείᾳ δὲ καὶ ψυχῆς εὐτολμίᾳ πολὺ τοῦ κατὰ λόγον ὑπεραίρων*, ubi supplendum esse apparet e fr. XXIX: *τῆς ἰδίας ἡλικίας· ἦν γὰρ παντελῶς νέος*, quae ni adscripseris locus noster intelligi non poterit. Quibus vocabulis suo loco restitutis ipsum illud excerptum 29 abiicere poterimus. Ad eundem fortasse auctorem referendum, quod legimus p. 8 vs. 7: *πόνοι μὲν συνεχεῖς ἐγένοντο*, pro *ὀδύναι μὲν κτέ.* Sed initio huius excerpti gratum mihi faciet, qui rescripserit: *μεγάλην ἐπεποίητο παρασκευὴν κτέ.* pro *μεγάλην — παρασκεύασιν*, quemadmodum vel Scytha scribere erubesceret. Vix minus barbarum est p. 8 vs. 11: *τῷ δὲ δήμῳ τὴν δημοκρατίαν ἔφησεν ἀποδιδόναι* pro *ἀποδώσειν*.

Initio fr. XXXI (XVII § 4) optimo consilio Mullerus sed alieno, ni fallor, loco inseruit necessariam particulam *ἂν* in verbis: *ὅτι καὶ Καλλίας ὁ Συρακόσιος δικαίως — κατηγορίας ἀξιωθείη (ἂν)*. Nam Graecum est *δικαίως (ἂν) κτέ.*

Fr. XXXII (XVIII): *ὑπὸ γὰρ τῶν πολιτῶν κτέ.* Pergit auctor narrare, non reddit rationem praecedentium; itaque legendum: *ὑπὸ δὲ κτέ.*, uti recte legitur in fr. XXXIV, ubi eadem recurrunt. Codex Hoesch. more suo manca praebet in fr. XXXVI (XXI) initio, sic fere supplenda: *ὅτι δεῖ τοῖς μὲν πολεμίοις εἶναι (ἀπιστότατον καὶ) φοβερώτατον, τοῖς δὲ φιλίοις βεβαιό(τατον καὶ) προσηνέστατον.*

ADN. AD LIB. XXII.

Ex eodem codice descriptum est fr. I, unde fere sequitur sanum non esse. Et recte me ita concludere videbis, ubi legeris: *ὅτι πάτριόν ἐστι τοῖς Ἠπειρώταις μὴ μόνον ἐπὶ τῆς ἰδίας πατρίδος ἀγωνίζεσθαι κτέ.* Immo vero *περὶ τῆς ἰδίας κτέ.*, nam praepositione *περὶ* hac in re promiscue utuntur cum *ὑπὲρ*, cuius tamen usus est longe frequentior. Pro antiquioribus testimonium dicat Aristophanes in Vesp. vs. 593:

οὐχὶ προδώσειν ἡμᾶς φασίν, περὶ τοῦ πλήθους δὲ μαχεῖσθαι.

Interpretamentum expungatur in fr. II vs. 33: *καὶ δὴ ὀφθαλ-*

μίας [*νόσου*] *αὐτὸν περιεχούσης.* Quae sequuntur corrigas sic: *τῶν ἰατρῶν τὸν δοκιμώτατον μεταστειλαμένου αὐτοῦ,* (*οὗτος*) *τὴν ὕβριν τῆς πατρίδος ἐκδικῶν κτέ.* Ceterum Diodoro digniora sunt quae de eadem re scribuntur in fr. III: *εἰς ὀφθαλμίαν χαλεπὴν ἐμπεσὼν μετεπέμψατο τῶν ἰατρῶν τὸν ἄριστον, οὗτος δὲ κτέ.*, quae adscripsi, ut simul appareat, qua licentia epitomatores verbis Diodori sua substituere haud raro soleant.

In fr. IV frequentissimo in his excerptis errore legitur: *Φιντίας εἰς Ἀκράγαντα* (*τύραννος ἦν*) pro *ἐν Ἀκράγαντι.* Eiusmodi sordes invexisse epitomatorem liquet ex adnotatiuncula, quae adhaeret postremis verbis fr. 21 lib. XXI sic scripta: *ζήτει εἰς τὸ περὶ γνωμῶν.*

In fr. V (II § 3) supple: *καὶ τοὺς πρὸς φρουρὰν* (*ἐν*)*όντας* (*ἐξ*)*εδίωξαν κτέ.*, nam sensus est: praesidiarios *eiecerunt*, non: *persecuti sunt.* Deinde corrigatur: *ἐν οἷς πρῶτοι* (pro *πρῶτον*) *ἀπέστησαν Ἀγυριναῖοι.*

Versus finem sequentis excerpti sensu vacua sunt verba: *καὶ φιλανθρωπότερον ἄρχων διακατέσχε τοὺς ὑπὸ χεῖρα.* Lege quae praecedunt, et senties verum esse: *διακατέσχεν αὐτοὺς κτέ.*

Non magis ferri possunt, quae sic scripta ibidem praegrediuntur: *διόπερ ἁπάντων ὄντων πρὸς ἀπόστασιν.* Notae sunt locutiones *εἶναι ἔν τινι, ἀμφί τινι, περί τινι,* similia; etiam *γίγνεσθαι πρός τινι* saepissime invenitur et apud omnes. Sed quis unquam dixit *εἶναι πρὸς ἀπόστασιν,* quo sensu Latinum est *inclinare ad defectionem?* Id vero Graecis est *βλέπειν, κλίνειν ῥέπειν* vel, in magno deficiendi studio, *ὁρμᾶν πρὸς ἀπόστασιν.* Harum locutionum ultima frequentissima est apud nostrum, quare vide an corrigendum sit *ἁπάντων* (*ὁρμ*)*ώντων πρὸς κτέ.*

Nobile Pyrrhi dictum, quod narratur in fr. XIII (VI § 2), unius vocabuli omissione subobscurum factum est: *εἶπεν* (*ὅτι*), *ἐὰν ἔτι μιᾷ μάχῃ νικήσῃ τοὺς Ῥωμαίους οὐδεὶς αὐτῷ τῶν στρατιωτῶν — ἀπολειφθήσεται.* Dixerat enim rex Epirotarum, ni fallor: *ἐὰν ἔτι μιᾷ* (*τοιαύτῃ*) *μάχῃ κτέ.* Praeterea addidi de meo necessariam coniunctionem. Ibidem vs. 5 suppleas: *οἱ* (*μὲν*) *γὰρ ἡττηθέντες κτέ.*

Sed, priusquam pergamus, duo vitia eximenda sunt e praecedentibus, quorum alterum inquinat (fr. IX) verba Μελέαγρος — [πρὸς] ὀλίγας ἡμέρας δυναστεύσας, ubi expunxi praepositionem, quae ob notam causam multo saepius periit quam ibi legitur, ubi locum tueri non queat. Eadem recte omittitur in sqq. Neque opinor multos repertum iri, qui defendant in extremo excerpto haec verba: συνδιατετριφότα πολλοῖς τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν τυράννοις pro πολλοῖς τῶν κτἑ.

Male procedit sententia init. fr. XIV (VI § 3). Scribitur enim sic: ὅτι Κινέας πρεσβευτὴς ἀποσταλεὶς — πρὸς Ῥωμαίους, οὗτος πειστικὸς ὢν ἐν τῷ πρεσβεύειν καὶ δῶρα — ἐδίδου. Quae verba interpretari non possum, nisi deleto pronomine οὗτος et mutato participio ὢν in ἦν.

In fr. XV vs. 25 pro corrupto nomine urbis Ταυρομενίας reponendum arbitror Ταυρομενίου atque eadem opera idem error castigandus in fr. XVI vs. 16 et sicubi praeterea inveniatur eodem modo corruptum. Quis enim v. c. ferret: Ἀγαθοκλῆς ὁ τῆς Συρακοσίας τύραννος s. δυνάστης pro ὁ τῶν Συρακουσῶν κτἑ.? Salvum idem nomen evasit in ipsa vicinia vs. 14: κατῆρεν εἰς τὴν Ταυρομένιον. Sed redeamus ad fr. XV, ubi vs. 32 suppleverim: καὶ διέμειναν φυλάττοντες τὸν πορθμὸν (καὶ) παρατηροῦντες τὴν διάβασιν Πύρρου. Contrario errore coniunctio καὶ male pedem intulit in fr. XVI vs. 14: ταύτης δὲ πορευομένης εἰς Συρακούσας (legitur Συρακόσας) [καὶ] ὁ στόλος συμπαρέπλει. Praeterea in fr. XV vitiosa sunt quae legimus non procul ab initio. Phintias ibi narratur vidisse somnium δηλοῦν τὴν τοῦ βίου καταστροφήν, ὗν ἄγριον κυνηγοῦντος ὁρμῆσαι κατ' αὐτοῦ τὴν ὗν καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ τοῖς ὀδοῦσι πατάξαι καὶ διελάσαντα τὴν πληγὴν κτεῖναι. Si recte locum intelligo, olim scriptum fuerit necesse est: καὶ διελάσασαν τὴν πληγὴν κτεῖναι (αὐτόν). Nam ut hodie scribitur nullo modo intelligo, quî eiusmodi somnio finis vitae portenderetur Phintiae. Quoad Graecitatem cf. Diod. XVII : 20: ὁ δὲ βασιλεὺς — διήλασε τὴν πληγήν. Non minus misere habitum est fr. XII: ὅτι ἡ Καδμεία νίκη παροιμία ἐστίν. ἔστι δὲ οὕτω τὸ τοὺς νικήσαντας κτἑ. Fort.:

ἐστὶ δ' ὁ νοῦς ὅδε· τοὺς (μὲν) νικήσαντας κτἑ. Non minus desperata sunt quae legimus fr. XVI vs. 13: ἐντεῦθεν καταπλεύσας τὸν πορθμὸν καὶ διάρας Σικελίαν κατῆρεν εἰς τὴν Ταυρομένιον. Facile est corrigere διάρας εἰς Σικελίαν, sed parum ea coniectura lucramur; nam quomodo aliquis Locris vela faciens Tauromenium possit καταπλεῖν τὸν Πορθμόν, nemo facile expediet; et quam inepte dicitur διάρας εἰς Σικελίαν κατῆρεν εἰς τὴν Ταυρομένιον? Quidni scribitur: ἐνθεῦτεν διαπλεύσας εἰς Σικελίαν κατῆρεν εἰς τὴν Ταυρομένιον? Sed si ita olim scriptum fuit, unde nata sunt reliqua?

Certius est vs. 27 supplendum esse: καὶ (τὸν) Σωσίστρατον (si haec nominis forma ferri possit pro Σώστρατον), et vs. 28 ὡς μεγάλης ἀποδοχῆς (τυχεῖν) διὰ τὴν εἰρήνην, qua locutione nulla est apud Diodorum frequentior v. c. XXV fr. 12: δικαίας ἀποδοχῆς ἐτύγχανον παρὰ τοῖς πολίταις, sic libr. XXIX fr. 25: ὅτι οἱ περὶ τὸν Ἄτταλον βασιλεῖς μεγάλης ἀποδοχῆς ἐτύγχανον et ibid. vs. 15 μεγίστης ἀποδοχῆς ἠξιοῦντο, et alibi saepissime.

Deinde loco nostro sequuntur haec: ὁ δὲ βασιλεὺς παραλαβὼν — παρασκευάς· αἱ δὲ ναῦς. Verbum finitum excidisse apparet post παρασκευάς, et e sequentibus liquet supplendum esse ἔκρινε ἀποπλεῖν vel certe aliquid in eundem sensum. Sequentia vs. 30 ita supplenda et corrigenda videntur, ut legamus: αἱ δὲ ναῦς — κατάφρακτοι (ἦσαν) ἑκατὸν — εἴκοσι, ἦν δ' ἡ βασιλικὴ ἐννήρης pro: ἡ μὲν βασιλικὴ ἐννήρης.

Verum non est, quod discimus ex eodem corruptissimo codice fr. XVII (VIII § 6): ὅτι ὁ λιμὴν ὁ Κορινθιακὸς Λέχαιος καλεῖται. Nomen portus illius esse Λέχαιον lippis notum est atque tonsoribus.

Abiectissimae Graecitatis est quod legitur fr. XVIII (IX) vs. 8: πόλεμον ἐποίησε pro πόλεμον ἐποιήσατο. Sequentia, quae manca sunt et corrupta in hunc modum constituerim: ἐν ᾧ πολλοὺς στρατιώτας ἀποβαλὼν καὶ μὴ κατισχύσας . . . ὕστερον (δ') εἰς τὴν Ἑλλάδα ἦλθε καὶ εἰς τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, θέλων ἀποσυλῆσαι αὐτό. Lacunam autem explere possis v. c.

inserendo: *τοὺς ἐναντίους τότε μὲν ἀπήγαγεν εἰς τὴν οἰκείαν* vel aliquid certe in hunc sensum. Sed in talibus incerta omnia. Verbum *κατισχύειν* apud Diodorum et sequiores usu frequentissimum, significat prorsus idem quod *νικᾶν*, itaque loco nostro apprime convenit. Praeterea dedi *καὶ* pro *ὡς*, quocum saepissime, ut notum est, confunditur, et *ἦλθε* pro *ἐλθών*. In sqq. corrige: *ἐκεῖ στρατιωτῶν* pro *ἐκεῖσε στρατιωτῶν* et eadem opera fr. XXIII init.: *τοὺς Γαλάτας ἐκεῖ κατέλιπε* pro *ἐκεῖσε κτέ.* Mox pro: *βαρυνόμενος δὲ καὶ πρὸς θάνατον* una litterula mutata rescripserim: *βαρυνόμενος δὲ καὶ πρὸς θανατῶν*; i. e. afflictus autem et praeterea *mori cupiens*; vs. 15 Diodorus certe dedisset: *καὶ τὰς ἁμάξας κατακαύσαντας*; vs. 23 utique corrigendum: *καὶ σπανιζούσης αὐτοῖς* (pro *αὐτοῦ*) *τροφῆς*. Tandem vs. 25 suppleo: *ἀπελθεῖν* (*πρὸς*) *οἶκον*, ut recte legitur vs. 20.

In fr. XIX (IX § 4) legendum: *εἰς ναὸν εἰσελθὼν* pro *ἐλθών*; deinde suppleverim: *κατεγέλασε* (*τῶν Ἑλλήνων*) *ὅτι θεοὺς ἀνθρωπομόρφους εἶναι δοκοῦντες, ἵστασαν τούτους ξυλίνους τε καὶ λιθίνους*.

Fr. XX (IX § 5): *ὄντων δ' ἐν τῷ τεμένει δυεῖν νεῶν παντελῶς ἀρχαίων Ἀθηνᾶς προνάου καὶ Ἀρτέμιδος*. Nulla est *Ἀθηνᾶ πρόναος* sed in vulgus nota *ἡ Προναία*; quare hic quoque legendum esse arbitror: *Ἀθηνᾶς προναίας καὶ Ἀρτέμιδος*.

Quae leguntur in fr. XXI (X) prope initium sic constituo: *ἧκον ἐν ναυσὶ λέγοντες* (*τοὺς Ἀκραγαντίνους*) *τὴν Φρουρὰν τὴν Καρχηδονίων ἐκβεβληκέναι, ὅπως μὴ Φιντίας δυναστεύσῃ αὐτῶν* (*καὶ*) [*λέγοντες*] *τήν* (*τε*) *πόλιν παραδώσειν καὶ συμμάχους γενήσεσθαι*. Mox vs. 17 requiro: *ἐστράτευσε δ' ἐπὶ κτέ.* et 18: *ἔχων πεζοὺς* (*μέν*); pag. seq. vs. 5 *μετῴκισαν εἰς τὸ Λιλύβαιον* pro *κατῴκισαν*; vs. 9: *πολὺν δὲ σῖτον* (*συν*)*εκόμισαν*; vs. 13: *τοῦ* (*δὲ*) *βασιλέως*; vs. 16: *παρακαλοῦντες μηδενὶ τρόπῳ συγχωρῆσαι* pro *ἀποκαλοῦντες κτέ.*; vs. 25: *βελῶν παντοδαπῶν ἀχθομένων*. Fortasse: *ἀφιεμένων*; vs. 27: *ἐπεβάλετο* (*δὲ*) *καὶ*. Tandem in ipso fine: (*πρὸς τοῦτο*) *ἔτρεπε τὴν ὁρμήν*. — Agnoscisne excerpta Hoescheliana?

Ex eodem fonte derivatum est fr. XXIV (XIII), in quo, ne ni-

mium taedium legentes capiat, non notabimus nisi emendationes ad sensum quam maxime necessarias, idem in sequentibus facturi. Graviter autem lector offendatur necesse est in iis, quae leguntur vs. 11 sqq.: *αὐτὸς* (scil. *ὁ Ἱέρων*) *δὲ τὴν δύναμιν ἐκτάξας κατὰ στόμα ἀπήντα* (scil. *τοῖς Μαμερτίνοις*)· *γενομένης δὲ περὶ τὸ ῥεῖθρον ἱππομαχίας ἅμα καὶ τῶν πεζῶν παρατάξεως τοῦ βασιλέως προκατειληφότων ὀφρύν τινα περὶ τὸν ποταμόν.* Haerebit enim unusquisque in vocabulis: *παρατάξεως τοῦ βασιλέως*, pro quibus si *ἐκ προστάξεως τοῦ βασιλέως* i. e *iussu regis* rescriptum erit, omnis, ut opinor, difficultas erit sublata, nisi quod simul necessarium est corrigere: *ὀφρύν τινα παρὰ τὸν ποταμὸν* pro *ὀ. τ. περὶ τ. π.* Sed quid sibi volunt quae statim sequuntur: *καὶ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου πλεονεκτοῦντος, μέχρι μέν τινος ἰσόρροπος ἦν ὁ κίνδυνος*? Quid multa? sermo est de copiis, quae iussu regis ante occupaverant collem flumini vicinum, neque igitur aliter Diodorum scripsisse puto quam sic: *καὶ* (*κατὰ*) *τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου πλεονεκτούντων, μέχρι κτἑ.* Num in talibus est dubitationi locus?

Verbo deinde moneo vs. 18 requiri: *ἐπικειμένων* (*δέ*); vs. 19: *ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Μαμερτίνων ἀγωνισάμενος* (pro *ἀγωνιζόμενος*) — *καὶ λιποψυχήσας ἐζωγρήθη*, et vs. 24: *νυκτερεύσοντος αὐτοῦ ἐν τῇ τῶν ἐναντίων παρεμβολῇ* pro *νυκτερεύσαντος — εἰς τὴν — παρεμβολήν.* Ut alia sciens praetermittam, vs. 26 absurdissime scribitur: *ἧκον τινες ἵππους φέροντες εἰς τὸν βασιλέα* pro *ἄγοντες πρὸς τὸν βασιλέα.* Etiam vs. 35 requiro: *ἧκε κατὰ τάχος πρὸς* (pro *εἰς*) *τὸν βασιλέα* et paullo ante: *οὐ μὴν ἥ* (*γε*) *τύχη εἴασε κτἑ.*

Sententia laborat p. 22 vs. 3 (XIII § 7) in his: *Ἀννίβας καταλαβὼν Μαμερτίνους μέλλοντας παραδιδόναι τὴν πόλιν ἀνέπεισεν.* Verum e contextu apparet Hannibalem rem dissuasisse Mamertinis urbem dedituris. Ergo scribendum est *μετέπεισεν*, i. e. *persuasit iis, ut ab incepto desisterent.*

ADN. AD LIBR. XXIII.

Quae leguntur in fr. II p. 23 vs. 3: *δημηγορεῖν δὲ πρὸς*

Ἱέρωνα πόλεμον μὴ ἐπιβήσεσθαι tam misere depravata sunt, ut equidem manus abstineam; vs. 7 θρυλλοῦντες male scribitur pro θρυλοῦντες et vs. 5 post Καμάριναν excidisse videtur particula μέν.

Neque recte oratio procedit init. fr. III: ὅτι Φοίνικες καὶ Ῥωμαῖοι ναυμαχήσαντες — διεπρεσβεύσαντο πρὸς τὸν ὕπατον περὶ φιλίας. Soli, opinor, Carthaginienses miserunt legatos ad consulem Romanum, itaque reponendum: ὅτι Φοίνικες [καὶ] Ῥωμαίοις κτέ. Coniunctio καὶ e cauda praecedentis vocabuli nasci potuit; deinde de industria Ῥωμαίοις in Ῥωμαῖοι mutatum esse suspicor.

Leniter refingenda sunt, quae vs. 25 hodie sic scribuntur: ἔπειτα πάλιν ἄλλων ἐθνῶν θυρεοῖς χρωμένων οἷς νῦν ἔχουσι (scil. Ῥωμαῖοι). Non facile credam alios populos unquam iisdem olim clypeis usos esse, quibus tunc Romanos. Quominus usi sint similibus nil obstat, itaque rescribendum esse iudico: οἵοις νῦν ἔχουσιν. Peius corrupta sunt eiusdem excerpti verba ultima: καὶ νῦν ἂν Καρχηδόνιοι διὰ ταῦτα μαθεῖν αὐτοὺς ναυμαχεῖν ταχὺ τοὺς μαθητὰς τῶν διδασκάλων ὄψονται περιγενομένους. Fortasse agnovi scriptoris vel potius epitomatoris manum suspicando: καὶ νῦν αὖ Καρχηδόνιοι διὰ (τὸ κατὰ) ταὐτὰ μαθεῖν αὐτοὺς ναυμαχεῖν ταχὺ τοὺς μαθητὰς τῶν διδασκάλων ὄψονται περιγενομένους i. e. *et nunc rursus Poeni, ipsis* (i. e. Romanis) *eodem modo* (nempe ab adversariis) *discentibus bellum maritimum, brevi discipulos magistris superiores conspicient.*

Titubarunt quoque scribae in fr. VI (IV) prope initium in verbis: εἶτα πολιορκούντων καὶ πρὸς ταῖς χαλκαῖς αὐλαῖς καθήμενοι, ἧκον πρέσβεις. Qui legati veniebant non poterant, credo, simul sedere, sed sedebant consules, itaque corrigendum: καὶ πρὸς ταῖς χαλκαῖς πύλαις καθημένων ἧκον πρέσβεις. Praeterea scripsi ΠΥΛΑΙϹ pro ΑΥΛΑΙϹ, tum quia αὐλὰς aeneas miraculi instar haud iniuria dixeris, tum quia consules urbem obsidentes ante portam potius quam ante aliud quodvis urbanum aedificium consedisse crediderim! Deinde legendum est in hunc modum: εἶτα δειλίας (ἐμ)πεσούσης καὶ (τοῖς) ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, καὶ αὐτοὶ (f. οὗτοι) πρέσβεις ἀπέστειλαν περὶ εἰρήνης.

Incertum deinde, quomodo corrigenda sint quae verba claudunt periodum: *καὶ ἐπιδώσειν τὰς πόλεις Ῥωμαίοις*, nam et desideratur verbum, unde pendat Infinitivi Futurum, et *ἐπιδιδόναι* hac in re Graecum non est sed *παραδιδόναι*. Recte diceretur: *καὶ ἐπηγγείλαντο παραδώσειν*; possis alia in eundem sensum coniicere, sed quod certum sit nihil.

Non magis sanum est, quod legitur ibidem vs. 15, *ὑπήκουσαν*, non enim consules, credo, *obediverunt* legatis, qui venerant petitum pacem, sed *aurem* iis *praebuere* benignam, quare *ἐπήκουσαν* verum est. Minus facile corrigas sequentia: *καὶ συνέθεντο εἰρήνην ἔτη πεντεκαίδεκα λαβόντες δραχμῶν ιέ μυριάδας, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόντι κυριεύειν Συρακοσίοις καὶ τῶν ὑπ' αὐτὸν πόλεων κτέ.* In extremis reponendum esse *Συρακοσίων* vel caecus videt; in prioribus videndum an suffecerit ante vel post *εἰρήνην* inserere *Ἱέρωνι*, quod nomen ob causam palaeographicam eo loco facile excidere potuit. Sed fortasse plura desunt.

Certius est in fr. VIII (V) vs. 27 supplendum esse: *Τυνδάριοι δὲ ἰδόντες αὐτοὺς ἀπολελειμμένους (μόνους)*, quod nomen cur perierit, obscurum non est, et vs. 38: *ἠβουλήθησαν καὶ αὐτοὶ (ἐν)δοῦναι*, neque minus vs. 33: *καὶ σῖτον (καὶ) οἶνον καὶ τὴν ἄλλην παρασκευὴν ἀπεκόμισαν*; sed vel sic epitomatoris, ni fallor, culpa male haec non minus quam ea, quae proxime praecedunt, verbis concepta sunt.

Initio fr. X (VII) post *Ἀκράγαντα* sat inepte legitur *τὴν πόλιν*; et in fine ratione inversa lubens deleverim *Ἀκράγαντα* post vocabula *τὴν πόλιν*.

Fragm. XI (VIII) init. duplici nomine vitiosa sunt verba: *ἐπέρασε μεγάλην δύναμιν ἐν Σικελίᾳ*; nam requiritur *διεπέρασε μεγάλην δύναμιν εἰς Σικελίαν*. Mox vs. 8 post *ἱππεῖς μὲν τρισχιλίους* necessarium esse: *ἱππεῖς (δὲ) διακοσίους* monere putidum videri posset, nisi multi editores tales particulas grata quadam negligentia ab auctoribus interdum omitti, sibi persuadere viderentur. Manca sunt verba ultima, quae sic suppleo: *ἐλέφαντας (δ') ὀκτὼ (μέν φασι* vel *μὲν συνέβη) θανεῖν. τριάκοντα τρεῖς δὲ κατατραυματισθῆναι.*

In fr. XIV (IX) vs. 32 nomen ducis Romani vel appellativum, quo idem significetur, desiderari manifestum est. Scribitur enim sic: *Ῥωμαῖοι* *εἷλον* — *λαφυροπωλήσαντες* — *ἦλθον καὶ ταύτῃ παρακαθίσας ἑλεῖν οὐκ ἐδυνήθη* — *εἷλε* — *ἐπώλησεν* — *εἷλε κτέ.*

Ibidem pag. 26 vs. 1: *εἶτα ὁμοίως ταῖς ἄλλαις πόλεσι φρουρὰν καταστήσας ἐπὶ Καμικὸν ἦλθε.* Verum videtur *ἐγκαταστήσας κτέ.* scil. *ἐν Σιττάνᾳ*, nam loco nostro haec verba praecedunt: *ἐπὶ Σιττάναν ἐλθὼν κατὰ κράτος ταύτην εἷλε.* Tandem non expedio ultima: *ἔτι δὲ ποταμὸς Ἅλυκος καὶ ἄλλαις ἐσχάταις*, ubi plura desiderari neminem latet.

Mancum et corruptum est initium fr. XVII (XI): *οὐδὲν δ'οὕτω καταπλήττεται τὰς ψυχὰς ὡς τὸ ἡττηθῆναι τοῖς Καρχηδονίοις. δυνάμενοι γὰρ ῥᾳδίως διαφθεῖραι τὴν ναυτικὴν δύναμιν τῶν πολεμίων περὶ τὸν κατάπλουν, οὐδ' ἐπεχείρησαν τούτους ἀμύνεσθαι.* Et sensui et linguae legibus satisfactum erit, si rescripseris: *οὐδὲν δ' οὕτω καταπλήττει τὰς ψυχὰς ὡς τὸ ἡττηθῆναι· (ὅπερ ἦν ἰδεῖν ἐν) τοῖς Καρχηδονίοις· δυνάμενοι γὰρ κτέ.* Mutavi *καταπλήττεται* in *καταπλήττει*, quia *solum Aoristum Medii* pro forma Activa huius verbi a Diodoro et sequioribus adhibitum invenies. Similiter codex Vaticanus diligentius inspectus duobus vocabulis plane necessariis auxit ea, quae leguntur vs. 24 in hunc modum redintegranda: *καὶ μήτε τάξεως μήτε συστήματος ἀθρόου γενομένου, (τοῦ τε) πνεύματος βιαιότερον ἐγκειμένου κτέ.*

Tandem in ipso excerpti fine male abundare iudico praepositionem verbi compositi in his: *καὶ τῶν χρησίμων τὰ μὲν διὰ τὴν εὐλάβειαν προέμενοι τὰ δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν διαγνοήσαντες.* Nam verbum *διαγνοεῖν*, quod lexica ignorant, si exstaret, nihil aliud significare posset quam *perpetuo, ad finem usque nescire*, quae notio loco nostro non convenit, quare corrigendum videtur *ἀγνοήσαντες.* Praepositionem errore e superioribus repetitam esse crediderim.

Quae leguntur in fr. XVIII (XII) vs. 3 in hunc modum castigentur: *ἐφ' οἷς ὁρῶν αὐτοὺς* (pro *τοὺς*) *ἀγανακτοῦντας ἔφησεν αὐτῷ* (pro *αὐτοὺς*) *δεῖν τοὐναντίον χάριν ἔχειν ἐπὶ τού-*

τοις κτέ. In fine excerpti vs. 10 optime supplet palimpsestus: τὸ τῆς πατρίδος (ἔθος) ἐν τοῖς τοιούτοις μιμησάμενος; XXIII vs. 30: ὅσον εἰκός ἐστιν ἀναλῶσαι τοὺς στόλους μὲν πλέοντας ἐκ τριακοσίων νεῶν συνεστηκότας κτέ. Nihil potest esse evidentius quam dedisse: τοὺς στόλους μὲν πληροῦντας, quod iam Dindorfium video reperisse. Idem tamen verissimam correctionem recipere ausus non est.

Fr. XXIV (XV § 6). Male B. uno tenore continuavit quae seiungenda fuissent. Prius excerptum hoc est: ὅτι ῥᾷόν ἐστί τινα ἐχθροὺς γενέσθαι, ἐὰν μόνον ἀγαθῷ συμβούλῳ χρήσοιτο πειθόμενος. Hoescheliana sunt et de more pessime corrupta. Coniicio: ὅτι ῥᾴδιόν ἐστι τῶν ἐχθρῶν περιγενέσθαι, ἐὰν μόνον ἀγαθῷ συμβούλῳ χρῆταί τις πειθόμενος.

Semibarbarum est quod legitur in fr. XXVI (XV § 8) verbum μετριοφρονεῖν, pro quo reponatur μέτρια φρονεῖν, quae melior lectio peti poterit e fr. XXIII vs. 35, ubi eadem e meliore codice hausta recurrunt.

Non melioris notae est in fr. XXXI vs. 21 forma Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον, aut ibid. vs. 23: Κεφαλύδην pro Κεφαλοίδιον (cf. Diod. XV : 78), aut p. 32 vs. 4: Σολουντῖνοι pro Σολούντιοι. Pag. 31 vs. 29 legendum: ἀπὸ θαλάσσης εἰς θάλασσαν τὰ χώματα ἐχαρακώθη καὶ ἐταφρεύθη pro numero Plurali, qui est in vulgatis. Mox vocabula: εἶτα Ῥωμαῖοι συνεχεῖς προσβολὰς ποιούμενοι καὶ μηχανὰς κατέβαλον τὸ τεῖχος idoneum sensum habebunt, si rescripseris ταῖς μηχαναῖς, nisi forte supplendum: καὶ μηχανὰς (προσαγαγόντες) κτέ. Sanam deinde interpretationem non admittunt, quae leguntur vs. 36: καὶ μύρια τετρακισχίλια σώματα τιμῆς συνεχωρήθη τῷ εὑρεθέντι ἀργυρίῳ καὶ ἀπελύθη; sed non reperio, quod satisfaciat, itaque manus abstineo. De reliquis monuere iam alii: vs. 9 Dind.: οἱ δὲ Ῥωμαῖοι [οἱ]; vs. 10 Reisk.: μετὰ τῶν Καρχηδονίων [νεῶν]; vs. 13: ἐγγὺς τῆς Καμαρίνας pro ἐξ αὐτῆς κτέ. probabilis est Dindorfii coniectura, sed simul in vicinia corrigendum: εἰς Σικελίαν διαπερῶντες pro πρὸς κτέ.; vs. 25: καὶ (ἐκ)πολιορκήσαντες accipias ab eodem Dindorfio.

Certum est in fr. XXXIII (XIX) vs. 10 male scribi: *ἐκεῖθεν ἀπάραντες ἐν Ῥώμῃ* pro *εἰς Ῥώμην* et vs. 12 verba: *καὶ ἀπώλεσαν ναῦς μακρὰς ἑκατὸν πεντήκοντα καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν τῶν ἱππαγωγῶν καὶ λαφύρων* manca et corrupta esse a fine. Corrigendum videtur *λαφυραγωγῶν* et supplendum *παρασκευήν*. In vicinia pro *ἀνοίξειν* rescribendum *ἀνοίξει*; nam suspensum est a coniunctione *ὅτι*. Mox vs. 18 cave expungas praepositionem *κατὰ* in verbis: *ὁ μὲν κατὰ τὴν ὡρισμένην πύλην ἤνοιξε*, nam neque ea deleta satis Graeca oratio esset, neque loci manifesto corrupti sententiam agnovisses; quia e praecedentibus unam tantum urbi portam fuisse apparet, scil. e verbis (vs. 15): *ἀνοίξειν αὐτῷ τὴν πύλην τῆς πόλεως*. Ne multa; sanissimum est *κατὰ*, sed periit post *ὡρισμένην* substantivum quod suspicor fuisse *ὥραν*, quo vocabulo non aliud facilius post simile participium elabi potuit, neque aliud est sensui loci nostri accommodatius. Audacter igitur repone: *ὁ μὲν κατὰ τὴν ὡρισμένην* (*ὥραν*) *ἤνοιξε* (*τὴν*) *πύλην* i. e.: *ille quidem* (nempe portae custos) *hora constituta portam aperuit;* quibus nihil est planius. Quum semel *ὥραν* scribarum incuria periisset, articulum ante *πύλην* de industria a correctoribus deletum esse, vix est quod moneam. Sed multum abest, ut post hanc emendationem excerptum persanatum sit, nam iam statim haeremus in ipsis sequentibus: *τὴν δὲ οἱ πρώτιστοι καὶ ἐπιφανεῖς εἰσῆλθον καὶ εἶπον τῷ πυλωρῷ κλεῖσαι καὶ μηδένα ἄλλον ἐᾶσαι εἰσελθεῖν, θέλοντες μόνως τὸν πλοῦτον τῆς πόλεως ἆραι. οὗτοι πάντες κατεκόπησαν κτέ.* Sana non sunt vocabula *καὶ ἐπιφανεῖς*; nam vereor, ut cuiquam placeat Mulleri interpretatio primorum verborum, *praecipui ac nobiles*. Quasi ita Graece recte dici queat pro: *οἱ πρῶτοι τε καὶ ἐπιφανέστατοι*! Et fac Graeca esse, non video quî nobiles priores urbem intrare potuerint quam minus nobiles. Apage ineptias! Primi intrarunt, credo, qui primi apparuerunt, et Diodoro reddendum est: *τὴν δ' οἱ πρώτιστοι ἐπιφανέντες εἰσῆλθον*, quae verba et optime Graeca sunt et sola rei, de qua agitur, conveniunt. Deinde pro *θέλοντες μόνως* haud dubie requiritur: *θέλοντες μόνοι*. Mox ambigi possit, an recte scribatur:

τὸν πλοῦτον τῆς πόλεως ἆραι; usitatius certe foret τὸν πλοῦτον τῆς πόλεως ἁρ(πάσ)αι. Denique supplendum: οὗτοι (δὲ) πάντες κτέ.

Fragm. XXXIV (XX) quamvis valde exiguum non tamen salvum evasit librariorum manus. Scribitur enim sic: πολιορκήσαντες δὲ Ῥωμαῖοί καὶ Ἐρκτὴν Φρούριον μυριάσι — ἱππεῦσιν οὐκ ἴσχυσαν. Verbum ἰσχύειν apud sequiores et Diodorum quoque saepe idem valet ac δύνασθαι, itaque fortasse supplendum: (ἑλεῖν) οὐκ ἴσχυσαν; quemadmodum alibi scribere solet Diodorus v. c. in lib. XXXVII fr. II p. 172: Ἰσίας μὲν πόλιν ὀχυρὰν ἐπὶ πολὺν χρόνον πολιορκήσαντες οὐκ ἴσχυσαν ἑλεῖν. Post ΙΠΠΕΥCΙΝ facile ΕΛΕΙΝ elabi potuisse unusquisque videt. Quod ad castelli nomen Ἐρκτήν attinet, non aliunde mihi innotuit. Lib. XXII fragm. 21 p. 18 vs. 27 legimus: καὶ τῶν Ἐρκτῶν κατασχὼν τὸ ὀχύρωμα, ubi intelligi oppidum Panormo vicinum e praegressis palam fit. Hic Εἱρκτῶν, illic Εἱρκτὴν scribendum videtur propter Polyb. I, 56 § 3.

Fr. XXXV: Ἀσδρούβας δὲ ὁ στρατηγὸς — ἀναζεύξας μετὰ πάσης (τῆς insere monente iam Dindorfio) δυνάμεως — ἦλθεν εἰς τὸ (l. τὸν) Πάνορμον καὶ διαβιβάσας (αὐτὴν insere) τὸν ποταμὸν τὸν σύνεγγυς περὶ τὰ τείχη ἐστρατοπέδευσε, μήτε χαράκωμα μήτε τάφρον τάξας διὰ τὸ καταφρονεῖν. Aperte mendosum est participium τάξας; nam τάττειν τάφρον vel χαράκωμα non cogitari nedum scribi potest. Sententia salva et Graecitate rescribere possis: μήτε χαρακώματι μήτε τάφρῳ φράξας (τὴν παρεμβολὴν) διὰ τὸ καταφρονεῖν. Est vero alia emendandi via multo lenior, quam mihi aperuit observatio, in his excerptis culpa, opinor, epitomatoris aut librariorum passim legi formam semibarbaram ἦξα pro ἤγαγον v. c. lib. IX, fr. 11: ὃν ἀντεισῆξαν εἰς τοὺς ἑπτὰ σοφούς et lib. XXV, fr. 18: συνῆξαν λαὸν μυριάδας εἴκοσι. Fac igitur olim scriptum fuisse loco nostro μήτε χαράκωμα μήτε τάφρον ἀγαγὼν διὰ τὸ καταφρονεῖν; deinde pro ἀγαγὼν substitutam esse formam sequiorem ἄξας, et facilis suspicio est hinc vulgatam lectionem τάξας natam esse. Hoc loco idoneam nactus occasionem apponam nonnullas verborum

formas eiusdem farinae, cuius est *ἄξας*, quae passim in his excerptis sunt obviam. Lib. X fr. 45: *εἵλαντο* editur pro *εἵλοντο*; lib. XXII fr. 23: *ὑπεξείλαντο* pro *ὑπεξείλοντο*; lib. XXXVI fr. 25: *ἁμαρτήσαντας* pro *ἁμαρτόντας*; lib. VIII fr. 7: *ἐπαγγελέσθαι* pro *ἐπαγγείλασθαι*; lib. VIII, fr. 12 vs. 4: *ἀγαθώτερος* pro *ἀμείνων*; lib. IX fr. 51 vs. 10: *ἀποκριθῆναι* pro *ἀποκρίνασθαι*; quarum formarum omnium, exceptis *ἀποκριθῆναι* et *ἀγαθώτερος* (cf. v. c. XVI, c. 85) quae cadunt in aetatem qua vixit Diodorus, ea est barbaries, ut nemo sanus Bibliothecae scriptori, (de cuius tamen Graecitate non valde magnifice iudico,) ista, quorum numerus ab eo, qui hoc agat, facile multis eiusdem generis exemplis augeri possit, tribuenda esse censeat. Equidem nonnulla librariis, partem longe maximam epitomatori (qui scribere potuit, ut supra vidimus *ζήτει εἰς τὰ περὶ γνωμῶν*), imputanda esse iudicaverim. Affricuit iste Diodoro subinde sui aevi sordes.

Sed ut redeamus, unde profecti sumus, ad fr. XXXV, nondum illud persanatum esse arbitror; nam post *πληρούμενοι* aliquid excidisse ipse nexus orationis arguit, quod tamen quale fuerit acutioribus indagandum relinquo. Ipse satis habeo prope finem corrigere: *καὶ θαῦμα Ῥωμαίους ἔσχεν* pro *καὶ θαῦμα Ῥωμαῖοι ἔσχον*, quam orationem Graecam non esse facile omnes paullo doctiores mihi largituros esse confido.

ADN. AD LIB. XXIV.

Fr. I vs. 12: *τὴν δὲ Σελινουντίων πόλιν Καρχηδόνιοι κατασκάψαντες μετῴκισαν εἰς τὸ Λιλύβαιον.* Supplendum *αὐτοὺς* post *κατασκάψαντες*, ne intelligenda sit *ἡ πόλις*. Ibid. vs. 16 lege: *ἐκεῖθεν* (δ') *εἰς κτέ.*; vs. 27: *πνεύματος δὲ βιαίου πνεύσαντος καὶ τῆς θαλάσσης ἀγριανθείσης πάντα κατέλυσεν.* In antiquo et probato scriptore si haec ita legerentur, sine controversia corrigendum foret *κατελύθη*; sed non ita in his excerptis scribi solet. In quavis pagina obviam est verborum compositio subabsurda, qualis haec est lib. XXIII, fr. XXXIII (XIX) vs. 12:

τοῦ δὲ Θερμῶν πυλωροῦ περὶ τὰ ἔξω γενομένου εἰς ἀναγκαίας χρείας, ὑπὸ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ συνελήφθη (nempe ὁ πυλωρός). Similiter loco nostro dederat: πάντα κατέλυσαν (scil. τὸ πνεῦμα καὶ ἡ θάλασσα). Eodem modo in fr. XXXV libri praecedentis: ἐπιπεσόντος Καικιλίου αὐτοῖς, κατὰ κράτος νικήσας ἀπέστειλε (scil. ὁ Καικίλιος). Quae exempla aliis innumeris augeri possint.

Interpretamentum ὄργανον, olim adscriptum ad πετρόβολον vs. 29, lubens deleverim. Male sana mox vs. 33 haec scriptura videtur: καὶ τοῦ λαοῦ εἰς τὸν πρὸς θάλασσαν πόλεμον κενωθέντος, οἱ κατὰ τὰς ἐνέδρας κλίμακας ἑτοίμους ἔχοντες ἀνέβησαν. Nam potuit ἡ πόλις κενωθῆναι, ὁ λαός non potuit. Quod omnino satisfaciat, reperire mihi non contigit. Quaerant alii.

Ib. p. 34 vs. 4, expunge additamentum, quod inepte abundat in vocabulis: ἰδόντες δὲ οἱ Καρχηδόνιοι οὐδὲν ὠφελοῦντας τοὺς ἱππεῖς αὐτῶν ἐν τοῖς στενοῖς [τόποις] κτέ. *Angustias* Graece dici τὰ στενὰ satis est, credo, notum.

Ib. vs. 5 supplendum: καὶ πολλὴ βοήθεια (ἐντεῦθεν) Καρχηδονίοις ἐγένετο. Deinde vs. 7 corrige: διὰ τὴν σπάνιν τῶν τροφῶν pro σπανίαν, quod vocabulum Graecum non est, recte iam monente Rhodomano; et vs. 8: εἰς τὴν νόσον ἐνέπιπτον (pro ἔπιπτον), ut dicebant et scribebant omnes.

Monstrum alere videntur vs. 12 vocabula: τῶν δὲ Ῥωμαίων τὸν ὕπατον διαδεξαμένων τὴν ἀρχὴν παρέδωκαν Κλαυδίῳ κτέ. Διαδέχεσθαί τινα noto usu significat *succedere alicui*, neque igitur huic loco convenit. Suspicor in ΔΙΑΔΕΞΑΜΕΝΩΝ delitescere veram lectionem ΔΙΑΛΛΑΞΑΝΤΩΝ, quod verbum Diodorus adhibuerit eo sensu, quo v. c. Xenophon scribit in Hellenicis I : 6 § 4: ὅτι Λακεδαιμόνιοι μέγιστα παραπίπτοιεν ἐν τῷ (ἀεὶ insere) διαλλάττειν τοὺς ναυάρχους. Quae suspicio si vera est, Diodoro reddendum: τῶν δὲ Ῥωμαίων τὸν ὕπατον διαλλαξάντων, τὴν ἀρχὴν παρέδωκαν Κλαυδίῳ [ὑπάτῳ] τῷ τοῦ Ἀππίου υἱῷ, i. e. *Romani autem mutato consule imperium tradidere Claudio;* in quibus observa rursus eandem obtinere constructionem eclogario perquam familiarem, de qua supra diximus. Fieri tamen possit, ut etiam h. l. epitomator

vitiosam sui aevi dialectum Diodoro obtrudat. Nam recentissima aetate διαδέχεσθαι significare coepit: *dare alicui successorem*. Cf. Wesselingium ad h. l.

Deinde correxerim: ὃς (pro καὶ) παραλαβὼν τὰς δυνάμεις κτὲ. Mox vs. 20 editur sic: ναυμαχίαν δὲ καρτερὰν καὶ νίκην λαμπροτέραν οὐχὶ Καρχηδονίοις ἀλλ' οὐδ' ἄλλοις τοιαύτην γεγενημένην ῥᾳδίως ... περὶ τούτους τοὺς χρόνους. Signa lacunae recte interposuit Mullerus. Sententia manu ducit ad veram lectionem quae, ni egregie fallor, haec est: ναυμαχίαν δὲ καρτερωτέραν καὶ νίκην λαμπροτέραν οὐχ ὅτι Καρχηδονίοις ἀλλ' οὐδ' ἄλλοις τοιαύτην γεγενημένην ῥᾳδίως ἄν τις εὕροι περὶ τούτους τοὺς χρόνους. Vs. 23 verissime Dindorf.: καὶ μετὰ νεῶν δέκα [οὐ] μόνον, ἀνῃρέθη μὲν οὐδεὶς, sed praeterea, ni fallor, scribendum: καὶ τὸ παραδοξότατον — ὄντων Καρχηδονίων.

Ib. vs. 28 supple: Καρθάλων (ὁ) στρατηγός, nisi potius στρατηγὸς est expungendum; et vs. 30: καὶ σιτηγῶν (τῶν) ἴσων.

Pag. 35 vs. 2 dele interpretamentum in verbis: τῶν (μὲν insere) μεγάλων κατέδυσαν πεντήκοντα, τῶν δὲ μικρῶν [ἐβύθισαν] ἑπτακαίδεκα. Ib. vs. 10 repone, Dind. monente, παντὶ (τῷ) στόλῳ. Ib. vs. 20: τὰς δύο ναῦς ἀπολαβὼν καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας ἄνδρας κτὲ. Ecquis est, qui ita scribere malit quam mecum reponere: τὰς δύο ναῦς ἀναλαβὼν κτὲ.? Subsequuntur ibidem haec: εἰς τὸ στρατόπεδον ἦλθε τὸ Λιλύβαιον. Non dudum correctum esse: εἰς τὸ στρατόπεδον — τὸ πρὸς Λιλυβαίῳ ad exemplum fr. III init.: τὰς πρὸς τῷ Λιλυβαίῳ δυνάμεις! Denique vs. 24 necessarium est: καὶ στρατιώτας ὀκτακοσίους εἰς φυλακὴν ἐγκατέλιπε pro κατέλιπε, et eadem opera in lib. XXII fr. XXI, p. 18 vs. 31 revoca: εἷλε δὲ τὴν πόλιν. Φρούραν δ' ἐγκαταστήσας [ἐν αὐτῇ] ἀπῆρε κτέ.

Facili negotio tolli potest mendum pervetustum, quod hodie inquinat fr. II. Editur autem sic: ὅτι τοὺς φιλαργυρωτάτους ἐπελέξαντο πρὸς τὸν ἐμπρησμὸν τῶν μηχανημάτων καὶ τοὺς θρασυτάτους οἱ Καρχηδόνιοι, — τὰ γὰρ πλήθη ταῦτα μάλιστα προτρέπεται τοὺς προχείρους παντὸς καταφρονεῖν κινδύνου. Quae nunc ipsis tenebris obscuriora sunt luce clariora fient, ubi mecum

pro ΠΛΗΘΗ reposueris ΠΑΘΗ. Nempe τὰ πάθη ταῦτα sunt ἡ φιλαργυρία καὶ τὸ θράσος. Ib. mox suppleverim ὡς ἐπὶ (τὸ) πολὺ γὰρ κτἑ.

In fr. III vs. 12 pro χώσματα, quod flocci non est, corrige χώματα. Ad vs. 14, ubi πρώτως editur pro πρῶτον, conferas quae praecipit Phrynichus, frustra obnitente Lobeckio p. 311.

Fr. V. Scire pervelim, quomodo ii, qui veterum librorum auctoritate standum esse perhibeant, expediant haec verba: Βάρκας — παρέλαβε τὴν πόλιν καὶ πάντας ἀνεῖλε, μετῴκισε δὲ τοὺς λοιποὺς εἰς τὰ Δρέπανα. Intelligerem: καὶ πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε; sed aliud quid latere suspicor, quod tamen quale sit, reperire mihi non contigit.

Fr. XIII init.: ὅτι Ἀμίλκας ἔπεμψε κήρυκας. Sic edidit Maius, nescio an recte; nam sequitur ὁ δὲ ὕπατος — ἐκέλευσε τοῖς ἥκουσι. Nihilominus male legit, nam palimpsestus manifesto exhibet κήρυκα, et ita non solum scriptum invenio in loco simillimo libr. XXV : 4 (3): οἱ Καρχηδόνιοι ἐξαπέστειλαν πρὸς τοὺς ἀποστάντας κήρυκα, τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτούμενοι, sed alibi quoque constanter apud Diodorum ad idem negotium unum praeconem mitti videbis. Fortasse igitur hoc quoque loco codicem sequi praestat; ut pluralis numerus τοῖς ἥκουσιν intelligatur de iis, qui praeconem comitati sint.

Fr. XV tralaticio errore vulgatur: γυμνάσειν ἤλπιζεν — ἅμα δὲ πολλὰ καταπράξασθαι, lege: καταπράξεσθαι.

Obiter moneo pro Φουνδάνιος, fr. XIII et XIV, palimpsestum diserte exhibere Φονδάνιος, quae tamen minus vera scriptura est; nam *Fundi*, unde Fundania gens nomen duxisse videtur Φοῦνδοι (Strab. V : 233), et incolae Φουνδανοὶ (apud Steph. Byz.) audire Graece solent.

Pessime habitum est fr. XXII initium: Λυτάτιος δὲ ὁ ὕπατος ναυσὶ μακραῖς τριακοσίαις [καὶ πλοίοις] καὶ πορείοις ἑπτακοσίοις [ὁμοῦ χιλίοις] κτἑ. Utile fortasse est iis, qui rationes subducere nequeunt, additamentum ὁμοῦ χιλίοις, nos facile eo carebimus reddemusque sua interpolatori. Praeterea vero suspecta habeo vocabula πλοίοις καὶ nata ex interpretamento ad πορείοις, ni

fallor, olim adscripta. Redditis igitur istis magistello, rescribamus: *Λυτάτιος δὲ ὁ ὕπατος ναυσὶ μακραῖς τριακοσίαις καὶ πορείοις ἑπτακοσίοις εἰς Σικελίαν ἔπλευσε κτἑ.* Non minus probabili coniectura in integrum restituam quae sequuntur: *῎Αννων δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ Καρχηδόνος ναυσὶ διακοσίαις πεντήκοντα μακραῖς καὶ τοῖς φορτηγοῖς — ἦλθεν.* Non exputo, quidni auctor addiderit numerum navium onerariarum, neque cur articulus isque masculini generis, dum φορτηγός (ναῦς) ad femininum pertinet, adscriptus sit. Quare suspicor ipsum numerum latere in articulo, et τ' (i. e. τριακοσίαις) a scribis pro compendio, quo ταχυγραφικῶς in libris τοῖς exarari solet, esse habitum. Quae suspicio si vera est, in posterum legemus: *῎Αννων σὺν ναυσὶ διακοσίαις πεντήκοντα μακραῖς καὶ τριακοσίαις φορτηγοῖς — ἦλθεν.* Tandem in fr. XX legendum: *μέχρι μέν τινος ἐσιώπα, ὡς δ' ἤκουσε — οὐκέτ' ἐκαρτέρησεν* pro *οὐκ ἐκαρτέρησεν.* Orationis vero scabritiem in fr. XXI, quae tolli possit, mutato pronomine reciproco ἀλλήλους in pron. demonstr. αὐτοὺς, fortasse rectius tribues epitomatori quam librariis.

ADN. AD LIB. XXV.

Quo nullum est genus errorum, quos librariorum incuriae et stupori tribuere solemus, frequentius; id genus corruptelarum iure habebimus, quo diversissima verborum tempora inter se permutare et confundere isti consueverunt. Cuius perniciosissimi moris novum exemplum animadvertere licet in fr. IV ubi in verbis: *ὡς τῆς αὐτῆς κολάσεως γενομένης τῷ παραγενομένῳ*, ubi *γενησομένης* de re futura verum esse nemo sanus dubitabit.

In fr. VII corrige *μέγα βλάπτεσθαι* pro *μέγαλα βλάπτεσθαι*, et, quod levius videri possit, in fr. X et alibi constanter pro δύω reponendum est δύο. Gravius corrupta sunt ultima verba fr. XI: *σφάζονται δ' ὑπὸ 'Αμίλκα τοῦ Βάρκα [στρατηγοῦ], ὃς καὶ ἐν Σικελίᾳ εἰς τοὺς 'Ρωμαίους ἀνδρικῶς ἐκρατύνατο.* Nam pro εἰς requiritur πρὸς et post ἐκρατύνατο excidisse videtur τὴν ἀρχὴν sive τὰ πράγματα vel aliud quid in eundem sensum; nisi potius

acquiescendum erit in Rhodomani suspicione *ἐστρατεύσατο*, sed eo pacto, ut simul mutatur *εἰς* in *ἐπί*.

Fr. XII, p. 42 : 1: *ἐπ' ἀμφοτέροις γὰρ τοῖς πολέμοις τούτοις ἐπιφανεστάτας πράξεις κατεργασάμενος*. Requiro: *ἐν ἀμφοτέροις τοῖς πολέμοις κτέ.*, quorum mendorum hoc iam non fugit Reiskium. In ipso fine labem contraxisse videtur ultimum vocabulum eorum, quae adscribam: *παρεστήσατο τὸν δῆμον ἑαυτῷ παραδοῦναι τὴν στρατηγίαν ὅλης τῆς Λιβύης εἰς χρόνον ὀλίγιστον*. Nam exspectaveris potius: *εἰς χρόνον ἀόριστον*, i. e. in tempus *indefinitum*. Graecum non est eo sensu, quod proposuit Dindorfius, *ἀλόγιστον*.

Fr. XIII: *οἱ δὲ περὶ τὸν Βάρκαν τὸ τοῦ πλήθους ἐλλιπὲς ταῖς ἐμπειρίαις ἐπειρῶντο διορθώσασθαι*. Negligentius haec M. descripsit; nam palimpsestus manifesto exhibet: *ταῖς (ἀρεταῖς καὶ) ταῖς ἐμπειρίαις*.

Interpretamento libera fr. XIV vs. 4 (p. 43): *ἐν τῇ ὑπ' αὐτοῦ κτισθείσῃ πόλει [Λευκῇ ἄκρᾳ]*, nam tertio vs. ante dixerat: *ἔκτισε πόλιν μεγίστην, καλέσας αὐτὴν ἐκ τῆς τοῦ τόπου θέσεως Ἄκραν Λευκήν. Ἀμίλκας δ' Ἑλικῇ τῇ πόλει παρακαθήμενος τὸ πλεῖστον στράτευμα εἰς παραχειμασίαν κτέ.*, ubi male editur *παραχειμασίας*. In eodem excerpto p. 42 vs. 29 et vs. 36 malim scribere: *ζωγρίᾳ ἐλήφθη* et *ζωγρίᾳ δ' ἔλαβε* pro *ζωγρίας κτέ.* Aliquanto peius laborant quae sequuntur, p. 43 vs. 5: *συνεκβοηθήσαντες δὲ τοῦ Ὀρισσῶν βασιλέως τοῖς πολιορκουμένοις, δόλῳ φιλίαν συνεπιθέμενος καὶ συμμαχήσας ἔτρεψεν Ἀμίλκαν*. Inchoavit non absolvit huius loci emendationem Dindorfius rescribendo: *φιλίαν συνθέμενος καὶ συμμαχήσας*; nam eadem opera restituenda fuisset formula Graeca notissima, qua hic quoque Diod. usum esse nullus dubito: *δόλῳ φιλίαν συνθέμενός τε καὶ συμμαχίαν ἔτρεψεν Ἀμίλκαν*. Sic v. c. XVI : 87 extr. legitur: *συνθέσθαι πρὸς αὐτοὺς φιλίαν τε καὶ συμμαχίαν κτέ.* Ibidem in fine excerpti: *εἰς ποταμὸν μέγαν σὺν τῷ ἵππῳ ἐμβὰς ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διεφθάρη ὑπὸ τοῦ ἵππου*. Immo *μετὰ τοῦ ἵππου*, ut recte monet Dindorfius.

In fr. XVII vs. 26 forma nihili *κατέσφαγε* refingatur in

κατέσφαξε. Vix Graeca sunt, quae leguntur initio fr. XVIII (XIII) scripta in hunc modum: Κελτοὶ δὲ μετὰ Γαλατῶν κατὰ Ῥωμαίων *πόλεμον ἀθροίσαντες*, *συνῆξαν λαὸν* μυριάδας, εἴκοσι. Inauditum enim est: πόλεμον ἀθροίζειν κατά τινος pro: πόλεμον παρασκευάζειν ἐπί τινα s. πρός τινα, aut pro πόλεμον αἵρεσθαι s. ἐκφέρειν πρός τινα. Neque igitur suffecerit reponere, quod erat quum verisimile esse arbitrarer: *πόλεμον ἀδρ(ὸν ἐξ)οίσοντες* συνήγαγον λαῶν μυριάδας εἴκοσι, quia sic simul corrigendum foret: πρὸς Ῥωμαίους pro κατὰ Ῥωμαίων. Ceterum vocabulum ἀδρός, quod fere elegantioris usus est apud antiquiores, frequentissime adhibere recentiores et imprimis Diodorus amat. De bello usus est v. c. Aristophanes Ran. 1159: μέγα τὸ πρᾶγμα, πολὺ τὸ νεῖκος, ἀδρὸς ὁ πόλεμος ἔρχεται. Sed ob eam causam quam dixi, alia medicina quaerenda est. Erunt fortasse, quibus non displicuerit haec emendandi ratio: Κελτοὶ δὲ μετὰ Γαλατῶν κατὰ Ῥωμαίων *δύναμιν ἀθροίζοντες συνήγαγον λαῶν* μυριάδας εἴκοσι. Sed parum apparet, quomodo δύναμιν in πόλεμον corrumpi potuerit. In sequentibus vix risum contineas legens: ὥστε καὶ τὸν μέγιστον αὐτῶν βασιλέα ἑαυτοῦ *θερίσαι τὸν τράχηλον*. Apud veteres non nisi tragicis ita loqui fas est, v. c. Euripides ea formula utitur in Suppl. vs. 730. Recentiores optime scribere sibi videntur talia immiscentes orationi pedestri, quae suapte natura illa respuit. In vicinis non expedio verba: τὸν δὲ δεύτερον *αὐτοῦ ζῶντα ποιῆσαι*. E sequentibus liquet Aemilium sua manu secundum Gallorum legem vivum cepisse; quare exspectaveris: τὸν δὲ δεύτερον ὑπ' αὐτοῦ Αἰμιλίου ζῶντα ληφθῆναι, vel ἁλῶναι, vel ζωγρίᾳ ληφθῆναι, vel denique ζωγρηθῆναι, ita ut nihil quidquam certum sit, et manus abstinere praestiterit. Interpolatorem grassatum esse suspiceris in iis, quae init. huius paginae sic scripta exstant: Ῥωμαῖοι δὲ καὶ αὐτοὶ ἔχοντες πεζῶν μυριάδας ἑβδομήκοντα, ἱππέων (l. ἱππεῖς) δ' ἑπτακισμυρίους [τῶν δύο πολέμων ἡττημένων Ῥωμαίων] τῷ τρίτῳ πολέμῳ κατὰ κράτος ἐνίκησαν [Ῥωμαῖοι]. Lege quae praecedunt, et videbis nullo modo ferri posse, quae uncinis circumsepsi. Fr. XX extr.: πόλεμον τὸν

Ἀννιβιακὸν καλούμενον ἔστησαν. Reponendum ἐνεστήσαντο. Ib. vs. 23: τὸν δ' Ἀννίβαν Ῥωμαῖοι πρὸς δίκην αἰτήσαντες δι' ὧν παρηνόμησε. Scribe: ἐξαιτήσαντες [δι'] ὧν παρενόμησε; nam Genit. ὧν pendet a substantivo δίκην.

Ad Tzetziana παραληρήματα emendanda mihi nec animus nec otium est, itaque transeamus ad librum sequentem, non tamen priusquam in fr. XXII (p. 45) vs. 2 Diodoro reddiderimus πανοίκιοι (ita enim scribere solet non πανοικίᾳ) pro πανοικὶ, quae forma in Scythia potius quam in Graecia nata esse videtur; cf. Lobeck. ad Phrynichum p. 514 (Parerg.). Praeterea valde dubito de sinceritate eorum, quae sic leguntur ibid. vs. 36: εἰ δή τις ἐστὶ τέρψις τοῖς ἀπολλυμένοις εἰ μὴ δάκρυα καὶ τὸ τελευταῖον ἐν τῷ ζῆν τῶν συγγενῶν ἀσπασμός. Usitatius certe foret ὁ τελευταῖος. Ibidem vs. 4 rectius scriberetur: τινὲς δ' εὐψυχότατα — ἐπικατέσφαξαν, pro εὐψυχοτάτως.

ADN. AD LIB. XXVI.

Excerptum I maiori ex parte non nisi levibus quibusdam mendis inquinatum est, quae nullo negotio corriguntur. Vs. 10 supplendum (ὅτι) οὔτε ποιητὴς κτέ.; vs. 15: Φειδίας (ὁ) μάλιστα κτέ.; vs. 16: Πραξιτέλης ὁ (ἐγ)καταμίξας — τοῖς — ἔργοις τὰ — πάθη; et vs. 31 lege: φιλοτιμοῦνται αὐξῆσαι, pro: αὐξήσειν. In fr. II non perfecerunt inchoatam emendationem viri docti vs. 12: καὶ πεποιημένος στρατηγικὴν ἀρετὴν κτέ. pro cod. lect. πεπονημένος. Graecum est hac in re ππεποιημένος (i. e. περιπεποιημένος) — ἀρετὴν, ut alibi saepissime recte in his fragmentis scriptum invenies. Idem mendum denuo tollatur e fr. IV: ἐμπειρίαν μεγάλην καὶ δύναμιν πεποιημένος; lege περιπεποιημένος..

Gravius deinde corrupta est sententia, quae legitur vs. 35 sqq. scripta in hunc modum: εἰσὶ γάρ τινες, οἶμαι, φύσεις σκαιότητι βλάπτουσαι καθάπερ ἐκκαίουσαι τὰ καλὰ τῶν γεννημάτων πάχναι καὶ χιόνες. καὶ γὰρ διὰ μὲν τὴν ἀνταύγειαν τῆς κατὰ τὴν χιόνα λευκότητος ἀμαυρουμένη ἡ ὄψις τῆς ἀκριβοῦς

θεωρίας ἀποστερεῖται καὶ προαιρέσειν ἀνθρώπων ἀξιόλογον μὲν ἔργον οὔτε βουλόμεναι δρᾶν οὔτε δυνάμεναι, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἄλλων πεποιημένα διασύρουσι. Quae verba nemo facile intelliget nisi reficta in hunc modum: εἰσὶ γάρ τινες — βλάπτουσαι, (καὶ) καθάπερ αἱ καίουσαι — πάχναι καὶ χιόνες, (καὶ γὰρ διὰ [μὲν] τὴν ἀνταύγειαν τῆς κατὰ τὴν χιόνα λευκότητος ἀμαυρουμένη ἡ ὄψις τῆς ἀκριβοῦς θεωρίας ἀποστερεῖται,) κατὰ προαίρεσίν τινα μισάνθρωπον ἀξιόλογον μὲν ἔργον οὔτε βουλόμεναι δρᾶν οὔτε δυνάμεναι, τὰ δ' ὑπὸ τῶν ἄλλων πεποιημένα διασύρουσαι. Quae in hunc modum interpretor: *Sunt enim, opinor, quaedam ingenia, quae ineptiis suis nocent, quaeque, quemadmodum pruinae atque nives pulcherrimas plantas urunt, ita (nam oculorum quoque acies nivei candoris splendore obscurata hebescere solet), studio quodam hominibus infesto ipsa quidem praeclarum facinus perpetrare neque volunt neque possunt, verum iis, quae alii bene gesserunt, obtrectant atque rodunt.* Erunt tamen fortasse qui, ut medicinam paullo leniorem, κατὰ προαίρεσίν τινα ἀπάνθρωπον praetulerint. Mullerus nihil mutavit nisi προαιρέσειν in προαιρέσεις, quo nihil proficimus. Ea, quae statim subsequuntur sic supplenda videntur atque corrigenda: διὸ (δεῖ) τοὺς εὖ φρονοῦντας τοῖς μὲν δι' ἐπιμέλειαν κατωρθωκόσιν ἀρετῆς (vulgo ἀρετὴν) ἀπομερίζειν τὸν ἔπαινον, τοῖς δὲ σπανίως κατορθοῦσι μὴ συκοφαντεῖν ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν.

Praepositio verbi compositi medela egere videtur in fr. III vs. 19: ὁ δῆμος παιδαγωγὸν ἐπικαλῶν αὐτὸν (scil. τὸν Φάβιον) ὠνείδιζε τὴν δειλίαν. Paedagogi nomen nostra quidem aetate est satis honorificum; non ita olim apud Graecos atque Romanos; itaque ἀποκαλῶν haud dubie est vera lectio. Cunctator vero ille magnanimus, ut docemur in extremo excerpto, τὴν ὕβριν ἀταράχως καὶ βαρέως ἔφερε. Persuasum mihi est virum sine exemplo magnum fuisse eum, qui Romanis *cunctando restituit rem*, at vel sic tamen negotio adeo difficili imparem eum fuisse crediderim, ut iniuriam simul aequo et iniquo animo ferre potuerit, malimque suspicari olim pro βαρέως scriptum fuisse

πρᾴως vel ῥᾳδίως, nam utrumque vocabulum in hac sententia locum habere potest. Ambo interdum coniunguntur v. c. apud Platonem in Critia 43 b: ὡς ῥ ᾳ δ ί ω ς τὴν συμφορὰν καὶ π ρ ᾴ ω ς φέρεις. Equidem loco nostro πρᾴως praetulerim.

Nemo Graecorum sic locutus est, uti scripsisse creditur noster in fr. IV: ἐμπειρίαν μεγάλην καὶ δύναμιν π ε ποιημένος. Certa emendatione reponendum est π ε ρ ι πεποιημένος. Praepositionem περι (π̇) absorpsisse videtur sequens syllaba π̄ε. Non sanius esse iudico participium καταπτωθείσης in fr. XI: Ῥόδου γὰρ ὑπὸ σεισμοῦ μεγάλου κ α τ α π τ ω θ ε ί σ η ς; quasi hoc Graecum esset pro καταπεσούσης vel κ α τ α π ε π τ ω κ υ ί α ς, quod fortasse reponendum, nam id, quod una tantum littera diversum est a vulgata lectione κ α τ α π τ ο η θ ε ί σ η ς i. e. *perterrefacta*, vereor ut sententiae plane satisfaciat, et κατερειφθείσης, quod optime huic loco conveniret, litterarum ductus habet nimium diversos. Ibidem puerili errore καὶ ἀργυ ρ ί ο υ ς λέβητας legitur pro καὶ ἀργυροῦς λέβητας. In praegressis fr. IX vehementer dubito, an recte dictum sit: τὴν γὰρ τύχην εὐμετάβολον οὖσαν φύσει ταχὺ τὴν ἐ ν α ν τ ί α ν εἰσάξειν μεταβολήν. Intelligerem si scriberetur: τὴν (πρὸς vel ἐπὶ) τοὐναντίον — μεταβολήν.

In fr. XIII supplendum videtur: ἔφησε γὰρ (ὅτι), εἰ τῶν ἑκατὸν ἐλπίδα μίαν εἶχεν ἐν τοῖς Ῥωμαίοις, οὐκ ἂν μετέστη πρὸς Καρχηδονίους κτέ. Mendis obsitum est et fortasse lacunosum excerptum XXI (XIV): Ἀννίβας γὰρ κ α κ ο υ χ ί ᾳ πολλῇ κ α ὶ τὰς πόλεις τῆς Βρεττίας παραλαβὼν ὕστερον καὶ τὴν Κρότωνα εἷλε καὶ τὸ Ῥήγιον π ο λ ι ο ρ κ ή σ ω ν. Exulet copula post πολλῇ, quam praepostere de suo addidit Rhodomanus. Deinde pro πολιορκήσων malim ἐξεπολιόρκησε. Praeterea vero dubito, an sanum sit κακουχίᾳ, propter sequentia: Ἀπὸ δυσμῶν γ ὰ ρ ἀρξάμενος τῶν Ἡ ρ α κ λ ε ι ω τ ι κ ῶ ν στηλῶν πᾶσαν τῶν Ῥωμαίων χώραν ὑπέταξε πλὴν Ῥώμης καὶ Νεαπόλεως πολεμήσας ἕως Κ ρ ο τ ῶ ν η ς. Unde fere efficeres pro κ α κ ο υ χ ί ᾳ requiri potius ε ὐ τ υ χ ί ᾳ. Sed quoniam Hannibalem post pugnam Cannensem adversa potius quam secunda fortuna usum esse historia docet, verisimilius esse arbitror eclogarium inepte Diodori orationem contraxisse in brevius.

Satis igitur habeo corrigere: *τῶν Ἡρακλείων στηλῶν* et *ἕως Κρότωνος*, nam quae vulgantur sunt plane barbara. Non minus certum est ferri non posse in fr. XXII, ut hodie scribuntur, verba: *κατηγορήσας εἰς ὠμότητα καὶ πονηρίαν μᾶλλον ὑπερηφάνειαν*; sed rursus ambiguum est, sitne corrigendum (nam utrumque recte dicitur): *ἢ μᾶλλον ὑπερηφανίαν*, an *μᾶλλον δ' ὑπερηφανίαν*.

Fr. XXIII : 24 suppleverim: *(καὶ) ἀδελφοὺς μὲν ἀδελφοῖς κτέ.* Vs. 29 scribendum videtur: *οὐδεὶς ὑπήκουσε * * προσενεγκεῖν τὰς χεῖρας τοῖς ἀναγκαιοτάτοις.* Nam a verbo *ὑπακούειν* Infinitivus suspensus esse nequit. Excidit participium verbi *iubendi*. Fr. XXIV supple et corrige vs. 3: *καὶ πολλῶν ἀκρίτων (τὰς) οὐσίας ἐδήμευε κτέ.* pro *ἀκρίτως οὐσίας κτέ.* Fr. XXV fin.: *καὶ μηδὲ ῥίζαν ἀπολιπεῖν (τῆς) τυραννικῆς συγγενείας.* Fr. XXVII vs. 25 corrige: *καὶ τῇ παρ' Ἀννίβα γενησομένῃ βοηθείᾳ ψυχαγωγούμενοι τότε μετενόησαν ὅτ' οὐδὲν ὄφελος ἦν μεταμελεῖσθαι*, nam in vulgatis quot verba tot menda. Fr. XXX lege: *τῶν Συρακοσίων* (pro *Συρακουσίων*) — *ἀπαντησάντων μεθ' ἱκετηριῶν* pro *ἱκετηρίας*, nam ramos oleagineos singuli singulos supplices gestare solebant. Sic et alibi recte legitur et in libr. XXIV fr. 16: *τῶν πρεσβυτέρων προσελθόντων μεθ' ἱκετηριῶν καὶ δεομένων ἀνθρωπίνως ἑαυτοῖς χρῆσθαι.* Mox requiro: *ἔφη — φείσεσθαι — διαρπάσειν* (nisi potius *διαρπάσεσθαι*) pro iis qui vulgantur Aoristis. Fr. XXXII sensu prorsus caret: *ὅτι Σκιπίων τοὺς ὁμήρους ἀπολύσας ἐπεδείξατο ὡς πολλάκις ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴ προσέταττε συλλήβδην εἰς ἔθνη βασιλεῖς.* Suspicor: *ὡς πολλάκις ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴ προστατεῖ πάντων συλλήβδην ὡς ἐθνῶν βασιλεῖς*, i. e. *saepe unius viri praestantiam in cunctos exercere imperium, haud secus ac reges in populos suos.* Denique in fr. XXXVI vs. 8 suppleverim: *διόπερ χρὴ τὴν ἀρετὴν τἀνδρὸς ἐξετάζειν οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων ἀλλ' ἐκ τῆς ἐπιβολῆς καὶ (τῆς) τόλμης.*

———

Res nota est, amanuensibus sat multis eum morem fuisse, ut nacti describendum exemplar situ vel madore corruptum, vocabulorum lacinias aut temere de suo supplerent, aut praecedenti vocabulo iungerent, nullo spatio intermisso, quo aliquid deesse indicaretur. Ex eiusmodi archetypo fluxisse codicem, unde Hoescheliana excerpta edita sunt, e multis indiciis suspiceris. Quae observatio fortasse adiuvare poterit ad veram lectionem indagandam eorum, quae hodie depravata leguntur in fr. V. Fit altercatio, uti auctor narrat, inter Pleminium, praesidiariorum Locris praefectum, et duos tribunos militum, qui olim fuerant eius rapinarum socii, sed nunc, quia ab illo parte praedae, quae ipsis competebat, fraudati erant, impiorum quae commiserat scelerum flagitiorumque indices se fore minitabantur. Οἱ δὲ χιλίαρχοι (ita pergit Diodorus), τοῦτον δόντες ἐπὶ γῆν τά τε ὦτα περιέτρωγον αὐτοῦ κτέ. Neminem potest latere vitiosum esse participium δόντες, neque aliud est in Graeco sermone verbum, quod rei, quae narratur, melius conveniat quam καταβάλλειν; idque ipsum reponendum esse nullus dubito. Nempe olim nihil apparuisse puto quam haec: — ΤΟΥΤΟΝ . . . . . . ΛΟΝΤΕϹ, eaque librarium non curantem, quae legere non poterat, nullo spatio relicto, in suo codice descripsisse; deinde aut ipse aut alius vocabulum hinc *bene Graecum lenissima mutatione* extuderit ΔΟΝΤΕϹ, quod hodie textum inquinat. Quin nos duce sententia loci melius supplemus: ΤΟΥΤΟΝΚΑΤΑΒΑΛΟΝΤΕϹ ἐπὶ γῆν κτέ.

Laboranti Graecitati subveniendum ibidem vs. 11: ταχὺ δ' αὐτοῖς ἅπασιν ἀξίαν τῆς πονηρίας ἐπέθηκε τὸ δαιμόνιον. Omitti articulus omnino nequit in locutionibus: κομίζεσθαι, λαμβάνειν, ἀποτίνειν, ὑπέχειν, προσάπτειν, ἐπιτιθέναι (et si quod verbum praeterea cum eodem substantivo iungitur) τὴν ἀξίαν. Itaque reddendum Diodoro: ταχὺ δ' αὐτοῖς ἅπασιν τὴν ἀξίαν τῆς πονηρίας ἐπέθηκε τὸ δαιμόνιον; ut scribit v. c. Plato de Legg. IX p. 876 d.: προσάπτειν ἑκάστῳ τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἀξίαν.

Vs. 14 scribendum videtur: *καθ' ὃν δὲ καιρὸν Πύρρος ἐκ τῆς Σικελίας διεβίβαζε τὰς δυνάμεις.* Male enim vulgatur: *καθ' ὃν γὰρ καιρὸν κτέ.*

Non melior sors quam supra articulo contigit vs. 18, ubi supplendum: *ὥστε (τῷ) στόλῳ παντὶ ναυαγῆσαι τοῦτον.* Contrario errore vocula *ὡς* male abundare videtur vs. 30: *κατηγόρουν αὐτοῦ (Σκιπίωνος) λέγοντες [ὡς] ἀπὸ τῆς ἐκείνου γνώμης ἅπαντα πεπραχέναι Πλημίνιον* (pro *Πλημίνιος*). Nam si retinueris *ὡς* sententia erit haec: accusabant Scipionem, dicentes Pleminium omnia *tanquam* illius iussu fecisse. Quae nimis debilis, ni fallor, foret accusatio. Scipionis adversarii *κατηγορικῶς* sic dicebant: *ἀπὸ τῆς Σκιπίωνος γνώμης ἅπαντα πέπραχε Πλημίνιος.* Itaque *ὡς*, natum fortasse e praecedentis vocabuli cauda, exulare iubeamus. Sin minus, Infinitivus *πεπραχέναι* in *πέπραχε* mutari debebit, quam rationem neque fortasse immerito Reiskio, viro summo, video placuisse.

Non magis ferendum iudico *εἰ* cum coniunctivo positum vs. 32: *εἰ μὲν εὕρωσι — εἰ δὲ μὴ* sed utrobique corrigendum *ἤν* vel *ἐάν*. Vs. 31: *ἀπέστειλε πρεσβευτὰς ἀγορανόμον καὶ δύο δημάρχους.* Possis *α' ἀγορανόμον* i. e. *ἕνα ἀγορανόμον*, sed opus non est. Neque Graece dictum esse puto vs. 36: *τὸν Πλημίνιον ἔδησεν εἰς ἅλυσιν*, verum iubente sana ratione rescribo: *ἔδησεν ἐν ἁλύσεσιν*, ut dicitur *δεῖν ἐν πέδαις*, similia. Vulgatam peperit sic correcta lectio: *ἅλυ^{ες}σιν.* Aut quis credat Graecum esse: *ἐπὶ δεισιδαιμονίαν ἐνέπιπτον*, ut absurde legitur in fr. VI vs. 11 pro *εἰς δεισιδαιμονίαν κτέ.*, quod sine controversia Diodoro reddendum est. Nec spero repertum iri, qui recte habere defendant in fr. IX vs. 36 vocabula: *διὸ καὶ ταχὺ τοῦ Σύφακος ὁ Σκιπίων τῆς εἰς αὐτὸν ἐπιεικείας ἀπεκόμισατο χάριν.* Mihi quidem ante vocabula: *τοῦ Σύφακος* excidisse videtur praepositio *παρά.* Palimpsestum exhibere *Σόφακος*, sed perperam, docebit mea collatio ad p. 62. Melius idem mihi dedit vs. 43 huius excerpti: *ὑπὸ δὲ τοῦ πρὸς τοὺς ἠτυχηκότας ἐλέου* pro *ἐλέους*, quae forma non est unius assis. Fr. VIII prope fin.: *τηρῶν δ' αὐτὸν ἐν ἐλευθέρᾳ φυλακῇ*

φιλανθρώπως ὡμίλει, καὶ πολλάκις ἐπὶ δεῖπνα παρελαμβάνετο. Immo vero *παρελάμβανε.*

Recte Mullerus emendavit male sanam scripturam: *δεομένη καθ' ἡμέραν τἀνδρὶ* reponendo *τἀνδρὸς* in fr. X (VII), ut tamen recte legisse videtur Maius; certe nullam enotavi differentiam. Ibid. vs. 6: *ὅπως ἀποστῇ Ῥώμης.* Dicendi usus requirit *Ῥωμαίων.* Ibid. in fine suppleverim: *αὐτὸς δὲ παρελθὼν εἰς τὴν σκηνὴν φάρμακον θανάσιμον (δοὺς) τῇ γυναικὶ πιεῖν ἠνάγκασεν;* nisi forte mavis rescribere: *τὴν γυναῖκα κτέ.* Non magis crediderim vs. 3 sqq. sana esse verba: *τήν τε ὄψιν ἦν εὐπρεπὴς καὶ τοῖς νόμοις ποικίλη καὶ πᾶν ἐξομηρεύσασθαι δυναμένη?* Melius intelligerem, si scriberetur: *καὶ τοῖς τρόποις ποικίλη καὶ πᾶν ἐξομηρεύσασθαι δυναμένη,* i. e. *ingenii callidi atque versuti mulier, cetera.*

Fr. XIV (XI) supplendum: *εἰς (τὸν) λιμένα* et corrigendum: *οὐδεὶς ὑπήκουσε* pro *ἐπήκουσε.* Fr. XVI (XIII) et fr. XVII, ubi eadem recurrunt, supplendum videtur: *ὁ Σκιπίων οὐκ ἔφη (αὐτοὺς) δεῖν πράττειν, ἃ τοῖς Καρχηδονίοις ἐγκαλοῦσι,* ut recte scribitur in fr. XVIII: *ἐν ταῖς εὐτυχίαις αὐτοὺς πράττειν ἃ τοῖς ἄλλοις ἐγκαλοῦσιν.* Fr. XVIII (XIII) vs. 20 articulum inseras: *φαντασίαν (τοῦ) συμφέροντος;* eundem revoca vs. 22: *ὑπὸ δὲ τῆς πρὸς (τοὺς) ἀκληροῦντας ὀργῆς ἡττᾶσθαι,* et vs. 26 cum palimpsesto: *ἡ δόξα (τῶν) εὐτυχηκότων.* Vs. 30 lege: *οὐδὲν* (pro *οὐδὲ*) *γάρ ἐστι μέγα τὸν ἑκουσίως ὑποπίπτοντα φονεύειν.* Ib. p. 60 vs. 11 lego: *καὶ γὰρ ὢν ἀλλοτριώτατός τις, ἐὰν ἐλέου τύχῃ, μεταβάλλει κτέ.*, *ὢν* pro *ἂν* et *ἐλέου* cum palimpsesto pro *ἐλέους.* Ibid. vs. 16 expunxerim additamentum in his: *τὰς μὲν φιλίας ἀθανάτους ὑπάρχειν τὰς δ' ἔχθρας [εἶναι] θνητάς;* vs. 19 resecanda crediderim quae uncis sepienda curavi: *ὅτι τοὺς ἡγεῖσθαι βουλομένους οὐχ οὕτω τοῖς ἄλλοις ὑπερέχειν ἀναγκαῖον ὡς ἐπιεικείᾳ καὶ μετριότητι [δεῖ νικᾶν ἅπαντας].* Deinde scribo: *ὁ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ κρατεῖσθαι φόβος μισεῖσθαι ποιεῖ τοὺς κρατοῦντας, ἡ δ' εἰς τοὺς ἡττωμένους εὐγνωμοσύνη βεβαίως συνέχει τὰς ἡγεμονίας* pro *συνέξει κτέ.* Ib. vs. 25 ma-

lim: *πᾶς γάρ (τις) τοὺς μὲν ὑπερβαλλούσαις συμφοραῖς περιπεσόντας ἐλεεῖ*, inserto pronomine indefinito.

Pag. 61 vs. 7 mutato accentu repone: *ἀπογνόντες δὲ πᾶν τὸ δεινὸν ὑπομενοῦσιν ἐν ταῖς μάχαις* pro *ὑπομένουσιν*. Dicit enim orator, quid facturi sint, non quid faciant Poeni. Vetustisimum mendum perdidit sensum eorum quae leguntur vs. 11 sqq.: *δυστυχοῦντας μὲν οὖν παραβάλλεσθαι χρὴ καὶ τοῖς μεγίστοις κινδύνοις θηρᾶσθαι τὴν μεταβολήν· καλὸν δὲ τὴν τύχην εὐθὺς ἀνέχοντας* (ЄΤΘΤCANЄΧΟΝΤΑC) *αὐτοὺς εἰς τὸ παράβολον διδόναι*. Interpretare haec, si potes, sed sat scio te oleum perditurum esse et operam. Ipsa opposita docent, quae fuerit Diodori manus; nam primum verbo *χρὴ* opponi nequit *καλὸν* sed debet *οὐ καλὸν*, deinde participio *δυστυχοῦντας* opponi nequeunt vocabula *τὴν τύχην εὐθὺς ἀνέχοντας*, sed debet *εὐτυχοῦντας*. Scribere igitur potuisset: *οὐ καλὸν δὲ εὐτυχοῦντας αὐτοὺς εἰς τὸ παράβολον διδόναι*. Sed noluit hanc sententiam *τοῖς τυχοῦσιν ὀνόμασιν* conceptam enuntiare, et dicere maluit: *δυστυχοῦντας μὲν οὖν παραβάλλεσθαι χρὴ καὶ τοῖς μεγίστοις κινδύνοις θηρᾶσθαι τὴν μεταβολήν*, (*οὐ*) *καλὸν δὲ τὴν τύχην εὐροοῦσαν ἔχοντας* (ЄΤΡΟΟΤCANЄΧΟΝΤΑC) *αὐτοὺς εἰς τὸ παράβολον διδόναι*. *Infelices quidem oportet audere et maximis periculis venari rerum mutationem; non vero decet secunda fortuna utentes nimiae audaciae indulgere.* Elegans, quam h. l. revocavi, locutio et ab aliis scriptoribus adhibetur et, quod nostra imprimis refert, ipse Diodorus ea usus est saepius, v. c. lib. II 45: *αὐξομένης δὲ τῆς περὶ αὐτὴν ἀρετῆς τε καὶ δόξης, συνεχῶς ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν στρατεύειν, καὶ τῆς τύχης εὐροούσης φρονήματος ἐμπίπλασθαι*. Similiter XXXI fr. IV: *ὅτι τῆς τύχης εὐροούσης τοῖς Ῥωμαίοις ἐβουλεύοντο κτἑ*. Adde ib. fr. XVIII (XI). Similis locutio oblitterata esse videtur in lib. II c. 2, ubi legitur sic: *ὡς ἐπίπαν γὰρ τοῖς εὐτυχοῦσιν ἡ τῶν πραγμάτων ἐπίρροια τὴν τοῦ πλείονος ἐπιθυμίαν παρίστησι*. Malim enim: *ἡ τῶν πραγμάτων εὔροια κτἑ*. (Contra *ἐπίρροια ἀγαθῶν* vel *κακῶν* rectissime diceretur. Cf. Eur. Andr. 349). Sic

quoque XX : 33: οὐ μὴν ἡ τύχη γ' εἴασε τὴν εὔροιαν μένειν ἐπὶ τῆς αὐτῆς τάξεως. Opponi solet ἡ παλίρροια τῆς τύχης. Ibid. p. 61 vs. 18 (XVIII) periisse videtur praepositio πρός, sic revocanda: ταῦτα γάρ ἐστι (πρὸς) εὖ βουλευομένων ἀνδρῶν.

Tandem duae litterae a scribis neglectae turbas dederunt ibidem vs. 22, ubi hodie sic legitur: ὁ δὲ μέγιστα ἀσεβήσας καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἄρρητα πρὸς ὕβριν καὶ ὠμότητα πράξας αὐτὸς αὐτὸν ΑΠΕϹΤΗϹΕ τοιαύτης φιλανθρωπίας. Immo vero: αὐτὸς αὐτὸν ΑΠΕϹΤΕΡΗϹΕ τοιαύτης φιλανθρωπίας. Mox τυγχάνειν ἐλέου, repone pro: ἐλέους cum cod. palimpsesto, et cum eodem vs. 34: ὅταν (ἡ) τοῦ νικᾶν ἐλπίς ἐστιν ὑποκειμένη. Tandem vs. 26 verum videtur: δίκαιον γάρ ἐστιν, ὃν καθ' ἑτέρων τις νόμον ἔθηκε, τούτῳ καὶ αὐτὸν χρῆσθαι pro τούτῳ κεχρῆσθαι.

ADN. AD LIB. XXVIII.

Pergam quas inter legendum feci correctiones quam paucissimis verbis potero indicare, subsistens tantummodo in iis, quae aliqua demonstratione aut illustratione indigere videbuntur.

Fr. III vs. 21 lege: ἀκρίτους ἀποσφάξαι pro ἀκρίτως κτέ. Fr. IV vs. 9: καὶ τοῖς μὲν τὴν ἀρετὴν μεταδιώξασιν, cum Cod. Vat. pro καταδιώξασιν κτέ. Fr. VI vs. 23 lege: ἀμυνεῖσθαι pro ἀμύνεσθαι, ut recte praecedit ποιήσειν; praeterea malim ἐμμείνωσι et ἐπεμβῶσι, sed contemplemur totam sententiam, quae praeterea alio morbo laborat. Scribitur autem sic: ὁ δὲ (nempe Φίλιππος) ἔφησεν ἐὰν μὲν ἐμμένωσι ταῖς ὁμολογίαις Ῥωμαῖοι ποιήσειν αὐτοὺς ὀρθῶς, ἐὰν δὲ ἐπεμβαίνωσι, τοὺς θεοὺς ἐπιμαρτυρόμενος ἀμύνεσθαι τοὺς ἀδίκου πολέμου κατάρχοντας. Expleta est, sive a librariis sive ab epitomatore malis, elegans ellipsis, qua in simili periodo constanter utuntur scriptores Graeci, quaque Diodorus ut ceteri uti solet, et hîc quoque usus esse mihi videtur. Quid velim optime apparebit e loco Cassii Dionis, quem ex eodem codice rescripto in lucem protraxit Maius. Legitur in eius collectione Tom. II p. 190.

Mittunt Romani legatos Carthaginem, quibus negotium datur: *ἐξαίτησιν αὐτοῦ* (*'Αννίβα*) *ποιήσασθαι, κἂν μὲν ἐκδῶσιν αὐτὸν, εἰ* (l. *ἐὰν*) *δὲ μὴ, τὸν πόλεμόν σφισιν ἐπαγγεῖλαι.* Hic singulari fortuna ellipsis sciolorum manus effugit, Zonaram effugere eidem non licuit; qui lib. VIII : 22, ubi eadem e Dione descripsit, post *αὐτὸν* de suo supplevit: *ἡσυχίαν ἄγειν.* Eodem modo loco nostro vocabulo *ποιήσειν αὐτοὺς ὀρθῶς* epitomatoris supplementum esse putaverim. Sed nihil mutandum, nam totum locum Diodori satis inepte mutata constructione descripsisse videtur eclogarius. Diodorus scribere v. c. potuit: *ὁ δ' ἔφησεν ὅτι· ἐὰν μὲν ἐμμείνωσι ταῖς ὁμολογίαις 'Ρωμαῖοι, ἐὰν δὲ μὴ, θεοὺς ἐπιμαρτύρομαι ἀμυνεῖσθαι τοὺς ἀδίκου πολέμου κατάρξαντας κατὰ πάντα τρόπον.* Initio huius excerpti deleas articulum cum pal. Vat. in verbis: *ὅτι* [*ὁ*] *Μάρκος Αἰμίλιος κτέ.*

Sed redeundum est ad fr. IV, ubi vs. 10 legitur: *τοῖς δὲ τὴν πλεονεξίαν ἤ τινα ἄλλην κακίαν ἐπανελομένοις.* Verbum *ἐπαναιρεῖσθαι* est *suscipere*, itaque rectissime dicitur *ἐπανελέσθαι πόλεμον* et similia, sed, ut nemo Latine dixerit: ***suscipere avaritiam aliasve malas artes***, sic *ἐπανελέσθαι πλεονεξίαν κτέ.* Graece absurdum est. Corrigendum videtur: *τοῖς δὲ τὴν πλεονεξίαν — προελομένοις*, nam verbum *προαιρεῖσθαι*, unde *προαίρεσις*, imprimis apud Polybium et Diodorum hac in re usitatissimum est. Non raro opponitur *φεύγειν.* Sequuntur haec: *οὐκ εἰς μακρὰν τὴν προσήκουσαν ἐφίστησι τιμωρίαν.* Scio et intelligo quid sit *ἐφιστάναι φόβον, ἀνάγκην, κατάπληξίν τινι.* Sed *ἐφιστάναι τινὶ τιμωρίαν* vel *δίκην* non facile apud Graecum scriptorem invenies. Graeci haec substantiva fere constanter iungunt cum verbo *ἐπιτιθέναι* s. *imponere*, quare D. scribere potuit: *τὴν προσήκουσαν ἐπιτίθησι τιμωρίαν.* Sed quia proxime praecesserunt verba: *οἰκεῖα τῆς ἀρετῆς ἔπαθλα ἐπιτίθησι*, talem mutationem minus probabilem esse iudico. Fieri quoque posse non nego, ut *ἐφίστησι*, quamvis nove dictum, tamen a Diodoro profectum sit. In patrocinium certe vocari poterit Polybii locus II : 20 sic scribentis: *ἡ τύχη ὡσανεὶ λοιμικήν τινα πολέμου διάθεσιν ἐπέστησε πᾶσι Γαλάταις*, ubi verbum *ἐφιστάναι* interpretantur per *im-*

mittere. Nostro loco cogitavi de reponendo ἐ φ ί η σ ι, sed vereor, ut oratio pedestris verbum ἐφιέναι hoc sensu pro ἐπιπέμπειν admittat.

Fr. V vs. 15 repetita coniunctione καὶ scribendum: τό τε Νικηφόρειον (vulgo Νικηφόριον) πολυτελῶς κατεσκευασμένον καὶ τἄλλα (καὶ) γλυφὰς ἔχοντα κτέ. Ad ea quae leguntur in excerpti fine: τὸν θυμὸν εἰς ταῦτα κ α τ ε τίθετο conferas XXVI fr. 26: οὐ προσήκειν τὴν ὀργὴν εἰς ἀναίσθητον σῶμα ἐ ν α π ο τίθεσθαι.

Fr. VIII vs. 36: τοῖς δὲ κατὰ τὴν ἧτταν ἀπολλυμένοις ο ὐ δ ι α φ έ ρ ε ι ν κτέ. Lege: οὐ δ ὲ ν et διαφέρ ε ι, nam verbum suspensum est a praegressa coniunctione ὅτι.

Fr. IX (VIII § 2) init. corrigendum: ὡς ἐπὶ (τὸ) πολὺ εἰώθασιν οἱ τοῖς τρόποις φαῦλοι τοὺς συναναστρεφομένους ὁμοίους ἑαυτοῖς συγκατασκευάζειν. Contra articulum deleverim in fr. X (IX) vs. 5: παρέδωκεν αὐτὸν εἰς [τὴν] φυλακήν.

Fr. XII (XI) vs. 23 scribo: ὅπως μὴ — ἐλευθε ρ ο ῖ pro ἐλευθε ρ ο ῦ ν.

Fr. XIII vs. 31 repono: ἔφασαν τί βουλόμενος π ε ζ ά ς τε καὶ ν α υ τ ι κ ὰ ς συνάγει δυνάμεις pro π ε ζ ι κ ά ς τε καὶ ν α υ μ α χ ι κ ὰ ς, quorum hoc male legit M., nam cod. Vat. diserte habet quod rescripsi. Idem vs. 29 optime supplet: ὑπὸ Πτολεμαῖον (καὶ Φίλιππον). Vs. 34 sine controversia scribendum: τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν αὐτοῦ μηδὲν (pro μὴ) πολυπραγμονοῦντος, uti recte legitur in fr. XVI (p. 66) vs. 11: μη δ ὲ ν πολυπραγμονεῖν Ῥωμαίους τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν.

In verbis sequentibus: Λυσιμάχειαν δ' ἀνοικίζων οὔτε Ῥωμαῖον οὔτ' ἄλλον οὐδένα * * τὰ δὲ πρὸς κτέ. lacunam non male expleveris inserendo verbum ἀδικεῖν. Similiter, quod fugit viros doctos, lacunosum est fr. XVI initium: — βουλομένη προθύμους αὐτοὺς ἔχειν πρὸς τὸν Ἀντιοχικὸν πόλεμον, ὃν ταχέως προσεδόκα. τοῖς δὲ παρὰ Φιλίππου πρέσβεσιν κτέ. Nam adverbium ταχέως h. l. cum προσεδόκα iungi omnino nequit, sed debet referri ad verbum, quod post προσεδόκα excidisse suspicor, sive hoc fuerit ἔσεσθαι sive ἐκραγήσεσθαι sive aliud, quod eodem sensu cum

substantivo *πόλεμος* coniungitur. Scribatur igitur: — *ὃν ταχέως προσεδόκα* * . *τοῖς δὲ κτέ.*

Ibid. p. 66 vs. 5: *τοὺς δὲ πρὸς αὐτὸν πρεσβεύοντας ἐπὶ Λυσιμάχειαν.* Immo: *εἰς Λυσιμάχειαν.* Vs. 16 dele cum Dindorfio participium *ὄντων* in verbis: *ὁ δὲ Φλαμινῖνος ἔφη δυοῖν πραγμάτων [ὄντων] τὸ ἕτερον τῷ βασιλεῖ τὴν σύγκλητον συγχωρεῖν.*

ADN. AD LIB. XXIX.

Fr. III vs. 15: *διὸ καὶ τοὺς πεποιηκότας αὐτὸν ἀπαράσκευον ὄντα καὶ πείσαντας ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίαν τὸν πόλεμον ἐπανελέσθαι δι' ὀργῆς εἶχε.* In eandem incidi cum Dindorfio suspicionem proponente: *διὸ καὶ τοὺς πεπεικότας αὐτὸν — καὶ πιστεύσαντα κτέ.*; nisi quod ipse simul in verbis: *ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίαν*, (nam *πιστεύειν ἐπί τι* Graecum non est,) deleta praepositione Accusativis Dativos substituendos esse suspicabar. Etiam quae verba loco nostro praecedunt, ut sana sint, multum vereor: *τὰς δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας δυνάμεις ὑστερούσας καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς καταμελοῦντας καὶ προφάσεις ἀεὶ ποριζομένους.* Multo enim melius sententiae conveniret ni fallor *καταμέλλοντας.* De utroque verbo confuso vide Schweighauseri adnotationem ad Polyb. I, 44, 1. In iis quae sequuntur l. n. soloece scribitur: *τὸν δὲ πρὸ τούτου χρόνον.* Graecum est: *τὸν δὲ πρὸ τοῦ χρόνον*, quod reponas.

Fr. IV vs. 27: *εἰς φόβους καὶ μεγάλους κινδύνους ἐνέπεσον. συνηγωνισμένοι τῷ βασιλεῖ ἐκτενέστατα εἰς ἀπορίαν ἐνέπιπτον.* Necessario supplendum: *συνηγωνισμένοι (γὰρ) τῷ βασιλεῖ κτέ.*

Fr. VI vs. 10: *οἱ μὲν γὰρ ὀλίγου χρήματος ἀθροίζουσι τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν κινδυνεύοντας.* Grammatica postulat *κινδυνεύσοντας*, Graecitas *ὀλίγων χρημάτων.* Quorum errorum hunc tribuerim eclogario, nam similiter scriptum videbis libr. XXX fr. 24: *ὁ δὲ τῶν Γαλατῶν ἡγούμενος συμφωνήσας μισθὸν ᾔτει τακτὸν τοῦ σύμπαντος χρήματος εἰς πεντακόσια τάλαντα γινομένου.*

Est autem praeter hunc locum alius sed is aliquanto suspectus, ubi χρῆμα eodem sensu singulari numero adhibitum exstat. Legitur in excerptis Scurialensibus fr. XXX vs. 33: καὶ τὸ μὲν χρῆμα οὐ δυνάμενος πορίσαι τῷ δ' ἔρωτι δουλεύων; ubi tamen fieri possit ut rescribendum sit: καὶ τὸ μὲν χρέος οὐ δυνάμενος ἀποτῖσαι collato lib. XXXVI fr. 1 vs. 25: καὶ χρόνον ὥρισε καθ' ὃν ἀποτίσει τὸ χρέος, quo loco eadem historia narratur pluribus verbis. Hoc certissimum est ipsum Diodorum scribere non potuisse ὀλίγου χρήματος vel τὸ χρῆμα πορίσαι vel τοῦ σύμπαντος χρήματος pro numero Plurali.

Fr. X vs. 33 lege: ὅτε (pro ὅταν) — διέτριβεν.

Fr. XIII (X) vs. 28. Supplendum: καὶ ὁμήρους εἶναι οὓς (ἂν) ἀπογράψωσι Ῥωμαῖοι. Gravius detrimentum cepit fr. XIV (XI), ubi sic legitur vs. 34 sqq.: οἷς πᾶσιν ἡ σύγκλητος ἀγαθὰς ἐλπίδας ὑπογράφουσα ἔφησε δέκα πρεσβευτὰς ἀποστελεῖν (vulgo perperam ἀποστέλλειν) εἰς τὴν Ἀσίαν τοὺς μετὰ τῶν στρατηγῶν ἅπαντα ἕξοντας. Post devictum Antiochum certatim totius Asiae reguli et civitates mittunt Romam legatos, qui gratulentur P. R. simulque petant, ut liberis sibi esse liceat. His senatus respondet: — δέκα πρεσβευτὰς ἀποστελεῖν — τοὺς μετὰ τῶν στρατηγῶν ἅπαντα διατάξοντας. Quod iam Reiskium video reperisse, et sine dubio verum est. Sic v. c. loquitur noster in lib. XXXVII fr. 6 vs. 7: μετ' αὐτοῦ συνήδρευε βουλευόμενος καὶ πάντα διατάττων καὶ κρίνων τὰ κατὰ τὴν ἐπαρχίαν. Similiter fere l. n. scribitur in sqq. sic: καὶ τῶν δέκα πρέσβεων μετὰ τῶν περὶ Σκιπίωνα καὶ [τὸν expunge] Αἰμίλιον συνεδρευσάντων. ἔκριναν οὗτοι κτἑ.

Lapsus calami perdidit minax Philippi dictum, quod iecit in Thessalos, quum praeter spem Romanorum auxilio libertatem recuperassent, sibi, pristino domino, immodice maledicentes. Scribitur autem sic: ὅτι — λοιδοροῦσι τοὺς προγεγενημένους κυρίους, οὐκ εἰδότες ὅτι οὔπω πᾶς αὐτοῖς ὁ ἥλιος δέδυκε, quibus verbis, ut nunc scribuntur, ipsum contrarium significatur quam id, quod cogitavit dixitque Philippus, cui suum reddamus re-

scribendo: ὅτι οὔπω πᾶς αὐτῷ ὁ ἥλιος δέδυκε. Quibus verbis, ut opinor, significare voluit, nondum omnem se spem abiecisse. Vereor ut Livius, qui ex communi fonte Polybio eadem narrat, recte Graeca sic interpretatus sit Latine: *nondum omnium dierum solem occidisse.* Sed totum locum, qui legitur lib. XXXIX, 36, quatenus huc facit, adscribendo non male hoc fragmentum illustrare mihi videor. Livio igitur auctore dixit Philippus: ***insolenter atque immodice abuti Thessalos indulgentia P. R. velut ex diutina siti nimis avide meram haurientes libertatem: ita servorum modo praeter spem manumissorum licentiam vocis et linguae experiri et iactare sese insectatione et conviciis dominorum. Elatus deinde ira adiecit nondum omnium dierum solem occidisse: id minaciter dictum non Thessali modo in sese sed etiam Romani acceperunt.*** Apud Diodorum ultima verba sic audiunt: τούτου δὲ τοῦ λόγου ῥιφέντος ὑπόνοια τοῖς ἀκούουσιν εἰσέπεσεν ὡς Φιλίππου διαπολεμήσοντος πρὸς Ῥωμαίους. Καὶ παροξυνθέντες (sic pergit) ἔκριναν μηδεμίαν πόλιν τῶν κατὰ Μακεδονίαν ἔχειν Φίλιππον. Quae quomodo corrigenda sint, (nam vis infertur historiae,) discimus ex iis, quae, paucis interiectis, apud Livium sequuntur: ***Causa cognita pronuntiaverunt legati*** (Romanorum) ***placere deduci praesidia Macedonum ex iis urbibus*** (nempe Thessalorum et Perrhaeborum) ***et antiquis Macedoniae terminis regnum finiri.*** Romanorum legatos ita pronunciasse post concilium ad Thessalica Tempe habitum, in quo hae res agitatae sunt, docet Livius ibid. c. 24 extr. et sqq. Fuerunt tres Caecilius Metellus, M. Baebius Tamphilus, Ti. Sempronius. Minime igitur dubium est, quin Diodoro reddendum sit: ἔκριναν μηδεμίαν πόλιν πλὴν τῶν κατὰ Μακεδονίαν ἔχειν Φίλιππον. Voculam πλὴν post πόλιν propter similitudinem a librario semisopito neglectam esse vides; qua de re diu ante inspectum Livii locum mihi constitit, nec mirum, nam vulgata ita absurda est, ut statim quid reponendum sit, legenti appareat. Ceterum vix est quod moneam, verba Diodori ab eclogario ineptissime contracta esse in brevius. Idem et alibi ei mos

est, unde fit, ut saepius haec excerpta sint difficillima ad intelligendum.

Confusae sunt, ut alibi saepissime, praepositiones *εἰς* et *πρὸς* in fr. XX vs. 7, ubi corrigas: *τὴν προγεγενημένην πρὸς Ἀντίοχον — συμμαχίαν ἀνανεωσόμενοι*, nam pessime editur: *τὴν — εἰς Ἀντίοχον — ἀνανεούμενοι*. In excerpti initio cum Dindorfio scribendum: *τῆς κοινῆς συνόδου — συνελθούσης, εἰσήχθησαν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις*, nam sensu caret quod vulgatur *συνήχθησαν*, cuius verbi praepositio vitium concepisse videtur e vocabulo praecedente. Ibidem vs. 36 scripserim: *δυσαρεστεῖσθαι τῇ τῶν τειχῶν καθαιρέσει, ἣν ἐποιήσατο τὸ κοινὸν τῶν Ἀχαιῶν* pro *ἣν ἐποίησε τὸ κοινὸν κτἑ.*, quae Graeca non sunt.

Fr. XXI (XVIII) vs. 17. Philopoemen dicitur *ἐπὶ (δὲ) τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς ἀγνώμονι τύχῃ συγκεχρημένος*. Melius certe legeretur *κεχρημένος*, sed fortasse nihil mutandum, nam Polybium, unde haud dubie hunc locum mutuatus est, Diodorum ad verbum descripsisse suspicor. Ille vero, ut loci, quos Schweighauserus in lexico laudat, evincunt, utitur quamvis pessimo consilio verbo composito prorsus eodem sensu, quo simplici. Ceterum Diodoreo scribendi mori magis conveniret: *ἀγνώμονι τύχῃ συνεσχημένος*. Poeta Atticus dare potuisset *συγκεκραμένος*. Sophocles in Antig. 1295 scripsit v. c.: *δειλαίᾳ συγκέκραμαι δύᾳ*, cf. eund. in Aiac. 895. Notus est versus Aristophaneus in Plut. 853: *οὕτω πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι*. Verum haec, quae animi causa adscripsi, nihil ad Diodorum, ad quem redeamus laborantem in fr. XXIII (XX): *ὅτι ὁ Σκιπίων κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀνελπίστως ἐχρήσατο*. Scribere possis *ἀνελπίστως ἐχρήσατο τοῖς πράγμασι* vel *ἀνελπίστῳ εὐτυχίᾳ* s. *τύχῃ* (quorum ultimum placuit Wesselingio) *ἐχρήσατο*, verum nihil horum aeque probabile est, atque id quod primus Reiskius reponendum esse vidit: *ὅτι ὁ Σκιπίων τοῖς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀνελπίστως ἐχρήσατο*. Eundem et reliquos viros doctos latuisse videtur corruptela, quam passa sunt verba sequentia: *τὸν γὰρ ἀήττητον Ἀννίβαν διὰ τῆς ἐπινοίας ἠνάγκασεν ἄνευ μάχης καὶ κινδύνων ἐξ Ἰταλίας ἐκχωρῆσαι.*

Quam parum *ἐπίνοια* s. *inventum* h. l. conveniat, cadit in oculos. Haud dubie requiritur *sollertia atque prudentia*, quapropter Diodorum dedisse arbitror: *διὰ τῆς ἀγχινοίας ἠνάγκασεν ἄνευ μάχης κτέ.*, quemadmodum v. c. in libr. XXX fr. 25 de Aemilio Paullo praedicat: *διὰ τῆς ἰδίας ἀγχινοίας καὶ τόλμης κατεπολέμησε τοὺς Μακεδόνας*. Tandem in ultima huius excerpti periodo scripserim: *τὸ δὲ τελευταῖον διὰ τῆς ἀνδρείας τε καὶ στρατηγίας μεγάλῃ παρατάξει τὸν ἀνίκητον γεγενημένον Ἀννίβαν καταπολεμήσας ἥττησε τὴν Καρχηδόνα*. Vulgo perperam legitur: *ἐκ τῆς ἀνδρείας κτέ.* Perpetuam esse harum praepositionum confusionem, nemo hodie docendus.

Plus negotii facessit prima sententia fr. XXIV (XX): *ὅτι ὁ Σκιπίων διὰ τὸ μέγεθος τῶν πράξεων βαρύτερος ἐφαίνετο τοῦ τῆς πατρίδος ἀξιώματος. κατηγορούμενος γὰρ ὑπ' αὐτῶν δεινῷ θανάτῳ, παραλαβὼν τὸν λόγον τοῦτο μόνον εἶπεν ὅτι Ῥωμαίοις οὐ πρέπει κατ' αὐτοῦ φέρειν ψῆφον κτέ.* Nam tum durius videtur pronomen *αὐτῶν* referre ad sequens nomen proprium *Ῥωμαίοις* (si quidem nemo non potius scripsisset: *κατηγορούμενος γὰρ ὑπὸ Ῥωμαίων — εἶπεν ὅτι αὐτοῖς*), tum, si Grammatica id pateretur, respueret tamen sententia, quoniam reus agebatur ab uno accusatore (cf. vs. 26: *ὁ δὲ κατήγορος μόνος ἀπολειφθεὶς*) non a Romanis. Deinde quid sibi vult adiectivum *δεινὸς* quod sequitur? Num igitur Africanum, si damnaretur, manebat crudelius quam alios damnatos supplicium, an quid? Tandem Graecum non est *κατηγορεῖσθαι θανάτῳ*; sed *κατηγορεῖσθαι θανάτου* vel *ἐπὶ θανάτῳ* seriores dicere solent, antiquiores *κρίνεσθαι θανάτου*. Equidem nihil amplius requirerem, si legeretur: *κατηγορούμενος γὰρ ὑπό τινος ἐν τῷ δήμῳ θανάτου — κατ' αὐτοῦ φέρειν (τὴν) ψῆφον.* Cf. l. XXXVIII fr. 4 med.

Quid supplendum sit ibidem vs. 29 frustra quaesivi. Nempe Maius primus sic edidit: *πάλιν δ' ἐν τῷ συνεδρίῳ χρείας ἐμπεσούσης χρημάτων, καὶ τοῦ ταμίου οὐ φάσκοντος ἀνοίξειν, αὐτὸς . . . χη τὰς κλεῖς παρελάμβανεν ὡς τοῦτο πράξων, αὐτὸς γὰρ καὶ τοῦ κλείειν τοὺς ταμίας ὑπάρχειν αἴτιος.* Misera palimpsesti conditio

h. l. omnes meos conatus illusit, et an re vera *χη* sint ultimae duae litterae ne affirmare quidem ausim. Solum *ἦτα* videre mihi videbar. Fortasse alii continget veram lectionem eruere collato Polybii loco, unde haec sumta sunt. Exstat in libri XXIV exc. 9 a sic scriptus: *αὐτὸς ἔφη λαβὼν τὰς κλεῖς ἀνοίξειν· αὐτὸς γὰρ* (*καὶ* insere) *αἴτιος γεγονέναι τοῦ κλεῖσθαι* (l. *κεκλεῖσθαι*) *τὸ ταμιεῖον.* Spatium vocabuli evanidi quod est septem octove litterarum, non male expleretur scribendo: *αὐτὸς γὰρ ἐθέλ''* (i. e. *ἐθέλειν*) *ἔφη τὰς κλεῖς παραλαμβάνειν ὡς τοῦτο πράξων*, sed ita coniicere vix licet, antequam constiterit, quomodo in codice scribatur illud verbum, quod leniter immutavi. Ipse quidem nullam hic animadverti cum editis differentiam, sed scriptura in hac imprimis regione ita evanuit, ut ea re nihil omnino probetur. Certius est vs. 34 legendum esse: *οὐ γὰρ ὀφείλειν* (pro *ὀφείλει*) *τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ὑπὸ τὸν ἐξετασμὸν πίπτειν*; pertinent enim haec verba ad Africani defensionem. Deinde vs. 36 malim: *καὶ καταπράξας τοῦτο* pro *αὐτὸ*, et p. 73 vs. 1 suppleverim: *ἤρετο πῶς τῶν* (*μὲν*) *δεδαπανημένων τρισχιλίων ταλάντων τὸν λόγον ἀπαιτοῦσι, τῶν δὲ μυρίων καὶ πεντακοσίων — λόγον οὐκ ἀπαιτοῦσιν.* Polybius l. l. habet: *μυρίων καὶ πεντακισχιλίων* fortasse rectius.

Fr. XXV vs. 12: *σφόδρα γὰρ οἱ βασιλεῖς οὗτοι* (*οἱ περὶ τὸν Ἄτταλον*) *φιλορώμαιοι καθεστῶτες — ἔτι δὲ τοὺς παραβάλλοντας τῶν Ῥωμαίων εἰς τὴν βασιλίδα ὑποδεχόμενοι φιλανθρωπότατα, μεγίστης ἀποδοχῆς ἠξιοῦντο.* Substantivum enim *βασιλίς* constanter significat *regina* non *regnum* nec, quod nonnullis placere video, *regia.* Quare reponendum videtur: *εἰς τὴν βασιλείαν*; quae vocabula pendant a partic. *παραβάλλοντας* non ab *ὑποδεχόμενοι.* Intelligendos esse *τῶν Ῥωμαίων τοὺς ἐπιφανεστάτους* ultro apparet. Sequuntur haec: *δι' ὧν καὶ τῶν πρέσβεων ἁπάντων ἡ σύγκλητος ἀκούσασα καὶ μάλιστα σπεύδουσα τοῖς περὶ τὸν Εὐμενῆ βασιλεῦσι χαρίζεσθαι προσηνῆ τούτοις τὴν ἀπόκρισιν ἐποιήσατο.* Duplici haec verba mendo laborant; nam pro *δι' ὧν* scribendum esse *διὸ* s. *propterea*, satis arguit nexus orationis; quid vero pro *ἀκούσασα* requiratur docebunt loci quidam

Diodori, quos hic apponam. Lib. XXVIII fr. 16 init.: ὅτι πάλιν ἡ σύγκλητος διήκουσε τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος πρεσβειῶν; ibid. vs. 36: τοῖς δ' ἐληλυθόσι συνέστησεν ἄνδρας δέκα τοὺς διακουσομένους περὶ ὧν ἔφησαν ἐντολὰς ἔχειν. Lib. XXXI fr. 33: διακούσασα ἡ σύγκλητος τὰ κατὰ μέρος (τῶν πρεσβευτῶν) κτἑ.; quae exempla aliis innumeris augere possis, sed haec pauca sufficiant ad probandum l. n. scribendum esse: διὸ καὶ τῶν πρέσβεων ἁπάντων ἡ σύγκλητος διακούσασα κτἑ.

Mancum est a fine fragm. XXVII: ἔννοιαν δὲ λαβὼν τῶν πρὸς Ῥωμαίους τῷ πατρὶ γενομένων συνθηκῶν καθ' ἃς οὐκ ἐξῆν..... Quid sententiae desit apparet ex iis, quae praecedunt: ὅτι ὁ Σέλευκος ἀξιόλογον δύναμιν ἀναλαβὼν προῆγεν ὡς ὑπερβησόμενος τὸν Ταῦρον ἐπὶ τὴν βοήθειαν τοῦ Φαρνάκου. Fortasse dederat epitomator: καθ' ἃς οὐκ ἐξῆν τοῦτο πράττειν (scil. ὑπερβαίνειν τὸν Ταῦρον) ὑπέστρεψεν, vel cum Wesselingio, ἀπέστη τῆς ἐπιβολῆς aliudve in eandem sententiam. Certius est in fr. XXVIII corrigendum esse: τῇ δὲ λύπῃ ἀδιορθώτῳ συνεχόμενος κατέστρεψε τὸν βίον pro ἀδιορθώτως κτἑ. In fr. XXXI iam Mullerum video optime in verbis αἰτοῦσα λόγον καὶ ἐγχειρίδιον ἔτι δὲ καὶ ἵππον reposuisse λόγχην; quod et ipse legendum esse intellexeram. Male sprevit optimam et evidentissimam emendationem B.

Non minus certum est mendosum esse participium ὑποπεσόντος in fr. XXXII. Colloquitur, ut narrat auctor, aulicus nescio quis cum Ptolemaeo Aegyptiorum rege. *Cur*, inquit, *sinis Coelesyriam quae iure tua est, ab hostibus occupari?* Cui rex, *at non sinam*, inquit. Iam sequuntur haec: ὑποπεσόντος δὲ τοῦ προσομιλοῦντος πόθεν εὐπορήσει χρημάτων εἰς τὸν πόλεμον. Exspectaveris ὑπολαβόντος; quod tamen quomodo ex ὑποπεσόντος oriri potuerit, sic tantum intelliges, si ὑπο . . . όντος olim a scriba male expletum esse fueris suspicatus. Hoc certum est ὑποπεσόντος h. l. explicari nullo modo posse. Erunt fortasse, qui praetulerint: ἐπερωτήσαντος δὲ τοῦ προσομιλοῦντος.

Sed magnus mihi eris Apollo, si explicaveris quid in fr. XXXV vs. 9 sibi velint verba: μετὰ δὲ ταῦτα ἐφιλοτιμεῖτο μετὰ

δημοτῶν ἀνθρώπων *συγκαταρριπτεῖν* οἷ τύχοι; καὶ μετὰ τῶν παρεπιδημούντων ξένων (τῶν ins.) εὐτελεστάτων συμπίνειν. Describuntur non sine indignatione Antiochi Epiphanis Syriae regis dissoluti mores et ineptiae, quibus, ut auctor est Polyb. 26, 10, factum est ut ludibrii causa Ἐπιμανὴς mutato nomine vocaretur. In iis autem quae supra descripsi intelligi nequeunt vocabula *συγκαταρριπτεῖν* οἷ τύχοι. Fortasse alii continget veram lectionem eruere, sed ita ut respondeat vocabulo συγκατα*βαλ*νειν, quo Polybius, quem noster de more exscribit, in hac narratione usus est. An forte hoc ipso verbo usus est quoque Diodorus?

Fr. XXXVI optime iam Dind. monuit corrigendum esse: περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἀπο*λύειν* (pro ἀπο*λύσειν*) αὐτὸν ἐγκλημάτων.

Interpolatum nomen proprium resecandum in fr. XXXVIII: ὅτι μετὰ τὴν ἐπιβουλὴν τὴν κατ' Εὐμένους εἰς τὸ Πέργαμον διαδοθείσης Φήμης ὅτι τετελεύτηκεν [Εὐμένης], Ἄτταλος ἐπεπλάκη τῇ βασιλίσσῃ προχειρότερον· οὐ μὴν Εὐμένης γε προσεποιήθη μετὰ ταῦτ' ἀνακάμψας, ἀλλὰ Φιλοφρόνως ἀσπασάμενος τὸν ἀδελφὸν διέμεινεν ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν εὐνοίᾳ. In iisdem fere mireris salvam evasisse locutionem ellipticam οὐ μὴν Εὐμένης γε προσεποιήθη quam aliquando scribae perdunt supplendo verbo εἰδέναι. Notus est locus Philemonis ap. Plut. d. aud. poet. p. 35 d:

ὁ λοιδορῶν γάρ, ἂν ὁ λοιδορούμενος
μὴ *προσποιῆται*, λοιδορεῖται λοιδορῶν.

cf. Thucydid. III, 47; Polyb. IV, 17 § 1 et V, 25 § 7. Simul observa usum Aor. Passivi apud seriores pro forma Media προσεποιήσατο, iam frequentem apud Polybium.

ADN. AD LIB. XXX.

Praepositio verbi compositi ἀπαγορεύειν vitium contraxisse videtur in his verbis fr. I: προσέταξε δὲ (scil. senatus) τοῖς ὑπάτοις ἐν ἐκκλη*σίαις* διαρρήδην *ἀπ*αγορεύειν τοὺς δὲ πρεσβευτὰς καὶ πάντας Μακεδόνας ἐκ μὲν Ῥώμης ἀπελθεῖν αὐθημερόν, ἐκ δὲ τῆς Ἰταλίας ἐν ἡμέραις τριάκοντα. Nam ferri non posse ἀπα-

γορεύειν recte iam vidit Wesselingius, in ἀναγορεύειν id verbum mutandum esse monens. Sed vel sic sententia male decurret, priusquam mecum haec verba ita leniter refinxeris: προσέταξε δὲ τοῖς ὑπάτοις ἐν ἐκκλησίᾳ διαρρήδην ἀναγορεύειν δεῖν τοὺς πρεσβευτὰς καὶ πάντας Μακεδόνας κτέ., i. e. *provinciam dedit senatus consulibus, ut in comitiis diserta concione denuntiarent legatis et reliquis Macedonibus extemplo moenibus Romae, Italia intra XXX diem excederent.* Cf. Livium XLII : 48 et, quem uterque sequitur, Polybium. Eandem sententiam enuntiare potuisset scribendo more Atticorum: — προαγορεύειν τοῖς τε πρεσβευταῖς καὶ πᾶσι Μακεδόσιν κτέ. In ipso excerpti initio propter sequentia scribere malim: ὅτι ἡ σύγκλητος αὐθημερὸν (μὲν) ἐψηφίσατο κτέ.

Fr. II vs. 22: ἤλπιζε — ἀνακτήσασθαι. Lege: ἀνακτήσεσθαι. Graviore et fortasse incurabili morbo laborat fr. III in his verbis: Κότυς ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἦν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνὴρ ἔμπρακτος ἐμφερόμενος καὶ γνώμῃ διαφέρων. Dubitanter coniicio: ἀνὴρ ἔμπρακτον ἐμφαίνων τόλμαν καὶ γνώμῃ διαφέρων, quae suspicio veri speciem habere possit ob similem locum Lib. XIII vs. 70: ναύαρχον εἵλοντο Λύσανδρον δοκοῦντα στρατηγίᾳ διαφέρειν καὶ τόλμαν ἔμπρακτον ἔχοντα πρὸς πᾶσαν περίστασιν. De verbis φέρειν et φαίνειν confusis vide quae more suo eruditissime disputat Cobetus in Variis Lectionibus p. 121. Non tamen diffiteor praeplacere mihi Reiskii, viri in paucis acuti, opinionem ἐκφερόμενος scribarum oscitantia e vocabulo praecedenti per dittographiam natum esse suspicantis. Neque ab omni parte mihi satisfacit quod etiam venit mihi in mentem: ἀνὴρ ἔμπρακτος καὶ φρόνιμος καὶ γνώμῃ διαφέρων, ut in fr. XXI (XVIII) libri praecedentis Philopoemen dicitur ἀνὴρ φρονήσει καὶ στρατηγίᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς διαφέρων. Sed satis diu nos haec detinuerunt.

Iocularitor corruptum est fr. IV ab initio: ὅτι τὸ Χάλεστρον — πολιορκήσας ὁ Περσεὺς καὶ πάντας ἀποσφάξας, περὶ πεντακοσίους δὲ συμφυγόντων εἴς τινα τόπον ὀχυρὸν — καὶ αἰτησαμένων ἀσφάλειαν, ἔδωκεν αὐτοῖς τὴν ἐξουσίαν ἀποθεμένοις τὰ

ὅπλα σώζεσθαι. Si nihil excidisse statuetur, suspicari poteris: ἐκπολιορκήσας ὁ Περσεὺς τοὺς μὲν ἄλλους ἀπέσφαξε κτέ. Sed docuit nos experientia quam sint lacunosa haec excerpta, quare potius videndum, an ne littera quidem mutata locus in hunc fere modum expleri possit: ὅτι τὸ Χάλεστρον — πολιορκήσας ὁ Περσεὺς (εἷλε) καὶ (τοὺς ἄλλους μὲν) πάντας ἀποσφάξας, περὶ πεντακοσίους δὲ συμφυγόντων — ἔδωκεν αὐτοῖς — σώζεσθαι. Certum deinde est sequentia sic esse corrigenda: τῶν δὲ ποιησάντων τὸ συγχωρηθὲν pro τῶν δὲ ποιησαμένων, qui immanis est barbarismus.

Optime iam Reiskium sanasse video initium fr. V inserendo ἦν post υἱὸς et καὶ ante κατά, ut mihi quoque (et cui non?) legenti erat manifestum. Fieri tamen potest, ut cum eodem erraverim ibidem prope finem in verbis: ὅπως ἅπαντας καταπληξάμενος τοὺς δυναμένους ἀντιπολιτεύεσθαι καθαπερεὶ κύριος ἁπάσης τῆς Ἠπείρου inserens ᾖ post ἁπάσης. Scilicet ingeniosa est coniectura Dindorfii proponentis κατασταθῇ pro καθαπερεί κτέ., quod cur additum sit non perspicitur.

Parva sed necessaria vocula periisse videtur in fr. VII: οὐ μὴν τοῖς πρεσβυτάτοις ἤρεσκε, quae Graeca erunt, si scripseris: οὐ μὴν τοῖς γε πρεσβυτάτοις ἤρεσκε.

Fr. IX eclogarii culpa ab initio pessime laborat. Nempe sic legitur: ὅτι προνοητικῶς τοῦ συνεδρίου προνοησαμένου (?) (καὶ insere) κατὰ πάντα εὐκαίρως τῆς τῶν Φιλανθρώπων μεταθέσεως (l. μεταδόσεως cum Mullero) ἐπιλαβομένου. Τοῦ γὰρ Περσέως κτέ. Vides quam absurde Genitivus absolutus sequatur post ὅτι. Bonum factum tamen; nam inde apparet epitomatorem ipsa Diodori verba, quae ultimam partem effecerint periodi, intacta conservasse. Quam inepte praecedentia omiserit commemorare nil attinet. Melius igitur hi et similes loci in hunc modum ederentur: [ὅτι] — προνοητικῶς κτέ. Mox cum eodem M. fortasse: πᾶς γὰρ ἂν pro πῶς γὰρ ἂν rescribendum est, quod fieri potest ut habeat ipse palimpsestus, quamvis excutientem me quoque latuerit. Ipse suspicabar: πῶς γὰρ οὐκ ἄν τις εἰκότως διαλάβοι, κτέ.; quemadmodum alibi scribere solet et in fr. XXVII: πῶς οὐκ ἄν τις

ἡγήσαιτο. Certa emendatione salus reddi potest sequentibus: τοιγαροῦν περιενεχθῆναι πᾶσι τοῖς καιροῖς ἁρμοζόντως καὶ τινὰ μὲν περιορᾶν τινὰ δὲ ἑκουσίως παρακούειν — ἔστι κατ' ἀρετὴν ἀνδρὸς πάντα τελείου κτἑ. Prima verba quomodo sananda sint, docebit nobilis locus Aeschineus ex orat. *de falsa legatione* p. 165, quem hic emendatiorem quam vulgo editur adscribemus; nempe sic: τοῖς γὰρ καιροῖς ἀνάγκη συμπεριφέρεσθαι πρὸς τὸ κράτιστον καὶ ἄνδρα καὶ πόλιν. Vulgo perperam legitur: — καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν πόλιν. Similiter, opinor, Diodorus dederat: τὸ γὰρ συμπεριενεχθῆναι πᾶσι τοῖς καιροῖς ἁρμοζόντως καὶ τινὰ μὲν παρορᾶν τινὰ δ' ἑκουσίως παρακούειν — ἔστι κτἑ. Praeterea malim transponere: τινὰ δὲ παρακούειν ἑκουσίως, ut adverbium ad utrumque verbum pertineat. Hunc ipsum Aeschinis locum Diodoro haec scribenti obversatum fuisse vix dubito; hic ἐπεξηγεῖται, quae ille ἐν κεφαλαίῳ dixerat. Ibidem vs. 20: καθάπερ τινὰς τύπους καὶ ὑποδείγματα καταλέλοιπε τῆς ἡγεμονίας. Vereor ne loquendi usus Diodoreus requirat καθαπερεὶ κτἑ.; ut recte alibi legitur, et ne exemplum desit in fr. XXIII (XVIII § 2): πᾶς γὰρ πόλεμος ἐκβεβηκὼς τὰ νόμιμα καὶ δίκαια τῶν ἀνθρώπων ὅμως ἔχει τινὰς ἰδίους καθαπερεὶ νόμους. Nam καθαπερεὶ significat *quasi*, καθάπερ *velut*, *quemadmodum*, quod vel ex eodem excerpto si quis forte nescit, discere potest: τὸν 'Αντίοχον καθάπερ τοὺς ἐπὶ τῶν δικαστηρίων συκοφάντας τὸ μὲν ῥητὸν τοῦ νόμου τετηρηκέναι, quae scripsi ut emendanda esse suo loco monebo, et mox καθάπερ αὐτὸς ἔφησε, ubi quam absurdum foret καθαπερεὶ nihil attinet demonstrare. Idem mendum eluendum videtur in fr. XXX (XXII): ἔχων οὐ πατρὸς πρὸς υἱὸν ἀλλὰ καθάπερ ἐρωμανῆ τινὰ διάθεσιν πρὸς τὸ μειράκιον. Corrige: καθαπερεί. Simile discrimen intercedit inter: ὡς et ὡσεὶ, ὥσπερ et ὡσπερεὶ, οἷον et οἱονεί. In eodem excerpto prope finem non ab omni vitii suspicione liberum est verbum παραπλάσασθαι sensu *imitandi* positum: nam alibi significare solet *convertere aliquid in formam deteriorem*.

Neque desunt in fr. XI (IX § 2), quae legentem impediant.

Nam p. 79 vs. 2, pro: *παρορῶσι δὲ τὸ μάλιστα ἀναγκαιό τα- τον*; praetulerim: *τὸ μάλιστ' ἀναγκαῖον*. Ib. vs. 3 suppleverim: *Φίλιππος μὲν οὖν (ὁ) Ἀμύντου*, non enim omittitur articulus praeterquam in scribendi genere, ut ita dicam, forensi sive curiali. Deinde vix sana sunt quae sequuntur vs. 4: *τοιγαροῦν ἐν τοῖς ἐλαχίστοις τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐγένετο βασιλέων καὶ δύναμιν κατέλιπε, δι' ἧς ὁ διαδεξάμενος Ἀλέξανδρος — κατεστρέψατο.* Callide vertit Mullerus: *quare qui in minimis Europae regibus antea censebatur, satis magnam moriens potestatem reliquit cet.* Sed vereor ut sic Graeca interpretari liceat; nam qui religiose vertit Latine, in hunc modum scribere debet: *Itaque censebatur in minimis Europae regulis et potentiam reliquit, qua cet.* Quae minime vera sunt, nam scire pervelim quinam Europae rex fuerit ea tempestate Philippo potentior. Quare exspectaveris potius: *τοιγαροῦν ἐν τοῖς μεγίστοις κτέ.*; ut legitur de eodem Philippo XVI: 95: *Φίλιππος μὲν οὖν μέγιστος γενόμενος τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς Εὐρώπης βασιλέων κτέ.* Eandem vero sententiam fortasse more Graecis perfamiliari negative exprimere maluit Diodorus et scripsit: *τοιγαροῦν οὐκ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐγένετο βασιλέων.* Sic iam Maius de coniectura ediderat, vir sine exemplo Graece indoctus, sed ut popularium plerique mente satis validus, cui quo saepius propter inscitiam fallitur, eo magis verum videnti obtemperatum oportuit.

Contra nihil certius, quam vs. 9 excidisse participium, quo omisso oratio omni sensu caret. Non facile locum evidentius corrigas quam rescribendo: *Περσεὺς δ' ἔχων χρημάτων σεσωρευμένων πλῆθος κτέ.*, inserto participio *ἔχων*, quod *ταχυγραφικῶς* scriptum in codd. = *ἔχ̃* quam facile ante *χρημάτων*, praesertim praegressa vocula *δὲ* excidere potuerit, *καὶ τυφλῷ δῆλον*. Sequuntur haec: *διά τε τὰς πατρικὰς καὶ τὰς ἰδίας παρασκευάς.* Aliquanto melius legeretur *πατρῴας*, quod tralaticio errore cum *πάτριος* et *πατρικὸς* confundi solet, ita ut quid ubique scribendum sit, a nostro iudicio debeat pendere. Deinde vs. 13 pro *πλουσιωτέρους* reponendus superlativus in his: *τοὺς ἑαυτοῦ*

κρατήσαντας ὕστερον πλουσιωτέρους ἐποίησε; quae sic scripta misere languent, nam quicunque rex etiam non valde dives antiquitus vincebatur, victorem suum reddebat ditiorem, sed Perseus victus *ditissimos* reddidit, ut notum est, Romanos; quare verum videtur: — *πλουσιωτάτους ἐποίησε*. In vicinia simul corrige *ἠθέλησεν*, ut alibi recte legitur apud nostrum, pro *ἐθέλησεν*, et in ipso excerpti fine, revoca duas litteras fugitivas rescribendo: *ἢ καὶ κρατήσας τῶν ὅλων ἐξουσίαν (ἂν) ὑπερήφανον — περιεποιήσατο*.

Fr. XII spreta est prope finem excerpti necessaria Reiskii emendatio: *καὶ οἱ τὴν παρεμβολὴν ἔχοντες ἐπὶ ταῖς ἀκρωρείαις* pro *ἐπὶ τὰς ἀκρωρείας*.

In fr. XIII maluit Bekkerus absurdam lectionem *πικρίας* retinere quam recipere, quod Mull. iam undecimo anno ante emendatum ediderat, *πυρίας* in verbis: *ἐξαλλόμενος ἐκ τῆς πικρίας καὶ παίσας τὸν μηρὸν ἐμπαθῶς κτέ.*

Fr. XIV (XI): *Νίκωνα μὲν τὸν θησαυροφύλακα ἐξέπεμψε, συντάξας τὴν ἐν τῷ Φάκῳ γάζαν καὶ τὰ χρήματα καταποντίσαι, Ἀνδρόνικον δὲ τὸν ,σωματοφύλακα εἰς Θεσσαλονίκην, συντάξας ἐμπρῆσαι τὰ νεώρια τὴν ταχίστην*. Nisi verbum aliquod post *γάζαν* excidisse statuatur, necessario delenda sunt tria vocabula *καὶ τὰ χρήματα* utpote nata ex interpretamento olim adscripto ad *γάζαν*. Praeterea alterum participium *συντάξας* abesse malim. Vel peius laborant sequentia: *ὃς γενηθεὶς τούτου φρονιμώτερος ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην, οὐ μὴν ἐποίησε τὸ προσταχθὲν, νομίζων φίλιον τοῖς ὅλοις κρατεῖν Ῥωμαίοις*. Certa emendatione reposueris: *οὐ μὴν ἐποίησέ γε τὸ προσταχθέν*. Quod ad sequentia verba attinet, dolendum est neque apud Livium neque apud Polybium, qui h. l. deficit, de Andronico mentionem fieri, ita ut vix certa coniectura sanari queant. Si loci sententiam recte intellexi, ea sic fere fuit enuntianda: *νομίζων ὠφέλιμον (πρὸς τὸ) τοῖς ὅλοις κρατεῖν Ῥωμαίοις*, i. e. *non executus est regis mandatum Romanis ad integram victoriam id expedire ratus*. Reiskius nescio quo sensu pro *φίλιον* suspicatus est *κάλλιον*. Fortasse tamen suffecerit: *νομίζων ὠφέλιμον τοῖς*

ὅλοις κρατοῦσι Ῥωμαίοις, i. e. Ῥωμαίοις κρατοῦσι τοῖς ὅλοις. Iudicent peritiores.

Fr. XVI: *ἐνίοτε γὰρ τὰ παραστήματα τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ τελέως ἀπηλπισμένα πρὸς ἀπεγνωσμένην ἄγει συντέλειαν.* Sententia verissima, dummodo scribatur: *ἐνιότε γὰρ τὰ παραστήματα τῶν ἀνθρώπων κτέ.*

Certum est discrimen inter *καταλαμβάνειν* et *καταλαμβάνεσθαι*, ubique locorum religiose observatum a Diodoro. Illud est *deprehendere*, *reperire*, *incidere in*, (v. c. *καταλαμβάνειν πόλιν ἀφρούρητον, χώραν ἔρημον*, similia), hoc significat *occupare*, *capere*, (v. c. *καταλαμβάνεσθαι λόφον, πόλιν*, similia). Qua de causa sanum esse nequit fr. XVII, ubi legitur: *ἐν εἰρήνῃ γὰρ ὡς φίλοι πιστευόμενοι καταλαβόντες τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλιν.* Nisi igitur aliquid excidisse statuatur, legendum est: *καταλαβόμενοι τὴν — πόλιν.* Praeterea pro *φίλοι* scripserim *φίλιοι*.

Fr. XIX (XV): *ὅτι οἱ ἐπίτροποι Πτολεμαίου τοῦ μείρακος, Εὐλαῖος ὁ εὐνοῦχος καὶ Ληναῖος ὁ Σύρος πάντα πόρον καὶ μηχανὴν ἐπενόουν, καὶ ἄργυρον καὶ χρυσὸν καὶ τὴν ἄλλην γάζαν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐσώρευον, ὅπως οὐκ ἄν τις θαυμάσειεν εἰ διὰ τοιούτων ἀνθρώπων ἐν οὕτω βραχεῖ καιρῷ τηλικαῦται τὸ μέγεθος θεωρίαι κατεσκευάσθησαν, κτέ.* Plana erunt et ad intelligendum facilia omnia, si reposueris: *ὡς οὐκ ἄν τις θαυμάσειεν εἰ — τηλικαῦται τὸ μέγεθος χορηγίαι κατεσκευάσθησαν*, vel sensu parum diverso: *τηλικαῦται τὸ μέγεθος ἀφορμαὶ κτέ.*; collato Polybii loco XXVIII, 17a § 2. Ibid. vs. 28 legitur: *καὶ ὅτι ὁ μὲν εὐνοῦχος, ὃς καὶ προσφάτως τὸν κτένα καὶ τοὺς ἀλαβάστρους ἀποτεθειμένος τῶν τῆς Ἀφροδίτης ἔργων τοὺς Ἄρεος ἀγῶνας ἐδέξατο.* Quod certa coniectura potuisset reperiri, obtulit mihi palimpsestus male lectus a M. Exhibet enim, quod non sine difficultate scriptum esse vidi, *ἠλλάξατο.* Ibid. vs. 36, pro *τελείως*, lege: *τελέως*, et cum cod. Vat. vs. 35, *ἀξιόχρεων* pro *ἀξιόχρεον*, atque *Ἄρεως* pro *Ἄρεος*. Ad rem, de qua agitur, cum hoc excerpto et sequenti utiliter compones

praeter Polybii l. l. Hieronymum ad Danielem c. XI, tom. V, ed. Venet.

Monenti Maio obtemperare debuissent editores in fr. XX (XVI) init. supplendum esse: *ὅτι τὰ πλήθη συναγαγόντες εἰς ἐκκλησίαν οἱ τοῦ Πτολεμαίου (ἐπίτροποι)*. Sequuntur haec eiusdem M. negligentia manca trium vocabulorum defectu: *καὶ σύντομον τέλος ἐπιθήσειν τῷ πολέμῳ κατεπαγγειλάμενοι, τοῦτό γε οὐ διεψεύσαντο, ταχὺ καὶ σφίσιν αὐτοῖς τὸ τέλος τοῦ βίου περιποιήσαντες.* Locus est ex eorum numero, qui diligenter legendi sunt, ut aliquid excidisse nobis suboleat. Nihil tamen certius est quam, ut hodie legitur, nullam eum idoneam interpretationem admittere. Causa autem, cur saepe nobis accidat, ut in locis corruptis non haereamus, haec mihi esse videtur, quod non raro eiusmodi locos legentes tali interpretamur eos sensu, qualem contextus et sana ratio postulant, non semper animadvertentes talem interpretationem cum ipsis verbis Graecis non omnino quadrare. Quo hoc obstaculum superemus, nullum novi remedium efficacius quam ut vertamus Graeca ad verbum sive Latina sive vernacula lingua malis. Fac experimentum in loco nostro et senties recte eum in hunc modum expleri in palimpsesto: *τοῦτό γ' οὐ διεψεύσαντο (καὶ τῷ πολέμῳ) καὶ σφίσιν αὐτοῖς τὸ τέλος τοῦ βίου περιποιήσοντες* (sic de meo scribo pro *περιποιήσαντες*); non tamen diffiteor vocabula *τοῦ βίου* quae, ut facile apparet, non nisi ad sola vocabula *σφίσιν αὐτοῖς* referri possint, si abessent, sententiam multo melius procedere, quare interpretandi causa mala manu olim adscripta esse suspicor. Quibus eiectis sensus fit planissimus: *hac certe in re non aberrarunt a vero, post breve tempus et bello et sibi ipsis finem impposituri.* Finem quem sibi impositui erant, *vitae* finem esse ultro liquet, neque igitur vocabnla *τοῦ βίου* addi potuerunt a Diodoro idque multo minus, quod ex notissima interpretandi norma haec sic Graece forent explicanda: *περιποιήσοντες τέλος τοῦ βίου καὶ τῷ πολέμῳ καὶ σφίσιν αὐτοῖς*, quae quam absurda sint, monere nihil attinet. Dele igitur emblema *τοῦ βίου* et nil amplius erit, quod lectorem

moretur in hoc loco, in quo ipsam vitiosam verborum compositionem emblema arguere satis, ut spero, demonstravimus.

Non potuit ineptius usurpari pronomen *οὗτος* quam factum videbis vs. 23 in his: *ταῦτα δ' ἔφασαν εἰς τοὺς προχείρως τούτοις ἢ πόλεις ἢ φρούρια παραδώσοντας.* Scriptor Atticus pro *τούτοις*, ni fallor, adhibuisset *σφίσιν.* Diodorus maluit ex sui aevi consuetudine scribere *αὐτοῖς*, quod reponendum. Perlege mihi totum fragmentum, et consenties. In vicinia vs. 24 corrige *χορήγια* pro *χορηγεῖα*, et *καθ' αὐτῶν* pro *κατ' αὐτῶν.* Denique in praegressis vs. 18 palimpsestus optime supplet: *ὥστε τῶν συναχθέντων* (*χρημάτων*) *ἐκόμιζον τὰ πλεῖστα.*

Error in his excerptis pede premit errorem; nam in fr. XXI (XVII) rursus inveniuntur, quae oppositis frontibus inter se pugnare iure dicas. Nempe in his: *ἡμεῖς δὲ τοῦ Πτολεμαίου τὴν οὕτως ἀγεννῆ φύσιν οὐκ ἂν προηγουμένως ἀνεπισήμαντον ἐάσαιμεν*, tribuitur Ptolemaeo *φύσις ἀγεννής*; mox vero dicitur ipsum contrarium: *τὸ γὰρ ἐκτὸς γενόμενον τῶν δεινῶν καὶ τοσαῦτα* (l. *τοσοῦτον*) *ἀφεστηκότα τῶν πολεμίων αὐτόθεν καθάπερ ἀκονιτὶ παραχωρῆσαι βασιλείας μεγίστης καὶ μακαριωτάτης πῶς οὐκ ἄν τις ἡγήσαιτο ψυχῆς τελείως* (l. *τελέως*) *ἐκτεθηλυμένης* (l. *ἐκτεθηλυμμένης*) *εἶναι; ἥν, εἰ μὲν συνέβαινε φυσικῶς ὑπάρχειν Πτολεμαίῳ τοιαύτην ἴσως ἄν τις ἐκείνην* (*ὀρθῶς* insere) *καταμέμψαιτο· ὅτι* (sic cod. pro *ὅτε*) *δὲ διὰ τῶν ὕστερον πράξεων ἡ φύσις ἱκανῶς ὑπὲρ αὐτῆς ἀπελογήθη κτέ.* His igitur et sequentibus, quae ipse perlegas, docemur animum regis *φυσικῶς οὐκ ἀγεννῆ* sensim ab eunucho artificiose corruptum esse, donec tandem vitiorum illecebris evaserit *τελέως ἀγεννής.* Sed satis credo iam ipse vides ab initio pro *φύσιν* corrigendum esse *ψυχήν.* Sed quis deinde ferat *προηγουμένως*, quo vix aliud adverbium Graecum adhiberi h. l. potuisset ineptius? Suspicor: *ἡμεῖς δὲ τοῦ Πτολεμαίου τὴν οὕτως ἀγεννῆ ψυχὴν οὐκ ἂν προσηκόντως ἀνεπισήμαντον ἐάσαιμεν* i. e. *ἡμῖν δ' οὐκ ἂν προσήκοι ἐᾶν κτέ.*, eodem sensu quo in fr. 22 libri XXXI scripsit: *οὗ* (i. e. Prusiae) *τὸ τῆς ψυχῆς ἀγεννὲς οὐκ ἄξιον παραλιπεῖν ἀνεπισήμαντον.* Saepissime autem noster adverbio *προσηκόντως* sic utitur v. c. fr.

XXIII vs. 11: *ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια προσηκόντως ἄν τις ἀποφήναιτο κτέ.* Quo iure autem Mullerus vertat *προηγουμένως* *pro instituto nostro* nescire me fateor. Verbis parum diversis de eadem re utitur Polybius XXVIII, 17 a.

Non sana esse iudico quae hodie init. fr. XXIII (XVIII § 2) sic scripta leguntur: *ὅτι ὁ Ἀντίοχος διὰ στρατηγήματος ἀντιδοξουμένου ἐκυρίευσε τοῦ Πηλουσίου*, i. e. si ad verbum Graeca vertas Latine: Antiochus per strategema *de quo dissentiebatur* Pelusio potitus est. Ut taceam verbo intransitivo *ἀντιδοξεῖν* non esse formam passivam, minime de illo strategemate dissentiebatur, sed rege indignum fuisse satis constabat; quod apparet tum ex fr. XXII: *ὅτι ὁ Ἀντίοχος ἀνὴρ ἐφάνη πραγματικὸς καὶ τοῦ προσχήματος τῆς βασιλείας ἄξιος πλὴν τοῦ κατὰ τὸ Πηλούσιον στρατήγηματος*, tum ex iis quae n. l. sequuntur: *πᾶς γὰρ πόλεμος ἐκβεβηκὼς τὰ νόμιμα καὶ δίκαια τῶν ἀνθρώπων κτέ.* Dederat igitur, ni egregie fallor, Diod.: *ὅτι ὁ Ἀντίοχος διὰ στρατηγήματος ἀδοξουμένου ἐκυρίευσε τοῦ Πηλουσίου*; i. e. *per strategema, quod male audiebat, Pelusio potitus est*. Xenophon in Oecon. IV : 2: *αἱ βαναυσικαὶ (τέχναι) ἀδοξοῦνται πρὸς τῶν πόλεων.* Cf. Plut. Luc. IV. Eodem verbo Polybius utitur I, 52, 2 et XVI, 39, 2, sed in forma Activa. Utrobique iungitur cum *διαβάλλεσθαι.* Post pauca legimus: *τὸν τὸ σῶμα αὐτοῦ πρὸς τὴν τοῦ κατισχύοντος πίστιν * * τιμωρεῖσθαι.* Ad sententiam non male Maius coniecit excidisse *παραδιδόντα μή*, quorum vocabulorum hoc (*μὴ*) tuto recipi poterit, pro illo fortasse verum est *παραδόντα*, sed simul pro *πρὸς* corrigendum erit *εἰς*; quae praepositio in hac formula perpetua est. Sic v. c. lib. XIII c. 26 scribit: *μέχρι μὲν γὰρ τοῦ μηδὲν ἀνήκεστον πεπονθέναι τοὺς εἰς τὴν ἡμετέραν πίστιν ἑαυτοὺς παραδόντας.* Eodem sensu Polybius III vs. 30 § 1 utitur verbo simplici: *διότι Ζακανθαῖοι — ἐδεδώκεσαν αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν.* Similiter XX, 9 § 10: de Aetolis: *δόντες αὑτοὺς* (l. *αὑτοὺς*) *εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν.* Nec diverso sensu XXXVI, 2 § 2: *οἱ διδόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπιτροπὴν* et XX, 10 § 2: *σφᾶς αὐτοὺς ἐγχει-*

ῥίζειν εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν. Videndum, utrum l. n. inserere sufficiat δόντα μὴ, an usus Diodori requirat verbum compositum παραδόντα, ut scribitur l. l. Certum deinde est vs. 13 reponendum esse: καθάπερ τοὺς ἐπὶ τῶν δικαστηρίων συκοφάντας κτἑ., ubi pro ἐπὶ vulgatur ἀπὸ, quod ferri omnino nequit.

Fr. XXV (XX) init.: ὅτι Αἰμίλιος ὁ Ῥωμαῖος παραλαβὼν τὰς δυνάμεις. Vocabula ὁ Ῥωμαῖος de suo addidisse videtur epitomator. Diodorus certe scripsisset: ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς vel aliquid eiusmodi.

Articulus periisse videtur in fr. XXIX (XXI § 4): ἀπεκρίθη μήτε τὸν κόσμον ὑπὸ δυεῖν ἡλίων δύνασθαι διοικεῖσθαι μήτε (τὴν) οἰκουμένην ὑπὸ δυεῖν ἡλίων. Idem Alexandri dictum refert Diod. XVII § 4 sic scribens: ὡς οὔθ' ὁ κόσμος δυοῖν ἡλίων ὄντων τηρῆσαι δύναται τὴν ἰδίαν διακόσμησιν τε καὶ τάξιν οὔθ' ἡ οἰκουμένη δυοῖν βασιλέων ἐχόντων τὴν ἡγεμονίαν ἀταράχως καὶ ἀστασιάστως διαμένειν ἂν δύναιτο.

Sed redeundum ad fr. XXVI (XXI § 1), ubi editur: ἐπαγγειλάμενος οὖν ἀντιστήσειν τοῖς ἀποδοῦσι τιμήν. Inseratur articulus necessarius ante τιμὴν, verum alia causa est, cur haec verba adscripserim. Videlicet ἀνθιστάναι — τιμὴν recte Graece dici nequit; Graecis enim in ea re perpetua sunt verba καταβάλλειν et κατατιθέναι. Neque tamen propterea vulgatam sollicitaverim, idque ob causam quam dicam. Diodorum, qui ipse in operis praefatione (c. 4) profitetur, se διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ πολλὴν ἐμπειρίαν τῆς Ῥωμαίων διαλέκτου περιπεποιῆσθαι, haud ita raro imprudentem orationem qua utitur Graecam idiotismis Latinis corrupisse, res est neque ignota neque ad demonstrandum difficillima. Quia vero verbum Graecum ἀνθιστάναι, si eius compositionem spectas, ad amussim respondet verbo Latino *rependere*, gravis me tenet suspicio, nostrum formulam Latinam *rependere pretium* in sermonem vernaculum transtulisse per ἀνθιστάναι τὴν τιμήν.

Fr. XXVII ineunte soloece scribitur: ὅτι ὁ Περσεὺς τὰ δοθέντα

πρὸς διαρπαγὴν χρήματα ἀναλαβόμενος τῆς ἐπαγγελίας ἀπεστέρησε τοὺς δόντας. Nam *recuperare* est *ἀναλαμβάνειν* non *ἀναλαμβάνεσθαι*, quare corrigendum: *τὰ — χρήματα ἀναλαβὼν κτέ.* Ibidem prope finem reposuerim: *ὡς μὴ θαυμάζειν ὅπως κατεπολεμήθησαν οἱ Μακεδόνες — ἀλλ' ὅπως κτέ.* Male editur: *πῶς κατεπολεμήθησαν κτέ.*

Non sine aliqua probabilitate sic suppleri poterit lacuna in fr. XXX (XXII): *οὐ μὴν ἀλλὰ τούτου εὑρε(θέντος καὶ ἀνασω)θέντος εἰς τὴν παρεμβολήν*; nullum enim novi verbum Graecum, quod tam proprie huic loco conveniat quam *ἀνασωθῆναι*, i. e. *salvum redire*. Livius eandem rem ex eodem Polybio refert lib. XLIV, 44. Quae imprimis huc faciunt, haec sunt: *et serius cum rediisset tunc demum recepto sospite filio victoriae tantae gaudium consul sensit.* Vulnerati contra qui redeunt ex pugna, quia pedibus iam uti nequeunt, dicuntur *ἀνακομίζεσθαι* cf. v. c. lib. XXII fr. .XXIV vs. 21 (p. 21). *Τὸ ὁμοιοτέλευτον* l. n. ut saepe alibi fraudi fuit librario. In eodem excerpto vocabuli monstro *ἐρωμανῆ*, quod peccat contra analogiam, substituas formam genuinam *ἐρωτομανῆ*.

Fr. XXXI (XXIII) vs. 9 bis deleatur praepositio *ἐν* in verbis: *τῷ τοὺς μὲν [ἐν] ταῖς ἰδίαις ἀτυχίαις τοὺς δὲ [ἐν] ταῖς τῶν ἄλλων διδάσκεσθαι.*

Tandem in penultimi excerpti initio reponendum esse: *καὶ πρὸς τὰ σύνδειπνα παραλαμβάνων καὶ — μεταδιδούς*, ubi perperam editur *παραλαβών*, iam supra monuimus.

ADN. AD LIBR. XXXI.

Laborat verborum compositio in fr. I initio. Scribitur enim sic: *ὅτι ὁ Ἀντίοχος τὴν ἀρχὴν ἐσεμνύνετο, λέγων οὐ τῆς κατ' Αἴγυπτον βασιλείας ἑαυτὸν ἐπιθυμοῦντα παρεσκευάσθαι μεγάλας δυνάμεις εἰς τὸν πόλεμον, ἀλλὰ βούλεσθαι τῷ — Πτολεμαίῳ συγκατασκευάσαι τὴν πατρῴαν ἀρχήν.* Quanto vero melius scriberetur *βουλόμενον*!

Mox in verbis: *φανερὸς ἐγένετο τῶν πολλῶν βασιλέων*, vereor ut suffecerit cum Bekkero inserere part. *ὤν*; nam ratio requirit confirmante usu: *τῶν πολλῶν* (*εἷς ὢν*) *βασιλέων*, i. e. *unus de multis regibus.* Facile autem post ΠΟΛΛΩΝ negligi potuisse ΑΩΝ, i. e. *εἷς ὤν*, quis negabit?

Multum quoque me iudice abest, ut emendatam nobis lectionem cod. Vat. obtulerit in fr. II. Prorsus desperata est salus primorum huius excerpti verborum: *ὅτι ἀπαντήσασι τὸν Ἀντίοχον τοῖς Ῥωμαίοις*, quippe quae cum sqq. male cohaereant. Excideritne aliquid, an alio morbo laborent, non satis liquet. Sequentibus prodesse poterit Polybius lib. XXIX § 11, qui huius narratiunculae auctor est, et quem mutata aliquantum oratione describit Diodorus. Non erit igitur fortasse prorsus inutile meliores apud Polybium lectiones brevibus indicare. Primum vs. 10 *πολέμιός ἐστιν ἢ φίλος*; accipe a Polybio *φίλιος*; vs. 13 *προχειρότατον — βακτήριον*; Pol. habet *προχείρως — βακτηρίαν*. Apud Diod. *πρόχειρον — βακτήριον* scribendum cum Mullero, apud Pol. *πρόχειρον — βακτηρίαν*; vs. 11 Polyb.: *ἔφη βούλεσθαι μεταδοῦναι τοῖς φίλοις ὑπὲρ τῶν προσπεπτωκότων.* Hinc expleri poterit manca Diodori oratio: *ἔλεξε παρὰ τῶν φίλων γνώμην λαβεῖν* inserendo sive *βούλεσθαι* sive *ἐθέλειν*, nisi forte sufficit intercalare particulam *ἂν* post *λαβεῖν*. Deinde dedisse suspicor Diod.: *διεκελεύσατο τὴν ἀπόκρισιν ἐν τούτῳ* (*τῷ γύρῳ*) *ποιήσασθαι* (pro *ποιῆσαι*); nam scribit P.: *ἐν τούτῳ τε τῷ γύρῳ τὴν ἀπόφασιν ἐκέλευσε δοῦναι κτἑ.*; si contra loco nostro nihil addideris, e superioribus cogitando supplere debes: *ἐν τούτῳ* (*τῷ κλήματι*), quod plane absurdum est. Praeterea de meo dedi *ποιήσασθαι*; nam *ποιῆσαι ἀπόκρισιν* Graecum non esse, vix quisquam monendus erit. Tandem vs. 18 habet Diod.: *ἔφη ποιήσειν πᾶν τὸ παρακελευόμενον.* Pol.: *ἔφη ποιήσειν πᾶν τὸ παρακαλούμενον ὑπὸ Ῥωμαίων.* Hic emendandus videtur Polybius e Diodoro. Livius eundem Polybii locum Latine vertit XLI vs. 12.

Fr. III init. rursus peccatur contra grammaticam in his: *ὅτι συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα.* Lege: *αἱρετώτερον.*

Ibid. vitio nata est praepos. *περὶ* e praecedenti vocabulo in verbis: *οὐ γὰρ δίκαιον τὸν ἐπὶ τῶν ἄλλων ἀπειπάμενον πᾶσαν φιλανθρωπίαν αὐτὸν ἐν* (*τῷ* insere) *μέρει* [*περι*]*πταίσαντα τυγχάνειν τῆς — ἐπιεικείας κτέ.* Tralaticio deinde errore p. 86 vs. 14: *ταῦτα γὰρ συμβάλλεται μεγάλα πρὸς αὔξησιν πᾶσι μὲν ἀνθρώποις* pro — *συμβάλλεται μέγα κτέ.* scriptum esse vides.

Recte (fr. IV) in verbis: *ὅτι τῆς τύχης εὐροούσης τοῖς Ῥωμαίοις, ἐβουλεύοντο μετὰ πολλῆς ἐπισκέψεως πῶς καθήκει χρήσασθαι τοῖς εὐτυχήμασι... κατὰ τρόπον εὐχερέστερον εἶναι τοῦ καταγωνίσασθαι τοῖς ὅπλοις τοὺς ἀντιταχθέντας*; recte, inquam, in his aliquid deesse senserunt viri docti, male iidem lacunam statuentes post *εὐτυχήμασι*; nam perspicuum est vocabula *κατὰ τρόπον* pertinere ad praecedentia, et iungendum esse: *πῶς καθήκει χρήσασθαι κατὰ τρόπον τοῖς εὐτυχήμασι*; nam *κατὰ τρόπον* apud Diodorum quemadmodum apud reliquos nihil aliud significare quam *ὀρθῶς* i. e. *recte et ordine* vel discere possumus e fr. XIV: *ἀπεφήνατο τῆς αὐτῆς εἶναι ψυχῆς ἀγῶνάς τε τάξαι κατὰ τρόπον κτέ.* Constituerim igitur locum sic: *πῶς καθήκει χρήσασθαι τοῖς εὐτυχήμασι κατὰ τρόπον * * * εὐχερέστερον εἶναι τοῦ καταγωνίσασθαι τοῖς ὅπλοις τοὺς ἀντιταχθέντας.* Lacunam ad sententiam non male expleveris inserendo *δοκεῖ δὲ* (sive *δοκοίη δ' ἂν*) *τοῦτο*; vel *ὑπολάβοι δ' ἄν τις τοῦτο*, sed alia plura conieceris in eundem sensum, ita ut nihil quidquam certum sit. Cf. Polyb. X, c. 30. Sequentia supple scribendo: *οὐ μὴν καὶ τἀληθὲς* (*γ'*) *οὕτως εἶχε.*

Fr. V vs. 33: *μηδὲν δ' ἀνύοντες ὧν ἐπρέσβευον εἰς ἀπορίαν ἐνέπιπτον.* Graecum non est *πρεσβεύειν τι*, sed *περί τινος*; quare scribo: *ὧν* (*πέρι*) *ἐπρέσβευον*; inserta praepositione, quae cur perierit manifestum est. Ultima sententia huius excerpti proderit fr. VI (V § 2) init.; ubi eadem verba recurrunt, sed adhaerente interpretamento, quod deleas scribendo: *κατὰ τὴν παροιμίαν τὸ κύκνειον ᾄσαντες* [*μέλος*]. Constanter enim in hac proverbiali locutione *μέλος* omittitur v. c. in Chrysippi fragm. apud Athenaeum XIV p. 616 b. *Φιλοσκώπτης* (*τις* insere) *μέλλων*

ὑπὸ τοῦ δήμου σφάττεσθαι, εἶπεν ἐθέλειν ὥσπερ τὸ κύκνειον ᾄσας ἀποθανεῖν· ἐπιτρέψαντος δ' ἐκείνου, ἔσκωψεν; quae verba adscripsi, ut simul emendarem; nam ὥσπερ, quo vocabulo loci sententia et verborum compositio vitiatur, non magis genuinum esse reor quam loco nostro μέλος, sed adscriptum esse olim a sciolo, quo indicaret, quod nemo non ultro intelligit, figurato sensu vocabula τὸ κύκνειον ᾄσας accipienda esse. Similiter dicitur τὸ κύκνειον ἐξηχεῖν quemadmodum illud sine substantivo. Rectius contra in fr. VI et VII legitur: τοῦ Φόβου παρείθησαν, quam in fr. V παρελύθησαν, quod illius glossema esse videtur. Ib. rursus ex fr. VII supplendum: περὶ δὲ τῶν (κατὰ μέρος) ἐγκλημάτων κτέ.; ni feceris, ineptissime opposita erunt verba: δι' ὧν τοῦ μὲν ὁλοσχεροῦς Φόβου παρείθησαν.

Fr. VII vs. 25: ἐποιεῖτο τοὺς λόγους. Recte iam Dindorfius (ed. Lips. 1826) dedit ἐποιοῦντο.

Fr. IX lege: ἧκον εἰς Ῥώμην πάντοθεν [οἱ] πρεσβευταὶ κτέ. deleto articulo.

Fr. XI: Laudatur in hoc excerpto Romanorum erga devictos *clementia*. Quam clementiam vel Macedones quamvis πολλὰ καὶ μεγάλα παρανενομηκότας εἰς Ῥωμαίους ait expertos esse. Τετυχηκότες γὰρ (ita pergit) ἐπὶ τοῖς πρότερον ἀγνοήμασι συγγνώμης, εἰκότως ἂν τοῖς ὕστερον ἁμαρτήμασιν ὑπελάμβανον ἑαυτοῖς μηδένα λόγον δίκαιον εἰς ἔλεον καὶ παραίτησιν ἀπολελεῖφθαι· οὐ μὴν ἡ σύγκλητός (γ') ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐμνησικάκησεν, ἀλλὰ μεγαλοψύχως καὶ προσηκόντως ἑκάστοις προσηνέχθη. Quam misere languet istud προσηκόντως post μεγαλοψύχως, et quanto melius scriberetur: μεγαλοψύχως καὶ προσηνῶς ἑκάστοις προσηνέχθη. Cf. p. 89 vs. 21. Ib. p. 89 vs. 1 scribendum inserto articulo: ὥστε μηδὲ (τὴν) παρὰ τῶν ἐπταικότων δέησιν ἀναμεῖναι. In fine excerpti lege μέγα (pro μεγάλα) φρονεῖν.

Vitiis deinde scatet fr. XIII (VIII § 3), quae paucis significabimus, quomodo corrigenda videantur. Vs. 10: ἄδικον πρὸς Ῥωμαίους ἐξαγαγόντα παρὰ τὰς συνθήκας πόλεμον. Graecum est ἐξενεγκόντα κτέ. Cf. fr. XI vs. 34: ἐπειδὴ παρὰ

τὰς συνθήκας ἄδικον ἐξήνεγκε πόλεμον; vs. 20: ἐλέους χειρωθέντες, lege: ἐλέου; vs. 24: εὐγενῶς οὖν δυνατοῖς Ῥωμαῖοι τὴν ἐλευθερίαν χαρισάμενοι τὰ ἡμίση δίδειν τῶν τελῶν προσέταξαν. Verum est: εὐγενῶς οὖν αὐτοῖς et διδόναι, quorum illud (ΑΤΤΟΙϹ pro ΔῩΑΤΟΙϹ) iam Mullerum e Dindorfii coniectura recte dedisse video; quo magis miror B. retinuisse vulgatam, quae prorsus absurda est. Vs. 28: οἳ (scil. legati) καὶ πρὸς Αἰμίλιον Μάρκον ἐλθόντες συνεῖδον τὰ τείχη — καθελεῖν κτέ. Non reperio quid lateat in συνεῖδον; pro quo exspectaveris ἔγνωσαν vel ἔκριναν. Si licet hariolari, non absurde suspiceris: συνήδρευον (μετ' αὐτοῦ καὶ ἔκριναν) τὰ τείχη κτέ. collato fr. 13 libri XXIX, qui locus est plane ἀδελφὸς nostri. Cf. cum his, quae ex eodem Polybio refert Livius XLV: 17 et 18. Vs. 31: καὶ τοὺς ἐπιφανεῖς ἄνδρας τῶν Μακεδόνων εἰς ἓν συναγχαγεῖν· ἔνθα ἐλευθέρους — αὐτοὺς ἀφῆκαν. Sententia requirit εἶτα pro ἔνθα, quod ferri posset si scriberetur: εἰς ἕνα συναγαγεῖν (τόπον), κτέ. Pag. 90 vs. 12 supple: τοῦ μὲν πρώτου Ἀμφίπολις, τοῦ (δὲ) δευτέρου Θεσσαλονίκη, τοῦ (δὲ) τρίτου κτέ.; vs. 19: καὶ πρῶτος μὲν Ἀνίκιος καὶ Ὀκτάουιος — ἀνὰ μίαν ἡμέραν ἑκάτερος ἐθριάμβευσεν. Lege: καὶ πρῶτοι — ἑκάτερος, ἐθριάμβευσαν; vs. 23: ἅμαξαι — φέρουσαι λευκὰς καὶ τραχίας ἀσπίδας. Optionem faciat futurus editor inter τραχείας, βραχείας et ταυρείας ἀσπίδας. Vs. 24: καὶ ἕτεραι (ἅμαξαι) τριακόσιαι λόγχας καὶ σαρίσσας καὶ τόξα καὶ ἀκόντια γέμουσαι. Barbarum est γέμειν cum Acc.; nisi igitur omnes Accusativos in Genitivos mutare mavis, reponendum φέρουσαι. Vs. 30 suppleo: — ἐκπωμάτων πλῆθος, (πλήρεις) ἀγαλμάτων καὶ ἀνδριάντων ποικίλων ἅμαξαι πεντακόσιαι (cf. vs. 24). Post simile vocabulum πλῆθος quod inserui adiectivum facile a scriba negligi potuit. Vs. 32 corrigas: τῇ (δὲ) τρίτῃ προηγοῦντο λευκαὶ βόες εὐπρεπεῖς κτέ., et tandem vs. 6 p. 91 in ipso fine excerpti: καὶ ἐπὶ πᾶσιν Αἰμίλιος ἐφ' ἅρματος ἐλεφαντίνου καταπληκτικοῦ pro καταπλήκτου, quod flocci non est.

Fr. XV vs. 15: ὥστε δοκεῖν ὅμοια μύθοις [ἀγενήτοις] εἶναι τὰ πάθη τὰ περὶ αὐτόν. Pauca vidi emblemata hocce putidiora. Vs. 17: ὑπὲρ αὐτοῦ διαλαβεῖν ὃ χρὴ παθεῖν. Graecum est: ὅ τ ι χρὴ παθεῖν. Pag. 92 vs. 3: Μάρκος Αἰμίλιος παρήνεσε τῇ συγκλήτῳ σχετλιάζων, εἰ μὴ τὸν ἀνθρώπινον Φ ό β ο ν εὐλαβοῦνται τήν γε τοὺς ὑπερηφάνως ταῖς ἐξουσίαις χρωμένους μετερχομένην νέμεσιν αἰδεῖσθαι. Intelligam haec, postquam repositum erit: εἰ μὴ τὸν ἀνθρώπινον φ θ ό ν ο ν εὐλαβοῦνται.

Optime monenti Maio noluerunt morem gerere editores fr. XVII (X) vs. 27 scribendum esse: ἀλλ' ὅμως ἡ πρὸς τὸν βίον ἡμῶν ἀ λ ο γ ί α τῆς τύχης καὶ πάντα παρὰ τὸν λογισμὸν τὸν ἡμέτερον καινοποιοῦσα καὶ τὴν αὐτῆς δύναμιν ἐν τοῖς π α ρ α δ ό ξ ο ι ς ἐνδεικνυμένη; ubi hodie absurdissime legitur ἀναλογία et ἐνδόξοις; quae vel si apud Polybium non emendata legerentur, qui pro illo habet ἀσύνθετος τύχη, quantocius de coniectura fuissent corrigenda. Nam scire pervelim quae sit fortunae *analogia*, cuius levitatem et caecam mobilitatem quotidie culpare mortales solemus, aut quomodo eadem dici possit in claris (viris an quid?) ostendere suam potentiam, quasi obscuri illi non pareant. Quantopere igitur fallitur Horatius, ubi canit: *Valet ima summis mutare, et insignem attenuat deus obscura promens, hinc apicem rapax fortuna cum stridore acuto sustulit, hic posuisse gaudet!* Quo loco accedo Peerlkampii sententiae, variam lectionem in cod. Reginensi: *insigne attenuat decus* (nempe *Diespiter*), vulgata aliquanto meliorem esse iudicantis.

Sed redeamus ad nostrum, et reddamus e palimpsesto male descripto a M. Demetrio Phalereo: ὧν οὐδ' ὄνομα (πρότερον) ἦν γνώριμον, quo facto videamus an prodesse possimus fr. XVIII (XI), ubi reliqua quidem rectius administravit quam B. Mullerus, male tamen correxisse videtur vs. 20 sqq.: διόπερ προσεύχεσθαι τῶν θεῶν τῶν μὲν δημοσίων εἰς μηδὲν ἐμπεσεῖν τὴν μεταβολήν, ἀλλ' εἰ πάντως α ὐ τ ῇ πρᾶξαι δέδοκτο (l. ἐδέδοκτο) δυσχερές, τοῦτ' εἰς αὐτὸν ἐναπερείσασθαι, pro α ὐ τ ῇ reponens αὖ τ ι. Supervacaneum enim est αὖ, dum contra requiritur

pronomen personale, quo referatur ἐδέδοκτο. Lenissime corrigas: αὐτῇ τι πρᾶξαι, quo facto αὐτῇ referendum erit ad τῆς τύχης supra vs. 20. Malim tamen: αὐτοῖς τι πρᾶξαι ἐδέδοκτο scil. τοῖς θεοῖς. Vs. 7: μετὰ πέντε ἡμέρας εἰς Μακεδονίαν γενέσθαι. Lege: παραγενέσθαι, nisi ἐν Μακεδονίᾳ reponere malis. In eodem excerpto locus vs. 4 sqq. documento esse potest, quomodo librarii Nominativos cum Infinitivis de industria interpolando et refingendo in Accusativos c. Inf. mutare soleant. Lege: ἔφη γὰρ [ἑαυτὸν] ἐξ Ἰταλίας εἰς τὴν Ἑλλάδα μέλλων (pro μέλλοντα) περαιοῦν τὰς δυνάμεις ἀποθεωρήσας τὴν ἀνατολὴν καὶ τότε τὸν πλοῦν ποιησάμενος ἐνάτης ὥρας καταπλεῦσαι — ἐν Δελφοῖς καλλιερήσας (pro καλλιερήσαντα). Nominativi ἀποθεωρήσας et ποιησάμενος, qui manserunt intacti, rem conficiunt.

Una littera deleta damnum resarciri potest a scribis illatum fr. XIX. Nam quis credat Graece dici posse ἐν ἀσφαλείᾳ κατακεῖσθαι τὴν ἰδίαν ἀρχὴν pro ἐν ἀσφαλεῖ κτέ., quod sine dubio Diodoro reddendum. Non maiore molimine opus est ad corrigenda sequentia: ἀγαθὴ γὰρ ἡ τύχη τὰ βεβηκέναι δοκοῦντα ἀσφαλῶς ἀναστρέψαι, ubi, si usquam, requiritur ἀνατρέψαι, i. e. *evertere*, et sic optime video dedisse Mullerum, quamvis inscium hanc ipsam lectionem esse in palimpsesto Vaticano.

Duas proponam coniecturas easque plane necessarias in fr. XXIII (XVI § 1). Primum enim, uti nunc vulgantur, intelligi nequeunt verba: καθὸ οἷοίτ' ἦσαν ἐπεκρύπτοντο τὴν διαίρεσιν διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ὑπεροχήν. Sermo est de Asiae regibus, regnum suum quoque militum copia et divitiis confirmantibus, qui tamen, ne Romanos offenderent: ἐπεκρύπτοντο, opinor, τὴν ἰδίαν αἵρεσιν διὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων ὑπεροχήν, i. e. *studium suum* (augendi potentiam) *occultabant*. Usus adiectivi ἴδιος apud seriores pro pronomine reflexivo, notior quam qui hic probetur, apud nostrum est imprimis frequens. Quam facile autem ΤΗΝΔΙΑΙΡΕϹΙΝ ex ΤΗΝΙΔΙΑ̅ΑΙΡΕϹΙΝ nasci potuerit, est in aprico. In Polybio non infrequens est usus substantivi αἵρεσις eo sensu, quo ceteri et Diodorus προαίρεσις adhibere malunt. Quod saepius alibi eum fecisse constat, etiam hunc locum

ad verbum e Polybio descripsisse inde coniicias. Sin minus, praetulerim τὴν ἰδίαν (προ)αίρεσιν, uti scribit v. c. lib. XII : 69: διελέχθησαν περὶ τῆς ἰδίας προαιρέσεως τοῖς Ἀθηναίων στρατηγοῖς κτέ., et in his excerptis fr. XXXVIII (p. 102): ἔδωκε πεῖραν τῆς ἰδίας προαιρέσεως. Contra αἵρεσις Diodoro est *animus s. voluntas*. Sic v. c. XXXIII fr. 21: πάντες ταῖς αἱρέσεσιν οἰκείως διατεθέντες.

Altera, quam dicebam, coniectura tento quae leguntur prope finem in hunc modum scripta: καὶ καθάπερ ἐπὶ σκηνὴν ἀναβιβάσας τὴν βασιλείαν ἅπασαν ἐποίησε μηδὲν ἀγνοεῖν τῶν περὶ αὐτῶν. Dare potuisset: ἐποίησε (τοὺς Ῥωμαίους) μηδὲν κτέ.; sed maluit, opinor, aliquanto acrius eandem rem significare scribendo: ἐποίησε (μηδένα) μηδὲν ἀγνοεῖν τῶν περὶ αὐτῶν, in quibus simul apparet corruptelae origo.

In fr. XXIV (XVI § 2) Graeca syntaxis postulat, ut vs. 14 corrigamus: ὥστ' εἴ τις ἀφεῖλεν αὐτοῦ τὸ διάδημα μηδέν' ἂν (pro μηδένα) τῶν ἀγνοούντων πιστεῦσαι κτέ.; etymologia, ut vs. 18 legamus tribus litteris repetitis τοὺς τὰς παραθέσεις εἰσφέροντας. De more Diodorus hunc locum verbis parum diversis mutuatus est a Polybio, quem vide in lib. XXXI fr. 4, in quo excerpto est, quod non satis emendate scribatur in § 5, quam ex loco nostro sic corrige: οὓς μὲν εἰσῆγεν, οὓς δ' ἀνέκλινε καὶ τοὺς διακόνους τοὺς τὰς παραθέσεις εἰσφέροντας διέταττε. Vulgatur enim εἰσήγαγεν pro διέταττε, quod vitium contraxisse videtur e praegresso εἰσῆγε. Ex eodem Polybio iam Valesius resarcivit damnum, quod illatum est fr. XXV: ὅτι τούτων συνελθόντων ἧκον οἱ τοῦ Γράκχου πρεσβευταί, legendo: ὅτι τούτων συντελεσθέντων, nam Polybius ibid. fr. V scribit: μετὰ τὴν συντέλειαν τῶν ἀγώνων ἄρτι τούτων γεγονότων ἧκον οἱ περὶ τὸν Τιβέριον πρεσβευταί. Optime vir egregius, sed hucusque frustra. Quod aperte corruptum est evidenti emendationi praeferunt editores.

Incredibile dictu est, quam crebro scribae peccent in verborum compositorum praepositionibus modo confundendis, modo omittendis. Cuius rei novum exemplum dabunt verba ultima

fr. XXVII (XVIII § 2): τὸ τηλικοῦτο τῆς βασιλείας ἀξίωμα πρὸς ἰδιωτικὴν ταπεινότητα τύχης ἐπεπτώκει κτέ. Nihil tamen certius esse arbitror, quam Diodorum dedisse: εἰς ἰδιωτικὴν ταπεινότητα τύχης μετεπεπτώκει. Similiter haereas fr. XXVIII (XIX) vs. 25: τὸν βίον ἐν τῇ πατρίδι λιπεῖν, υἱοὺς ἐγκαταλιπόντα Ἀριαράθην καὶ Ἀρύσην; nam soli tragici dicere solent λείπειν φάος, βίον, alia; pedestres si hoc verbo uti volunt (antiquiores, ni fallor, vix umquam adhibent), addunt praepositionem ἐξ. Videndum igitur, ut redeam unde profectus sum, an l. n. legendum sit: τὸν βίον ἐν τῇ πατρίδι ἐκλιπεῖν, υἱοὺς ἐγκαταλιπόντα κτέ. Ceterum non admodum eleganter bis in eadem sententia verbo λείπειν usus est [1]). Quae sequuntur sat emendate scribi videntur usque ad vs. 10 (p. 98): περιέθετο τῷ παιδὶ διάδημα καὶ συνάρχειν πάντων τῶν τῆς βασιλείας προτερημάτων ἐπ' ἴσης μεταδίδωσι. Ne absurda exeat sententia, utique reponendum videtur: καὶ συνάρχοντα πάντων τῶν — μεταδίδωσι. Nempe syllaba τι de more perierat propter sequentem litteram π; mox supervenit aliquis, qui συνάρχον mutavit in συνάρχειν bellissima, ut vides, emendatione.

Post pauca verba revoca elapsum participium scribendo: οὗτος δ' ἔγημε θυγατέρα τοῦ μεγάλου κληθέντος (malim ἐπικληθέντος) Ἀντιόχου ὀνομαζομένην Ἀντιοχίδα, πανοῦργον (οὖσαν) μάλιστα. Praeterea videndum an non hoc quoque loco D. dederit, uti alibi ex constanti Graecorum consuetudine scribere solet: ὀνομαζομένην (μὲν) Ἀντιοχίδα, πανοῦργον (δ' οὖσαν) μάλιστα. Ibid. vs. 19: ἐξ οὗ — τὸν μὲν πρεσβύτερον μετὰ συμμέτρου χρείας εἰς Ῥώμην ἀποσταλῆναι παρασκευάσαι, τὸν δὲ νεώτερον εἰς τὴν Ἰωνίαν. Si locus sanus est, sensus est: *mandato ei negotio idoneo.* Sed dici solet ἀποσταλῆναι ἐπὶ χρείαν non μετὰ χρείας. Quare aliquis praetulerit: — μετὰ συμμέτρου χορηγίας κτέ.

---

1) Hic locus me admonet loci turpiter interpolati in Isaei oratione *de Aristarchi hereditate* § 11, ubi eiecto emblemate scripserim: ἀλλ' αὐτῷ μὲν ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον ἐξῆν υἱὸν ἐγκαταλιπόντα ἐν Ξεναινέτου. Editur: ἐν τῷ Ξεναινέτου οἴκῳ.

Leve vitium sed eiusmodi, ut mireris doctos homines tamdiu fallere potuisse, eximendum e fr. XXXII (XXIII): *παρακαλῶν σωφρονῆσαι καὶ τῶν νεανίσκων ἑκάτερον τὸν παρ' ἑαυτοῦ διαχειρισάμενον κτἑ.* Immo vero: *τῶν παρ' ἑαυτοῦ κτἑ.*

Mendo pervetusto feliciter liberasse mihi videor fr. XXXIV (XXIV): *ὅταν πωλούμενοι πλείονος εὑρίσκωνται οἱ μὲν ἐρώμενοι τῶν ἀγρῶν, τὰ δὲ κεράμια τοῦ ταρίχου τῶν ζευγηλατῶν.* Sed ut recte haec intelligantur, adscribenda est pars eorum, quae praecedunt: *Ἀγανακτῶν Μάρκος Πόρκιος Κάτων εἶπεν ἐν τῷ δήμῳ διότι μάλιστα δύνανται κατιδεῖν ἐκ τούτου τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον τῆς ἀγωγῆς καὶ πολιτείας διαστροφήν, ὅταν πωλούμενοι κτἑ.*, quae supra adscripsi. Ob duplicem causam ferri nequeunt, ut hodie scribuntur, vocabula: *ὅταν πωλούμενοι πλείονος εὑρίσκωνται.* Nam primum *pluris venire* Graece *πλείονος εὑρίσκεσθαι* dici posse nego; deinde, si dici posset, plane otiosum esset, quod nostro loco additur, *πωλούμενοι.* Quid scripserit Diodorus, lectori apparebit e locis quibusdam, quos infra promam ex optimo quoque scriptore Graeco. Herod. I: 195, ubi agit de Venetorum virginibus quotannis publice venumdatis: *μετὰ δὲ ὅκως αὕτη εὑροῦσα πολλὸν χρυσίον πρηθείη, ἄλλην ἀνεκήρυσσε* (l. *ἂν ἐκήρυσσε*) *κτἑ.* Eodem modo Xenophon in Hellenicis III: 4 § 24: *καὶ ἄλλα τε πολλὰ χρήματα ἐλήφθη, ἃ εὗρε πλέον ἢ ἑβδομήκοντα τάλαντα.* Id. in Memor. II : 2 § 5: *ὅταν τις οἰκέτην ἀποδιδῷ τοῦ εὑρόντος.* Cf. Aesch. I : 96; Isocr. VIII : 35: *οἰκία εὑρίσκουσα δισχιλίας.* Ne sequiores quidem hunc usum ignorasse probant et alii loci et Polyb. XXXI : 7, 12 (ed. Schweigh.): *τοῦ ἐλλιμενίου κατὰ τοὺς ἀνώτερον* (l. *ἀνωτέρω*) *χρόνους εὑρίσκοντος ἑκατὸν μυριάδας δραχμῶν.* Sed hi loci sufficiant ad probandum Diodoro reddendum esse: *ὅταν πωλούμενοι πλεῖον εὑρίσκωσιν οἱ μὲν ἐρώμενοι τῶν ἀγρῶν, τὰ δὲ κεράμια τοῦ ταρίχου τῶν ζευγηλατῶν.* Utiliter cum his componas quae scribit Diodorus in libr. XXXVII fr. III: *τοῦ μὲν γὰρ οἴνου* (conieci *Χίου*) *τὸ κεράμιον ἐπωλεῖτο δραχμῶν ἑκατόν, τῶν δὲ Ποντικῶν ταρίχων τὸ κεράμιον δραχμῶν τετρακοσίων, τῶν δὲ μαγείρων οἱ διαφέροντες ὀψαρτυτικαῖς φιλοτεχνίαις ταλάντων τεττάρων, οἱ

δὲ ταῖς εὐμορφίαις ἐκπρεπεῖς παράκοιτοι πολλῶν ταλάντων κτέ. Ex quo loco praeterea coniicias ultima verba loci nostri sic esse redintegranda: *τὰ δὲ κεράμια τοῦ* (*Ποντικοῦ*) *ταρίχου τῶν ζευγηλατῶν*; nam iure explosissent Romani Catonem, si dixisset quaevis salsamenta pluris veniisse, quam *boves iugales*, qui miro sane usu hic dici creduntur *ζευγηλάται*. Ita enim alibi audire solent *aratores* (vide v. c. Xenoph. in Anab. VI, 1 § 18), neque vocabuli compositio aliam significandi potestatem admittere videtur. Locum sanum esse confirmat Polybii excerptum 1 ex libr. XXXII ap. Mai., ubi tamen rectissime scriptum invenio *πλεῖον εὑρίσκωσιν*, quemadmodum Diodorum quoque dedisse modo huius loci ignarus perhibebam [1]). Intellexerim igitur l. n. potius *servos aratores*, quam *boves iugales*, quippe qui *ζεύγη βοεικὰ* Graece dici soleant.

Corruptissima sunt ultima verba fr. XXXV: *ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ τῶν περιοικουσῶν τὴν Ῥώμην πόλεων ὅσαις ὁ χρόνος τὴν ἀναστροφὴν ἐδίδου ἐλθεῖν πρὸς τὸν τῆς ἐκφορᾶς καιρόν, καὶ τῶν τὴν εἰς τὴν Ῥώμην τιμὴν σχεδὸν τιμὴν μετὰ προθυμίας.* Suspicor: *κατήντων εἰς τὴν Ῥώμην πανδημεὶ ἐκχεόμεναι μετὰ προθυμίας* collato fr. 36 lib. XXXVII: *ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ κατὰ τὴν παρουσίαν τοῦ βασιλέως ἀπήντων αἱ πόλεις ἐκχεόμεναι πανδημεί.* Nunc video Ludovicum Dindorfium iam coniecisse: *κατήντων — σχεδόν τι πανδημεί*, adhibito forte fortuna eodem loco. Perlegi totum Diodorum, sed nusquam formula *σχεδόν τι* mihi facta est obviam apud eum. Atticis, quibus propria est, ea relinquenda videtur. Sequiores (certe Diodorus) constanter omittunt post *σχεδὸν* pron. indefinitum. Utut est, *κατήντων* h. l. certa videtur emendatio. Non minus evidenter corrigi potest initium fr. XXXVII (XXVI).

---

1) Quod vero deinde suspicabar l. n.: *τοῦ* (*Ποντικοῦ*) *ταρίχου*, eo loco non confirmatur, culpa tamen eclogarii vel librarii, uti docet Athenaeus VI c. 21, apud quem Polybii locus emendatius sic scriptus exstat: *τριακοσίων μὲν δραχμῶν κεράμιον ταρίχων Ποντικῶν ὠνησάμενοι κτέ.* Adde Lib. XXXVII fr. 4 (ap. Mai. p. 114).

Ὅτι ὁ αὐτὸς Αἰμίλιος οἷος ἐν τῷ ζῆν ὑπάρχειν τὴν τύχην ἐδοξάζετο τοιοῦτον ἀπέλιπε τὸν βίον μεταλλάττων. Non sermo est, ut sequentia docent, de *fortuna* sed de *probitate* Paulli Aemilii, itaque Diodoro reddendum: οἷος — τὴν ψυχὴν ἐδοξάζετο. Si dubitas, fidem faciet Polybii locus XXXII, 8 § 2: οἷος γὰρ ὁ τρόπος ζῶντος αὐτοῦ ἐδοξάζετο, τοιοῦτος εὑρέθη ὁ βίος μεταλλάξαντος, unde praeterea suspiceris: τοιοῦτον ἀπέφηνε τὸν βίον κτέ. Ibidem vs. 6 eluenda est macula, quam supra iam alio loco abstersimus in verbis: διὸ καὶ πολλοὺς ὑπερβεβηκέναι κατὰ τὴν ἀφιλαργυρίαν. Dubium enim non est scriptoris manum esse hanc: διὸ καὶ πολλοὺς ὑπερβεβληκέναι κατὰ τὴν ἀφιλαργυρίαν. Similiter saepius confunduntur διαβεβηκέναι et διαβεβληκέναι et alia horum verborum composita. Male vs. 12 scribitur: εἰ δ' ἄπιστόν τισι φαίνεται τὸ λεγόμενον, ἐκεῖνο λογίζεσθαι. Ub aut inserendum δεῖ aut rescribendum: λογιζέσθωσαν (qua forma Macedonica sequiores uti solent pro λογιζέσθων); quarum coniecturarum illam veriorem iudico propter Polybii (l. l.) verba: εἰ δ' ἀπίστῳ τὸ λεγόμενον δόξει ἐοικέναι τισίν, ἐκεῖνο δεῖ λαμβάνειν ἐν νῷ. Non melius ibid. vs. 29: καὶ γεγονὼς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν editur pro ἔτη, quod Diodoro reddas. Aliquanto gravius corrupta sunt haec verba (vs. 35): ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων πάντων πολὺ προέσχε σωφροσύνῃ καὶ καλοκαγαθίᾳ καὶ μεγαλοψυχίᾳ καὶ καθόλου πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς γένεσι. Diodori manum agnoveris corrigendo: πᾶσι τοῖς τῆς ἀρετῆς μέρεσι. Nam ita et alibi scribere solet et eum dixisse videbis de hoc ipso Aemilio Paullo in fr. XXXV: σχεδὸν ἐν πᾶσι τοῖς μέρεσι τῆς ἀρετῆς πρωτεύων τῶν πολιτῶν ἐτελεύτησεν, et fr. XXXVIII (XXVII) vs. 18: πρὸς δὲ τοῦτο τὸ μέρος τῆς ἀρετῆς εἶχε μὲν καὶ τὸ ἦθος κτέ.

In fr. XXXVIII (XXVII) locus exstat classicus de ingenio Romanorum parum liberali. Laudibus effertur Africani minoris singularis erga matrem Papiriam liberalitas. Τοῦτο δὲ (ita pergit D.) κατὰ πᾶσαν (μὲν insere) πόλιν κρίνοιτ' ἂν καλὸν καὶ θαυμαστόν, μάλιστα δὲ παρὰ Ῥωμαίοις, παρ' οἷς οὐδεὶς

οὐδενὶ δίδωσι τῶν ὑπαρχόντων εὐχερῶς ἑκὼν οὐδέν. Ad verbum haec descripsit e Polyb. XXXII : 12 § 9, ubi tamen *εὐχερῶς*, quod additamenti speciem habet, rectius omittitur.

In eiusdem excerpti initio pessime habita sunt verba: *ἐπ' οὐδ' ὅλοις πέντε ἔτεσι περιεποιήσατο πάνδημον καὶ συγχωρουμένην τὴν ἐπ' εὐταξίᾳ σωφροσύνην;* quae sana erunt, ubi rescripseris: *ἐν οὐδ' ὅλοις — τὴν ἐπ' εὐταξίᾳ καὶ σωφροσύνῃ δόξαν*, collato fr. XXXVII et Polyb. XXXII, 11 § 8. Polybio contra gratiam referre possis corrigendo e loco nostro *περιεποίησατο* pro *ἐποίησατο — δόξαν*, quae oratio Graeca non est.

Ibid. vs. 33 (p. 103): *τοῦ δὲ κατὰ τὴν ἀνδρείαν μέρους, ὅπερ ἐστίν.* Iam Reiskius e Polyb. l. l. post *μέρους* recte supplevit *λοιποῦ ὄντος*; sed simul ibidem supplendum: *ἀναγκαιότατον παρὰ πᾶσι μὲν, μάλιστα δὲ* (*παρὰ*) *Ῥωμαίοις.*

Fr. XII (XXX): *ὅτι τοῦ Δημητρίου πρέσβεις ἀποστείλαντος εἰς* (l. *πρὸς*) *Ῥωμαίους, ἀπόκρισιν ἔδωκαν* (vulgo *ἔδωκεν*) *αὐτῷ σκαιὰν καὶ δυσάρεστον, ὅτι τεύξεται τῶν φιλανθρώπων, ἐὰν τὸ ἱκανὸν ποιῇ τῇ συγκλήτῳ κατὰ τὴν τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν.* Quid *inepti* habeat illud responsum, me quidem latet; multo rectius diceretur *durum et immite*, quocirca videas, an dederit scriptor Siculus: *ἀπόκρισιν ἔδωκαν αὐτῷ σκληρὰν καὶ δυσάρεστον.* Ad rem conferas fr. XL, Zonaram IX : 25 et Polyb. XXXI : 19. Praeterea malim: *ἐὰν τὸ ἱκανὸν ποιήσῃ τῇ συγκλήτῳ.*

Fr. XLIII (XXXII): *πεντήκοντα μὲν ταλάντοις ἐστεφάνωσε Τιμόθεον, ἑβδομήκοντα δὲ [ταλάντοις] Δημήτριον τὸν βασιλέα καὶ χωρὶς τούτων ἑξακόσια τάλαντα, προσεπαγγειλάμενος καὶ τὰ λοιπὰ τετρακόσια δώσειν ἐν ἑτέρῳ καιρῷ.* Arena, aiunt, sine calce; nam Acc. *ἑξακόσια τάλαντα* non habet unde pendeat, neque quid sibi velint vocabula *τὰ λοιπὰ* perspicitur. Satis habeo haec vitia indicasse, quae eiusmodi sunt, ut certa emendatione tolli non posse videantur. Ut saepius alibi, hic Diodori orationem inepte contractam esse suspicor in brevius ab epitomatore. Librariis contra tribuerim sollemne vitium in extremo

excerpto, ubi legitur: *τετρακόσια τάλαντα παρέθετο* pro *παρακατέθετο*. Vera lectio feliciter intacta mansit in fr. 17 libr. XXXII. Cum loco nostro componas Polyb. XXXIII : 12.

Fr. XLVI (XXXV): Forma Νικηφόριον mutetur in Νικηφόρειον.

Fr. XLVIII: *καθόλου δ' εἰς τοὺς ἀγῶνας ἐλθὼν ὥσπερ τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων ἀλλοῖος ἐφάνη καὶ τὸν πόλεμον τοῖς ἰδίοις ἐλαττώμασιν ηὔξησεν.* Verba sensu vacua, donec rescripseris: — *ὥσπερ εἰς πῦρ τὰ κίβδηλα κτέ.* Fidem faciet Polybii locus XXXIII fr. IX § 3, unde sua hausit Diod.

Fr. XLIX (XXXVIII) supple: *κυνίδια μικρὰ (μὲν) ἐνεργὰ δὲ ταῖς ἀλκαῖς*, et eadem opera in fr. LI: *ὅτι τοὺς (μὲν) Ἑλληνικοὺς πολέμους εἷς καιρὸς κρίνει, τοὺς δὲ Κελτιβηρικοὺς κτέ.* Cf. Polyb. locum ap. Suid. in *πύρινος πόλεμος*, qui similiter corrigendus. Sed redeamus ad fr. XLIX, cuius ultima periodus foede corrupta sic scribitur: *καὶ οἱ Ῥόδιοι διαβεβοημένην ἔχοντες τὴν ἐν τοῖς ναυτικοῖς ἀγῶσιν ὑπεροχὴν ὑπὸ μυδίων καὶ εὐαγωδίων παντελῶς μικρῶν παραδόξως συγκυκλούμενοι κτέ.* Pro *εὐαγωδίων*, de ipsius nescio an aliena coniectura, Mullerus recepit *ἀκατίων*, quod quomodo in illud abire potuerit frustra quaeras. Μυδίων interpretantur, quasi scriptum exstaret *μυοπαρώνων*, sed quo iure ipsi viderint. Μύδιον vocabulum est prorsus nihili, neque valde probabile est olim fuisse navium genus, quod a *muribus* nomen duxerit. Non quidem ignoro locum Pollucis I : 83: *ἔστι δέ τινα πλοῖα Λύκια λεγόμενα κριοὶ καὶ τράγοι*, sed ea navigia probabiliter dicta sunt ab illorum animalium *προτομαῖς* in prora exsculptis; quae res de parva bestiola cogitari nequit. Praeterea formam deminutivam vocabuli *μῦς* non esse *μύδιον* sed *μυΐδιον* (ut a *βοῦς* fit *βοΐδιον*, ab *ὗς ὑΐδιον*), vix est quod moneamus. Si quis *μυϊδίων* l. n. verum esse iudicat, poterit eodem iure pro *εὐαγωδίων* suspicari *λαγῳδίων*, ut aliud rursus sit navium genus. Verum praeter litterarum fortuitam similitudinem omni auctoritate huiusmodi coniecturae egent, et equidem mihi non liquere confiteri malo.

Palimpsestus, qui h. l. praeter spem suo nos auxilio destituit, duas meliores lectiones offert in fr. L (XXXIX). Nempe vs. 36 recte habet: ἐξαπέστειλε τοὺς κωλύσοντας pro ἐ. τ. κωλύοντας et mox σὺν ἄλλοις πλείοσι pro ἐπὶ πολλοῖς πλείοσι, ut edidit M.; nam quod hodie textum occupat ἐπ' ἄλλοις πλείοσι de coniectura repositum est. Ib. vs. 4 requiro: οὐδὲν δὴ (pro δὲ) παρὰ τὰς συνθήκας κτέ.

ADN. AD LIBR. XXXII.

Fr. I: πρεσβευσάντων δ' αὐτῶν ἀπόκρισιν ἔδωκαν εἰδέναι ὃ δεῖ γενέσθαι. Sensus est: *quum legati misissent*, itaque Graecitas postulat πρεσβευσαμένων κτέ. Fortasse eclogarii error est, nam idem recurrit in Polybii excerptis lib. XX, 2 § 1. Praeterea l. n. melius scriberetur: ὅτι δεῖ γενέσθαι.

Fr. III: οἱ τῶν Καρχηδονίων πρέσβεις ὑπεσιώπησαν. Optime cod. Vat. ἀπεσιώπησαν i. e. *obmutuerunt*. Verbum ὑποσιωπᾶν significare videtur *silentio praeterire*, *reticere aliquid* apud Aeschinem in Ctesiphontea § 239: τὰ δ' ἑβδομήκοντα τάλαντα ὑποσιωπᾷς, ἃ — ἀπεστέρησας. Quo loco variant codd. inter ὑπο - et ἀποσιωπᾷς.

Duabus litteris additis salva erit sententia in fr. IV vs. 29: ὁμοίως δὲ τούτῳ καὶ ὁ υἱὸς Ἀλέξανδρος Θήβας μὲν ἁρπάσας τῇ ταύτης τῆς πόλεως ἀπωλείᾳ κτέ. Difficile fuisset vel Magno Alexandro *rapere* urbem, potuit eam *diripere* (διαρπάζειν), sed constat eum peius fecisse et *funditus evertisse* Cadmi urbem. Quare vera lectio est ἀναρπάσας κτέ. Sic noster XVII : 18 de diruta Carthagine: ὅταν πόλις ἐπισημοτάτη — ἀνηλεῶς ἀναρπασθῇ. Idem valere videtur formula ἆραι πόλιν lib. XI : 65. Cf. XXXVIII fr. 6: τὴν Μαριανὴν συγγένειαν ἐκ βάθρων ἦρε.

Miserius depravata sunt, quae paullo ante l. n. narrantur de Philippo: ὁ δὲ διὰ πολλῶν ἀγώνων καὶ κινδύνων μὴ δυνάμενος τυχεῖν τῆς ἀρχῆς διὰ μιᾶς φιλανθρωπίας ἔλαβε παρὰ τῶν πολεμίων ἐθελοντὴν τὴν τῆς Ἑλλάδος ἡγεμονίαν· καὶ τὴν τελευταίαν τῆς βασιλείας παραμονὴν τῷ φόβῳ κατέσχε κατασκάψας πόλιν

μυρίανδρον τὴν Ὄλυνθον. Optime Graecum esse adverbium *ἐθελοντὴν* multum abest ut negem; sed h. l. ferri nequit, quia necessario referendum foret ad Philippum, quem *voluntarium* accepisse hegemoniam, quam semper appetiisset, non eramus, opinor, ab auctore docendi. Sed *ἔλαβε παρὰ τῶν πολεμίων ἐθελόντων τὴν — ἡγεμονίαν.* Terminationem Genitivi *ων* indicari supra vocabulum curva lineola, circumflexo non multum dissimili, norunt omnes ii, qui triverunt libros manuscriptos; neque hos igitur mendi originem latere puto. Omnino vero intelligi nequeunt sequentia: *καὶ τὴν — παραμονήν.* De eadem re vide Diod. XVI c. 53 sic scribentem: *τοῦτο δὲ πράξας — τὰς ἄλλας πόλεις τὰς ἐναντιουμένας κατεπλήξατο*, unde suspicor l. n. rescribendum esse: *καὶ τὴν τελευταίαν κατὰ τῆς βασιλείας παραμονὴν κτέ.*

Iam Valesium rectissime monuisse video corrupta esse p. 110 vs. 3 verba. *οἱ μὲν γὰρ κρατηθέντες προσεδόκων τῆς ἐσχάτης ἔχεσθαι τιμωρίας*, et reponendum esse *τεύξεσθαι τιμωρίας.* Plane gemellus est locus XIX : 86: *γενόμενος ὑποχείριος προσεδόκα μὲν τιμωρίας τεύξεσθαι κτέ.*

Fr. VI vs. 24 supple cum Reiskio: *ἔδωκεν ἀπόκρισιν (ὅτι) ἐπεὶ καλῶς βουλεύονται κτέ.*

Fr. X vs. 5: *πολλοὺς ἀνεῖλεν ἐπιρρίψας αἰτίας διαβολῆς ψευδοῦς.* Ferri fortasse possit: *αἰτίας ἐκ διαβολῆς ψευδοῦς*, inserta praepositione. Nec tamen ita Diodorus scribere solet, sed aut: *αἰτίας ψευδεῖς* — aut: *διαβολὰς ψευδεῖς ἐπιρριπτεῖν.* Unde mihi nata est suspicio, alterutrum horum substantivorum olim pro varia lectione in margine adscriptum, irrepsisse in textum, et deinde locum, ut species saltem sensus inesset, temere a librariis refictum esse.

Fr. XI (X) vs. 32: *ἐγέννησεν υἱὸν μὲν ὁμώνυμον ἑαυτῷ, θυγατέρα δὲ [τὴν] προσαγορευθεῖσαν Ἡραΐδα.* Expunxi articulum. Ib. p. 113 vs. 3 scripserim: *ἐπὶ πλέον δ' οἰδήσαντος τοῦ τόπου, ἔπειτα [τῶν] πυρετῶν μεγάλων συνεπιγενομένων καταδοξάσαι κτέ.*, ubi editur *συνεπιγινομένων*; deinde: *χρωμένων δ' αὐτῶν θεραπείαις αἷς ὑπελάμβανον καταστελεῖν* (vulgo *καταστέλλειν*)

τὰς φλεγμονάς, ἑβδομαίας [δ'] οὔσης ῥῆξιν ἐπιγενέσθαι. Putidum tollatur emblema vs. 32: πέρας — τὴν ἀλήθειαν διασαφῆσαι, [τὸ τῆς φύσεως ἄρρεν] καὶ θυμῷ τετολμηκότι κτέ. Ib. p. 114 vs. 2 legitur: γνῶναι ὅτι κατεκέκρυπτο φύσις ἄρρενος ἐν ᾠοειδεῖ τόπῳ φύσεως θηλείας. Malim φύσις ἄρρην κτέ. cl. p. 115 vs. 10. In ead. pag. vs. 30 lege: ὑπισχνεῖτο θεραπεύσειν pro θεραπεύειν et vs. 35: συνέτρησεν εἰς τὸν οὐρητῆρα καὶ (ἐγ-)καθεὶς ἀργυροῦν καυλίσκον κτέ. et cum Reiskio in ipso pag. fine: τὸν δὲ σεσυριγγωμένον τόπον ἑλκώσας συνέφυσε pro ἐνέφυσε. Qui locus compositus cum vs. 4 huius pag.: διόπερ τὸν προσεσυριγγωμένον τόπον ἑλκώσαντας κτέ. docet, quomodo explenda sit lacuna, quae conspicitur (vs. 23) in vocabulis: παρὰ δὲ τὸν καλούμενον * * συριγγωθέντος ἐκ γενετῆς τὰς περιττώσεις τῶν ὑγρῶν ἐξέκρινεν. Iam recte viri docti inseruere κτένα post καλούμενον, quod tamen non sufficit; nam ita συριγγωθέντος non habet, quo referatur. Supplendum: παρὰ δὲ τὸν καλούμενον (κτένα διὰ τόπου) συριγγωθέντος ἐκ γενετῆς τὰς περιττώσεις τῶν ὑγρῶν ἐξέκρινεν, quibus nihil est planius.

Pessimae notae forma est in fr. XII (XIV) κατηριπώθη, nec melioris, quam Reiskius maluit, κατηρειπιώθη. Graecum est κατηρείφθη.

Interpolatori sua reddamus p. 115 vs. 4: μετωνομάσθη Κάλλων· [ἑνὸς στοιχείου ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ ν προστεθέντος] λέγεται δ' κτέ. Ib. vs. 18 supple: πλησίον τῆς Ῥώμης οἰκοῦντά φασί (τινα) Ἰταλικὸν κτέ.; vs. 21 malim: ζῶντα (κατα)καῦσαι, ut recte sequitur: ζῶντα κατακαῆναι.

Fr. XIV (XV): ὅτι Κάτων Μάρκος Πόρκιος, ἀποδοχῆς δὲ τυγχάνων κτέ. Nisi forte aliquid excidit, delenda est particula δέ.

Fr. XVII init. Μασανάσσης. Mai.: Μασανάσης. Codex Μασσανάσσης; quae est genuina huius nominis forma. In eodem excerpto ferri nequeunt, ut hodie scribuntur, vocabula: ὅς γε στὰς ἐν τοῖς ἴχνεσιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἀκίνητος ἔμενε, quae sic scripta sensu sunt vacua. Vera lectio servata est apud Polybium XXXVII, 3 § 3: ἐγίνετο δὲ καὶ δυναμικώτατος τῶν καθ' αὑτὸν κατὰ τὴν σωματικὴν ἕξιν· ὅς (γε insere), ὅτε μὲν

στῆναι δέοι, στὰς ἐν τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι δι' ἡμέρας ἔμενε, καθεζόμενος δ' οὐκ ἠγείρετο; ubi videndum, num ἀκίνητος, quod additur a Diodoro, salva sententia abesse possit. In fr. XVIII lacunosa sunt ultima verba, quae sic suppleverim: εἰς πολλὰς γὰρ ἐπιβολὰς (δοὺς ἑαυτὸν) δυσεπιτεύκτους ἔσχε τὰς πράξεις. Scribae oculi a part. δοὺς ad syll. δυς aberrasse videntur.

Fr. XXII: ὅτι κατὰ τὴν πολιορκίαν Καρχηδονίων (lege Καρχηδόνος) Ἀσδρούβας διαπρεσβευσάμενος πρὸς Γολόσσην παρεκαλεῖτο ἐλθεῖν εἰς σύλλογον. Rectius cod. Vat. προεκαλεῖτο. Ib. vs. 36 legitur: ὁ δὲ (Hasdrubal) πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς ἐφόρει πορφύραν καὶ πολυτελῆ χλαμύδα καθάπερ ἐκβακχεύων τοῖς τῆς πατρίδος δυσκληρήμασι. Pro πορφύραν requiro πορφυρᾶν, quod referatur ad χλαμύδα, et ἐπιβακχεύων pro ἐκβακχεύων, quod cum Dat. iungi nequit. Scripserim igitur: πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς ἐφόρει πορφυρᾶν καὶ πολυτελῆ χλαμύδα καθαπερεὶ ἐπιβακχεύων τοῖς τῆς πατρίδος ἀκληρήμασιν.

Fr. XXIII init.: ὅτι κατὰ τὴν ἅλωσιν τῆς Καρχηδόνος ὁ στρατηγὸς τῆς μεγαλοψυχίας ἢ μᾶλλον μεγαλαυχίας ἐπιλαθόμενος καὶ τοὺς αὐτομόλους καταλιπὼν ἧκε πρὸς Σκιπίωνα μεθ' ἱκετηρίας. Intelligi nequeunt verba τοὺς αὐτομόλους καταλιπὼν, nisi lectis Appiani Punicorum Cap. CXXX et CXXXI, unde discimus significari τοὺς (Ῥωμαίων) αὐτομόλους, quod nom. prop. satis inepte eclogarius omisit. Sana non sunt quae sequuntur sic scripta: προσπεσὼν δὲ τοῖς γόνασι μετὰ δακρύων πᾶσαν δεητικὴν προέμενος εἰς συμπάθειαν ἤγαγε τὸν Σκιπίωνα. Corrige: πᾶσαν δεητικὴν φωνὴν (clare ita scriptum exstat in palimpsesto neglectum a M.) προϊέμενος κτέ., collato loco simillimo lib. XL fr. 1 vs. 24: καὶ πᾶσαν δεητικὴν προϊέμενοι φωνὴν ἐξεθεράπευον κτέ. Mox rectius vs. 10: τοσαύτην μεταβολὴν ἡ τύχη κτέ. a M. editum est quam id quod in palimpsesto equidem legere mihi videbar τοιαύτην.

In fr. XXIV accipe a codice: Πολυβίου (τοῦ) ἐπιστάτου; vs. 18: τὸ παραπλήσιον πάθος ὑπάρξει κατὰ Ῥώμην (pro Ῥώμης), et mox: καὶ τούτους (τοὺς) στίχους, quorum nihil est, quod non certa coniectura reperiri potuisset.

Ib. in fine suppleverim: *καὶ Πρίαμος καὶ λαὸς (ἐϋμμελίου Πριάμοιο)*, cf. Appianum in Punicis cap. 132, ubi describit Polybium.

Rursus subveniet cod. Vat. laboranti loco in fr. XXVI p. 119 vs. 8: *περὶ γὰρ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς δεινοῦ πάθους περὶ τοὺς Καρχηδονίους τελεσθέντος, οὐχ ἧττον ἀτύχημα, μᾶλλον δ', εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, τὸ ἀκλήρημα.* Scribas *συντελεσθέντος*, et expungas importunum articulum, qui Maii debetur negligentiae, neque amplius haerebis. Idem in praegressis vs. 35 quamvis sine detrimento sententiae male legit: *μεμνῆσθαι τῶν Ἑλλάδος δυστυχημάτων*, ubi manifesto scriptum est *Ἑλληνικῶν*. Gravius est quod vitium ultro intulit orationi vs. 37: *ἀλλ' ὁρῶ μέρος οὐκ ἐλάχιστον πρὸς διόρθωσιν τῶν ἁμαρτανόντων συμβαλλόμενον τοῖς ἀνθρώποις τὰ διὰ τῆς τῶν ἀποτελεσμάτων πείρας νουθετήματα.* Scribendum esse cum cod. *ἁμαρτανομένων* ecquis est, cui non facile persuadeam? Deinde vs. 20 Graecum non est quod editur: *καὶ χρεῶν ἀποδόσεις εἰσηγοῦντο.* Sed res salva est, nam in codice hodie non apparet nisi *ἀποκ....* quod tamen sufficit ad intelligendum scriptum fuisse id, quod locus requirit, *χρεῶν ἀποκοπὰς* i. e. *tabulas novas*. In ultima periodo haud dubie corrupta nullam differentiam e cod. enotavi. Editur: *οὕτω δὲ* (l. *δὴ*) *πολλάκις ἡ κακία τῆς ἀρετῆς προτερεῖ καὶ ἡ πρὸς* [*τὸν* expunge] *ὄλεθρον νεύουσα γνώμη τῆς πρὸς σωτηρίαν ἀπέχεσθαι παρακλήσεως.* Manifestum est Inf. *ἀπέχεσθαι* e subst. *παρακλήσεως* suspensum esse non posse. Immo sic scribendum est: — *τῆς πρὸς σωτηρίαν* (scil. *νευούσης*), *ἀπέχεσθαι παρακαλούσης*; quae interpretatione non egent.

Duobus mendis in fr. XXVII deformia sunt pauca verba haecce: *ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς ὕστερον χρόνους εἰς ἔδαφος κατερριμμένη πολὺν ἐποίει τοῖς ἀεὶ θεωροῦσιν αὐτὴν ἔλεον.* Quorum mendorum utrumque lenissima mutatione tolli potest rescribendo: — *εἰς ἔδαφος κατερηριμμένη πολὺν ἐνεποίει κτέ.* Sermo est de Carthagine excisa. Quae autem in fr. extr. leguntur: *διεληλυθότων χρόνων σχεδὸν ἑκατὸν* ab eclogario de industria ita scripta esse suspicor pro: *διεληλυθότων ἐτῶν κτέ.*,

uti rectissime habet fr. XXIX (XXVII § 3), ubi eadem melius scripta recurrunt. Satis enim constat apud Byzantinos, (quemadmodum hodie apud Graecos) subst. *χρόνος* pro *ἔτος* s. *ἐνιαυτὸς* usu invaluisse.

In fine fr. XXIX non male vs. 27 Mull. ex Dindorfii coniectura: *ἀποδοχῆς δίκαιός ἐστιν ἀξιοῦσθαι καὶ διὰ τῆς ἱστορίας ἄξιον κτέ.* rescripsisse videtur pro *ἀποδοχῆς ἄξιος κτέ.* Aut ita corrigendum aut delendum *ἀξιοῦσθαι*, sive dittographiae originem debeat, sive fuerit varia lectio olim adscripta ad *ἄξιός ἐστι.* Propter sequentia tamen praetulerim Dindorfii rationem.

ADN. AD LIB. XXXIII.

Fr. I vs. 3: *μεγάλα Ῥωμαίους ἔβλαψαν*, lege *μέγα κτέ.* Ib. vs. 6 alii videant, quomodo castiganda sint vocabula: *καὶ γὰρ ῥώμῃ καὶ τάχει καὶ τῇ τῶν λοιπῶν μερῶν εὐκινησίᾳ πολὺ διήνεγκε τῶν Ἰβήρων.* Non haererem, si scriberetur: *καὶ γὰρ ῥώμῃ καὶ τάχει καὶ τῇ τῶν μελῶν εὐκινησίᾳ πολὺ διήνεγκε τῶν λοιπῶν Ἰβήρων.*

Fr. V (IV) extr.: *ἐφεδρευόντων ἀλλήλοις τῶν δυναστῶν τῶν ἀφ' ἑκάστης οἰκίας.* Rescribendum esse *ἀφ' ἑκατέρας οἰκίας* patet e praegressis. Praeterea aliquis praetulerit *ἐνεδρευόντων.* Graviora vitia corrigenda sunt in fr. VI (V), ubi legitur vs. 15: *οἱ δὲ Μαραθηνοὶ — ἔγνωσαν τοὺς μὲν παρὰ τοῦ βασιλέως στρατιώτας εἰς τὴν πόλιν μὴ προσδέχεσθαι, τῶν δὲ Ἀραδίων αὐτοὺς ἱκέτας γενέσθαι.* Soloecismum tollas expuncto pronomine reponendo: *τῶν δ' Ἀραδίων ἱκέται γενέσθαι.* Deinde scribendum: *τοὺς ἐπιφανεστάτους παρ' ἑαυτοῖς δέκα πρεσβευτὰς ἐξέπεμψαν* pro *παρὰ τούτοις κτέ.*, quod plane absurdum est. Vs. 24 perfrequenti errore scribitur: *εἰς ἱκεσίαν καὶ δέησιν ἐτράποντο τῶν ὄχλων*, ubi necessaria est praep. *πρός.* Mox vs. 26 expuncto interpretamento legendum est: *ἐπεβάλλοντο [τοῖς λίθοις] καταλεύειν.* Praeterea malim *ἐπεβάλοντο.*

Fr. VII (V § 4) p. 124: Idem aut alius interpolator sua immiscuit verbis: *ἔπεμψαν — ἐπιστολὴν — ἐν ᾗ ἐδήλουν ἐπαγ-*

γελλόμενοι τοὺς Ἀρκδίους πέμψειν (male vulgatur πέμψαι) στρατιώτας τοὺς βοηθήσοντας, ὅπως πιστευσάντων τῶν Μαραθηνῶν, [ὡς πρὸς ἀλήθειαν ἔχειν συμμάχους ἀποστελλομένους] προσδεχθῶσιν οἱ παρ' αὐτῶν στρατιῶται. Sequuntur ibidem haec: οὐ μὴν ἠδυνήθησάν γε τὴν ἄνομον ἐπιβολὴν εἰς πέρας ἀγαγεῖν. Aliquanto melius scriberetur: τὴν ἀνόσιον ἐπιβολὴν i. e. *impium* consilium; nam *illegitimum* consilium, ubi agitur de tam nefario scelere, nimis languide dictum mihi quidem videtur. Eodem adiectivo utitur prope excerpti initium: οἱ δ' ἀνόσιον φόνον ἐπιτελεσάμενοι. Optime etiam, ni fallor, Naberus in *Mnemosynes* vol. IV p. 13 Herodoto (lib. I : 162) reddidit: Ἅρπαγος — τὸν — Ἀστυάγης ἀνοσίῳ τραπέζῃ ἔδαισε pro vulgata lectione ἀνόμῳ τραπέζῃ κτέ. Erunt tamen fortasse, qui loco nostro scribere malint: τὴν παράνομον ἐπιβολὴν κτέ., i. e. *scelestum* consilium, quod adiectivum est apud Diodorum usu frequentissimum. Eodem modo correxerim fr. V (IV) verba: ἀπέσκηψεν εἰς ὠμότητα τυραννικὴν καὶ ποικίλων παρανομημάτων ὑπερβολὰς pro ἀνομημάτων. Recte ibidem vs. 35 et 37 scribitur παρανομία, et in fr. VII : 36: καὶ τοῖς ἑαυτῶν παρανομήμασι συνεπιχειρονομοῦντες. Ob eandem causam suspectam habeo scripturam fr. VIII: ἐξ ἀνομημάτων ἤρξατο μεγάλων διοικεῖν τὰ κατὰ τὴν βασιλείαν, ubi recte deinde sequitur ὠμῶς καὶ παρανόμως. In sqq. videndum an inserto pronomine indefinito reponendum sit: ἀνδρός (τινος) εὐσεβοῦς καὶ δικαίου κατελεήσαντος. Contra pronomen οὗτος inepte abundare videtur in fr. VIII: ἄλλους δὲ ποικίλαις προφάσεσι συκοφαντῶν ὡς ἀδικοῦντας ἐφυγάδευε καὶ τὰς [τούτων] οὐσίας ἀφῃρεῖτο.

In fr. IX (VII § 3) monente Valesio nonnulla desiderantur, sed in eo falli videtur vir summus, quod lacunam statuit inter ἀπέλιπεν et ἀχαριστίας, (id enim fere efficias e ratione, qua Valesii observationem communicat Wesselingius). Ni fallor, locus constituendus est in hunc modum: καὶ πολλὰ εἰπὼν πραγματικῶς ἀποκρίσει μιᾷ * * * * πολλὰς ἐμφάσεις ἀπέλιπεν ἀχαριστίας κτέ., quod recte W. perspexisse videtur, si consulas eius versionem Latinam, quamquam ex adnotatione contrarium

apparet. Post pauca ibidem legitur: ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ περιβόητος τοῦ συγκηδεστοῦ πλοῦτος δοῦλος ἦν τοῦ τὴν λόγχην ἔχοντος. Corrige: τοῦ κηδεστοῦ κτέ., nam intelligitur Viriathi *socer* Astolpa (cf. fr. X), qui recte dici poterat *patris* Viriathi συγκηδεστής, non *ipsius* Viriathi. Praep. συν e praeced. art. τοῦ nata esse videtur. Quae paucis interiectis leguntur manca sunt, sic ni fallor supplenda: τραπέζης δὲ παρατεθείσης (μεστῆς) παντοδαπῶν βρωμάτων. Tandem lege prope finem· ἦν δὲ ὁ ἀνὴρ οὗτος [καὶ] κατὰ τὰς ὁμιλίας εὔστοχος pro absurda vulgata lectione κατὰ τὰς ὁμολογίας, quae est εὔστοχος Wesselingii coniectura, quam non evertit me iudice fr. X (VII § 4), ubi aeque corrupte legitur: ἦν δ' οὗτος κατὰ τὰς ὁμολογίας εὔστοχος, nisi quod recte copula ante κατὰ abesse videtur. Qui locus nihil aliud probat, quam hoc mendum esse epitomatore vetustius. Utrobique igitur W. emendationem recipiendam esse arbitror. In fr. X post verba, quae modo attuli, e fr. IX supplendum esse iudico: ὡς ἂν ἐξ αὐτοδιδάκτου καὶ ἀδιαστρόφου φύσεως (ἀμωμήτους) φέρων τοὺς λόγους. Ib. vs. 28 lege: ἔφη γάρ τινα μέσον ἤδη τὴν ἡλικίαν ὄντα γῆμαι δύο γυναῖκας pro γαμῆσαι; et vs. 33: τῶν μὲν γὰρ Ῥωμαίων ἀποκτεινόντων τοὺς ἀλλοτρίως πρὸς αὐτοὺς ἔχοντας, nam nimis absurde vulgatur ἀποκτεινάντων, quamvis recte sequitur: τῶν δὲ Λυσιτανῶν ἀναιρούντων τοὺς αὐτῶν ἐχθρούς.

Oblitteratam esse suspicor formam Doricam adiect. πρῶτος in proverbio, quod teste Diodoro (fr. XIV s. XI) ipsius adhuc aetate in ore erat Cretensibus. Hodie sine sensu vulgatur:

Αἰαῖ Περγάμιοι παρά τοι κακὸν ἡγήσαντο.

Nihil adiuvat palimpsestus, quem recte h. l. legit M. At vel sic, duce sententia, olim scriptum fuisse coniicio:

Αἰαῖ Περγάμιοι πρᾶτοι κακοῦ ἁγήσαντο.

i. e. *Eheu Pergamii primi auctores fuere malorum*, sive, ut Homerico vocabulo utar, ἀρχέκακοι. Nempe propter auxilium, quod in bello Troiano Menelao tulerint Cretenses, insulae divinitus pestilentiam inmissam esse docemur ab Herodoto VII : 171 sic scribente: τρίτῃ δὲ γενεῇ μετὰ Μίνων τελευτή-

σαντα γενέσθαι τὰ Τρωϊκὰ, ἐν τοῖσι οὐ φαυλοτάτους φαίνεσθαι ἐόντας Κρῆτας τιμωροὺς Μενέλεῳ. Ἀντὶ τούτων δέ σφι ἀπονοστήσασι ἐκ Τροίης λιμόν τε καὶ λοιμὸν γενέσθαι καὶ αὐτοῖσι καὶ τοῖσι προβάτοισι, ἔστε τὸ δεύτερον ἐρημωθείσης Κρήτης μετὰ τῶν ὑπολοίπων τρίτους αὐτὴν νῦν νέμεσθαι Κρῆτας. Tantorum vero malorum primi auctores fuere Troiani. Ceterum quomodo haec cohaereant cum iis, quae loco nostro praecedunt, non satis perspicio, nisi forte quae hic memoratur Agamemnonis ἀρὰ sic a Diis expleta est, ut pestilentia et fame omnes Cretenses funditus exstirpaverint? Vix enim dubito, quin proverbium δι' ἑνὸς στίχου μηνύουσα τὴν νῦν γενομένην περιπέτειαν spectet ad illam pestilentiam, de qua in praecedentibus, quae perierunt, D. locutum fuisse suspicor. Nam inepte, ut saepius alibi, hunc quoque locum in brevius contraxisse videtur eclogarius. Ceterum corrigendum videtur: κατὰ τῶν ἀπολειφθέντων ἐν Κρήτῃ στρατιωτῶν pro εἰς Κρήτην.

Plura quoque menda obsident fr. XVII (XIV). Leve est quod vs. 8 scribitur neglecta crasi: καλοὺς καὶ ἀγαθούς. Multo gravius laborant quae leguntur vs. 20: ἀνδρῶν δὲ καὶ γυναικῶν ἑκατέρων διήλλαττεν ἀμφοτέρων τὰ μέλη, quae alius fortasse emendabit, nam ipse mihi non satisfacio. Difficultatem enim, qua haec verba laborant, facile quidem removeas expellendo et ἑκατέρων et ἀμφοτέρων, sed unde utrumque in textum irrepserit, dictu est difficilius. Quare potius post ἑκατέρων aliquot verba intercidisse statuerim.

In iis quae praecedunt vs. 15 emblema expungas e verbis: κυριεύσας δὲ ὁ αὐτὸς [πόλεως] Λυσιμαχείας. In sequentibus contra vs. 23: ἔστι δ' ὅτε καὶ τὰς διακοπὰς ἐπ' ἄκραις ταῖς λόγχαις φέρειν, excidit verbum *iubendi* ante φέρειν, fortasse προσέταξε; vs. 26 deest particula ἂν plane necessaria verbis: ἐξ ἑνὸς τοῦ μέλλοντος λέγεσθαι τεκμήραιτο τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὠμότητος. Lege ἐξ ἑνὸς ἂν κτέ. Vs. 30 vitii suspectum habeo participium in verbis: τὸν μὲν Ἴουλον κατάγοντα κτέ, sed quid reponendum sit, non reperio. Deinde melius legitur vs. 32: κατατείνας μακρὸν quam mox vs. 37: τεῖναι μακρόν.

Non uno nomine vitiosa est bona pars fr. XX vs. 5 sqq.: ὑπελάμβανε γὰρ τοὺς Ῥωμαίους ἅμα μὲν διὰ τὸ λυσιτελὲς ἅμα δὲ διὰ τὸ εὐοιωνιστὸν εἶναι προσδέξασθαι τὴν νίκην καὶ προσαγορευθῆναι βασιλέα· εὗρε δὲ τὴν σύγκλητον πάνυ πανουργότερον ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἀπάτῃ παρακρουομένους συνέσει καταμαρτυροῦσαν. Rescribendum videtur: ὑπελάμβανε γὰρ τοὺς Ῥωμαίους — προσδέξεσθαι τὴν νίκην καὶ προσαγορεύσειν αὐτὸν βασιλέα· εὗρε δὲ τὴν σύγκλητον [πάνυ] πανουργοτέραν ἑαυτοῦ καὶ τοὺς ἀπάτῃ παρακρουομένους συνέσει καταστρατηγοῦσαν. Adverbium πάνυ dittographia natum esse videtur e vocabulo sequenti; sin minus, suspicari possis πολύ. In fine, ut reliqua, de mea coniectura dedi καταστρατηγοῦσαν. Reiskius coniecerat καταπροτεροῦσαν vel καθυπερτεροῦσαν, sed utrumque horum verborum suapte natura requirit Genitivum, neque igitur loco nostro a Diodoro scriptum esse satis liquet. Posterius verbum, quod in astronomia locum habet, vix umquam credo adhibitum esse quo sensu Graece dicitur καθυπέρτερον εἶναι s. γίγνεσθαι. Reliqua quae mutavi sunt eiusmodi, ut cur fecerim ultro appareat. Sequuntur haec: τὸ μὲν γὰρ δῶρον ἐδέξατο καὶ τὴν εὐφημίαν μετὰ τοῦ λυσιτελοῦς ἐτήρησεν, ἀντὶ δὲ Τρύφωνος μεταχρηματίσασα τὴν δόσιν εἰς τὸν ὑπ' αὐτοῦ δολοφονηθέντα βασιλέα τὴν ἐπιγραφὴν ἐποιήσατο. Verbum μεταχρηματίζειν nusquam alibi praeter h. l. invenitur, sed, quod multo peius est, nullo modo potest id significare, quod hic requiritur: *alio nomine aliquid appellare*, sed debet significare: *alio nomine appellari*; si quidem verbum simplex χρηματίζειν apud seriores inde a Polybio notam ob causam in usu esse coepit pro *appellari*, sed numquam sensu transitivo usurpatum est. Itaque Graecum est v. c. χρηματίζω βασιλεύς, sed absurdum est scribere χρηματίζω τινὰ βασιλέα; unde sequitur non minus barbare loco nostro scribi μεταχρηματίσασα τὴν δόσιν. Quod tamen reponam non habeo. Cogitavi quidem de: μετασχηματίσασα τὴν δόσιν, sed vereor, ut vel hoc satis aptum sit.

Manu contra ad veram lectionem reperiendam lectorem ipsa sententia ducit in principio fr. XXI, ubi haec dicuntur de Pto-

lemaeo: τάς τε ἑστιάσεις πολυτελεῖς ἐποιεῖτο καὶ τὰ βασίλεια περιάγων ἐπεδείκνυτο καὶ τὴν ἄλλην τὴν βασιλικὴν γάζαν. Quicumque recte cogitare didicit, mecum necesse est corrigat: τάς τε ἑστιάσεις — καὶ (κατὰ) τὰ βασίλεια περιάγων ἐπεδείκνυτο καὶ τἄλλα καὶ τὴν βασιλικὴν γάζαν. In vicinia obiter pro ὑγείαν corrige ὑγίειαν. Mox operae pretium est videre, quomodo interpretamentum non suo loco in textum irrepserit, et simul vocabulum, quod antea eum locum tenebat, ad sensum omnino necessarium expulerit. Id, quod dico, locum habuit in ipso fine huius excerpti, ubi legimus: καὶ πάντες ταῖς αἱρέσεσιν οἰκείως διατεθέντες ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥώμην καὶ τοὺς περὶ Σκιπίωνα πρέσβεις ἐπήνεσαν ὅτι τοιούτους ἄνδρας ἐξέπεμψαν. Non miserunt, opinor, legatos qui laudarent Scipionem et reliquos legatos, quod Scipionem et ceteros misissent, sed qui laudarent senatum, quod tales misisset viros. Vix dubium esse arbitror verba: τοὺς περὶ Σκιπίωνα πρέσβεις olim interpretandi gratia ad vocabula τοιούτους ἄνδρας adscripta, mox alieno loco in textum se insinuasse expulsis iis quae eum locum tenerent. Qua causa motus suspicor: καὶ τὴν σύγκλητον (vel τοὺς Ῥωμαίους) ἐπήνεσαν, ὅτι τοιούτους ἄνδρας ἐξέπεμψαν. Emblema non minus turpe sententiam onerare videtur in praecedentibus: καθόλου δὲ καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῆς οἰκουμένης ἐπῆλθον καὶ παρὰ πᾶσι σώφρονα καὶ θαυμαστὴν ποιησάμενοι τὴν ἐπιδημίαν μεγάλης ἀποδοχῆς ἔτυχον καὶ [τὰ πλεῖστα μέρη τῆς οἰκουμένης ἐπεληλυθότες] μετ' εὐφημίας ὑπὸ πάντων συμφωνουμένης ἐπανῆλθον.

Graeca locutio προδιδόναι πόλιν prorsus idem significat quod Latina: *prodere urbem*; contra *dedere urbem* Graece dicitur παραδιδόναι πόλιν. Quae res si vera est, ut veram esse puto, necessario inde sequitur corruptum esse verbum προδιδόναι in iis, quae in fr. XXII (XIX) accipimus de Numantinis: μετὰ δ' ἡμέρας ὀλίγας καταπλαγέντες καὶ τὴν πόλιν προδιδόντες τοῖς σώμασιν ᾔτουν ἀσφάλειαν. Immo vero παραδιδόντες! Eadem opera corrigas Polyb. XXXVI : 1 § 1: τῶν Ἰτυκαίων — τοῖς Ῥωμαίοις τὴν ἑαυτῶν προδιδόντων πόλιν, legendo: παραδιδόντων,

nam ibi non magis quam l. n. de *proditione* cogitari potest. In vicinia vs. 15 contrario errore ei quem supra notavimus legitur: σωτῆρας ἀπεκάλουν, ubi necessarium est: σωτῆρας ἐπεκάλουν.

Videant alii, quomodo salus reddi possit primis verbis fr. XXIV (XXI): ὅτι ὁ ὕπατος Ποπίλιος, Οὐιριάτθου περὶ διαλέξεως ἀξιοῦντος, ἔκρινε προστάττειν, nam ipse quod satis leni mutatione reponatur non invenio.

Verbum excidisse apparet ex fr. XXVI (XXIII) in ipso limine, ubi legimus: ὅτι Πτολεμαῖος διὰ τὴν ὠμότητα καὶ μιαιφονίαν καὶ διὰ τὰς ἀνέδην τῶν αἰσχίστων ἡδονῶν ἀπολαύσεις καὶ τὸ τοῦ σώματος ἀγεννὲς πάθος, διὸ Φύσκων ἐκαλεῖτο. Fueritne tamen ἐμισεῖτο, an κατεφρονεῖτο aliudve (nam plura sententia admiserit), dictu est difficillimum. Pro ultimo eorum, quae adscripsi, vocabulo exspectaveris ἐπεκαλεῖτο.

In principio fr. XXVIII: ὅτι ἡ πόλις ἡ καλουμένη Κόντουβρις ἀπέστειλε πρεσβευτὰς πρὸς Ῥωμαίους, nomen oppidi male lectum est a Maio, nam cod. habet Κόντοβρις; sed neque hoc neque illud nomen mihi innotuit. Latere suspicor Κοντρεβία, quam Celtiberorum civitatem fuisse constat non ignobilem. Certe aut horum aut Lusitanorum oppidum intelligendum esse liquet e verbis: ὁ δ' ὕπατος τούτοις ἀπεκρίθη διότι Λυσιτανοὶ μὲν καὶ Κελτίβηρες ἐπιτηδεύουσιν ἀπειλεῖν κτέ. Ib. pro: εἰς τούσδε τόπους recte cod. εἰς τούσδε τοὺς τόπους.

In fragm. antepenultimo huius libri culpa editorum accidit, ut duo excerpta, quae ad eandem quidem rem spectare videri possint, nec tamen satis cohaereant, coaluerint in unum. Alterum excerptum hoc est: ὁ δ' Ἰούνιος παρακαλέσας τοὺς στρατιώτας, εἰ καί ποτε, νῦν ἀνδραγαθῆσαι καὶ τῶν προγεγονότων κατορθωμάτων ἀξίους φανῆναι. Alterum hoc: ὅμως οὐκ ἔκαμνον ταῖς ψυχαῖς, κατισχύοντος τοῦ λογισμοῦ τὴν τῶν σωμάτων ἀσθένειαν.

Editur in fragm. ultimo: ὅτι ὁ Αἰμίλιος — διὰ τὴν βαρύτητα καὶ δυσκινησίαν τοῦ σώματος τῇ διὰ τὸν ὄγκον ὑπεροχῇ καὶ τῷ πλήθει τῶν περικεχυμένων σαρκῶν ἄχρηστος ἦν ἐν ταῖς κατὰ πόλεμον ἐνεργείαις. Priusquam locum ad finem perlegeris,

coniicies, quod et ipse verum esse arbitror, Diodorum scripsisse: διὰ τὴν βραδύτητα καὶ δυσκινησίαν κτέ., uti legitur v. c. lib. XXXI, fr. 49: διὰ γὰρ τὴν βραδύτητα καὶ δυσκινησίαν ἀδυνατεῖ ψαῖραι(?) τῆς τῶν κυνιδίων ἐλαφρότητος. Perpetuam esse utriusque vocabuli in libris confusionem notum est.

ADN. AD LIBR. XXXIV ET XXXV.

Fr. I vs. 5: συνεβούλευον κατὰ κράτος αἱρήσειν τὴν πόλιν. Lege: αἱρεῖν κτέ. Ib. vs. 19: εἰσῆλθεν εἰς τὸν ἄδυτον τοῦ θεοῦ σηκόν, οὗ νόμιμον εἰσιέναι, lege: οἷ κτέ. Ib. vs. 26. διὸ τῷ ἀγάλματι τοῦ κτίστου καὶ τῷ ὑπαίθρῳ βώμῳ — μεγάλην ὗν θύσας. Inserendum παρὰ post διὸ. Contra προς in Photii verbis male abundare videtur in fragm. fine: τὴν 'Αντιόχου φιλίαν τούτοις [προς]ἐπισυνάπτων. In praegressis p. 134 vs. 3 scribendum: εἰ δὲ μή, καταλῦσαί (γε) τὰ νόμιμα, inserta particula γε, cuius sollemnis est in talibus usus; vs. 22: καὶ ἐπιμελείας παντελῶς ὀλίγης ἠξίουν (τοὺς δούλους), ὅσα τε ἐντρέφεσθαι καὶ ὅσα ἐνδύσασθαι; lege: ὅσα τε τρέφεσθαι κτέ. Ib. vs. 32: καὶ πληγαῖς τὰ πολλὰ παραλόγως ὑβριζόμενοι οὐχ ὑπέμενον. συνιόντες οὖν κτέ. Sequentia requirunt: οὐκέθ'. Vs. 2: ἀλλὰ καὶ ἐγρηγορότως θεοὺς ὁρᾶν ὑπεκρίνετο. Immo vero ἐγρηγορώς. Ib. vs. 7 supple: τελευταῖον (δὲ) διὰ κτέ. Duplici nomine mendosa sunt verba: ὁ μὲν 'Αντιγένης ψυχαγωγούμενος ἐπὶ τῇ τερατείᾳ παρῆγε τὸν Εὔνουν εἰς τὰ σύνδειπνα. Nam proprium hac in re verbum esse περιάγεσθαι iam supra monuimus. Cf. fr. VIII vs. 34 et lib. I, c. 19. Scribendum igitur: περιήγετο τὸν Εὔνουν εἰς τὰ σύνδειπνα i. e. *secum ducebat Eunum ad convivia*. Quae ibidem leguntur in parenthesi supple sic: τοῦτο γὰρ (ἦν) ὄνομα τῷ τερατίᾳ. Vs. 27 lege: τὴν μὲν οὐσίαν μεγαλόπλουτος pro τὴν δ' οὐσίαν κτέ. Ib. p. 136 : 1: εἰς τὴν Ἔνναν τὴν πόλιν εἰσπίπτουσιν, alterutrum abundat vel τὴν Ἔνναν vel τὴν πόλιν, posterius tamen expungere malim. Ib. vs. 6: εἰς δὲ τὰς γυναῖκας οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν καὶ τότε βλεπόντων τῶν ἀνδρῶν, ὅσα ἐνύβριζόν τε καὶ ἐνησέλγαινον, importuna est et

insulsa vocula *τότε*, infelici coniectura invecta pro *τοι*, quod si in *τοῦτο* mutaveris, omnia recte procedent. Absurde editur vs. 9: *οἳ καὶ κατὰ τῶν κυρίων πρότερον τὰ ἔσχατα ἐνδεικνύμενοι οὕτω πρὸς τὸν τῶν ἄλλων φόνον ἐτρέποντο* Lege: *ἐνδειξάμενοι κτέ.* Grassatus est interpolator vs. 13: *αὐτόν τε καὶ τὴν γυναῖκα δεδεμένους ἐξαγκωνίσαντες.* Quicunque meminerit verbum *ἐξαγκωνίζειν* significare: *revincire alicui manus post tergum* non poterit, quin mecum abiiciat supervacaneum istud *δεδεμένους* et auctori suo reddat. In vicinio vs. 19 malim: *τὸν δὴ Δαμόφιλον κτέ.* pro *τὸν δὲ Δ.*; et vs. 29: *διὰ δὲ μόνην (τὴν) τερατείαν καὶ τὸ τῆς ἀποστάσεως ἄρξαι.* Vs. 34 orationis inconcinnitas tolli possit scribendo: *καὶ αἱ μὲν ταύτην κατεκρήμνισαν αἰκισάμεναι,* [*καὶ*] *αὐτὸς δὲ τοὺς ἰδίους ἀνεῖλε κυρίους.*

Pronomen indefinitum *τὶς* revocandum p. 137 vs. 4: *ὧν ἦν Ἀχαιός(τις) καὶ τοὔνομα καὶ τὸ γένος*, uti mox vs. 12 recte scribitur: *Κλέων τις Κίλιξ.* In eadem pagina vs. 37 ioculare emblema eximatur e verbis: *ὥστ' ἀρξαμένους ἐκ παίδων βορᾶς καὶ διελθόντας διὰ γυναικῶν μηδὲ τῆς* [*αὐτῶν*] *ἀλληλοφαγίας μηδ' ὅλως φείσασθαι.* Dare potuisset: *τῆς αὐτῶν σαρκοφαγίας* (cf. v. c. lib. XVII c. 88), sed *τῆς αὐτῶν ἀλληλοφαγίας* nemo mortalium dixerit.

Pag. 138 vs. 1 necessario supplendum: *φεύγοντα (ἐκ) τῆς πολιορκουμένης πόλεως.* Ibid. vs. 4 additamentum *ὁ στρατηγὸς* melius abesset. Vs. 8 locutionem *δείξας νεκρὸν* tribuere malim eclogario quam Diodoro, cuius dicendi mori non adversaretur *ἐκτείνας νεκρόν.* Vs. 15 deleverim nomen proprium in his: *ὁ δὲ τερατίας* [*Εὔνους*] *καὶ βασιλεύς.* Mox editur: *καταφυγὼν ἔν τισι κοιλάσι ἐξειλκύσθη ἅμα τεττάρων· μαγείρου, ἀρτοκόπου καὶ τοῦ τρίβοντος αὐτὸν ἐν τῷ λουτρῷ.* Pro *ἅμα* haud dubie reponendum *μετά*, reliquam orationis scabritiem tribuerim epitomatori. Idem iudicandum videtur de duorum Genitivorum, subiectivi et obiectivi, concursu admodum ineleganti in verbis (vs. 31): *τὴν τῶν ἐλευθέρων ὑπερβολὴν τῶν ἀκληρημάτων*, qui facile evitari potuisset scripto: *τὴν κατὰ τοὺς ἐλευθέρους ὑπερβολὴν τῶν ἀκληρημάτων.*

Fr. IV init. (II § 25) supplendum: ἡλίκη (τότε) συνέστη. Ib. p. 139 vs. 2: ἐρράγη (legitur) ποτὲ σὺν καιρῷ τὸ μῖσος. Immo: ἐξερράγη κτέ. Vs. 11 recte Dind. praefert δεσμεύοντες — καταπονοῦντες pro Infinitivis. In vicinia pro: οἱ πολλοὺς πλούτους κεκτημένοι ipse suspicor: οἱ μεγάλους πλούτους κτέ.

Fr. V (II § 30) p. 140 requiritur: ἦν οὖν (ἡ) πᾶσα χώρα κτέ., nam intelligitur sola Sicilia.

Fr. VI (II § 32) extr. lacunosa sunt verba: τῇ δὲ βαρύτητι — ταλαιπωρίαν.

Asyndeton init. fr. VIII (II § 34) in verbis: τὴν οὐσίαν μεγαλόπλουτος. τὸν τρόπον ὑπερήφανος tollas adhibito loco p. 135 vs. 27, ubi eadem recurrunt, nisi quod ibi prius δὲ in μὲν mutetur necesse est, ut iam supra monui. Ibid. p. 141 vs. 5 legimus: ἀνάγωγος γὰρ καὶ ἀπαιδευτότροπος ἐξουσίας ἀνυπευθύνου καὶ οὐσίας μεγαλοπλούτου κυριεύσας τὸ μὲν πρῶτον κόρον ἐγέννησεν, εἶθ' ὕβριν, τὸ δὲ τελευταῖον ὄλεθρον αὐτῷ καὶ συμφορὰς μεγάλας τῇ πατρίδι. Quae verba sic in ordinem redigas, ut scribatur: ἀπαίδευτος τρόπος ἐξουσίας ἀνυπευθύνου κτέ. Vulgatam lectionem supra quam dici possit absurdam esse, difficile est non videre.

Fr. VIII (II § 35) supple cum Dind.: τῶν ἐλευθέρων μὲν ἐν (ταῖς) πατρίσι γεγεννημένων.

Fr. IX extr. (§ 37): καὶ διαλαβόντες μηδὲν ἔτι χεῖρον τῶν παρόντων αὐτοῖς κακῶν ἀπαντήσεσθαι * *. Quod deest verbum vix aliud fuit quam ἀπέστησαν, cui perniciosa fuit praecedentis vocabuli vicinia. Quamvis simili periculo non expositum videbis periisse participium γεγενημένους in fr. XIII (§ 41) post Φιλανθρώπους in verbis: ἀφῆκε τοὺς ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις — ἀποδεδεγμένους αὐτὸν ἐν (l. ἐπὶ) τῇ [τε] μαντικῇ καὶ κατὰ τὰς τῆς τραπέζης δόσεις Φιλανθρώπους, sive librarios sive epitomatorem huius negligentiae accusare malis. Si quis τε servandum esse duxerit, transponere illud debebit ante αὐτόν. Ego dittographiae originem istius voculae tribuerim.

Fr. X extr. optime viri docti deleverunt ἀλλ' et καὶ, quorum hoc debetur Maio. Videas, si tanti est, collat. meam.

Fr. XII (II § 40). Recte cod. supplet: ὅτι (καὶ) παρὰ τοῖς οἰκέταις αὐτοδίδακτός ἐστιν ἡ Φύσις κτέ.

Fr. XV: ληστρικὸς merus est sed frequentissimus librariorum error pro ληστικός, quam formam solam certa analogia tuetur.

Fr. XVI. Legendum cum cod.: (τοὺς) ἀποστάτας δούλους et in fr. XVIII recipias ex eodem: διὰ (τὴν) πολυχρόνιον εἰρήνην. Ibidem de coniectura repono: τὰς (ἀπὸ) τῶν ἰδίων κυρίων ἀποστασίας ἐξεθεάτριζον et in fr. XIX (§ 47): ὀλίγοι γὰρ (οἱ) δι' ἀρετὴν ἰδίαν δικαιοπραγοῦντες.

Fr. XX med.: προνοηθέντες ἐμΦρόνως περὶ τοῦ μέλλοντος. Antiquiores iungunt προνοεῖσθαι cum solo Genitivo; apud seriores non raro additur praepositio ὑπέρ, quae hîc revocanda esse videtur.

Fr. XXI (III) vs. 36 minus recte legitur τῶν πατρῴων Φίλων pro τ. πατρικῶν Φ. Ibidem p. 144 vs. 3 malim: ἐπιλέξας — τοὺς ἀγριωτάτους εἰς Φόνον, ἀπληστοτάτους δ' εἰς χρημάτων περιουσίαν κτέ., ubi editur ἀπλήστους. Mox emblema tollatur e verbis: τῶν δὲ Φίλων τοὺς ὑποπτευομένους μετεπέμπετο, παραγενομένων δὲ [τῶν Φίλων] πάντας ἀπέκτεινε. Scriptor antiquus Atticus dedisset: παραγενομένους δὲ κτέ. Vs. 11 repetatur praepositio ὑπὸ in verbis: μισηθεὶς οὐ μόνον ὑπὸ τῶν ἀρχομένων ἀλλὰ καὶ τῶν πλησιοχώρων.

Fr. XXIII (IV § 2) vs. 29. Lege: ὅταν — διαζευγνύῃ pro διαζεύγνυσι. Ibid. dubito de sinceritate scripturae in verbis: ὥστ' εἰς ἔλεον καὶ συμπάθειαν ἐπανατραπῆναι. Non exputo quid melius reponatur quam: ὥστε πρὸς ἔλεον καὶ συμπάθειαν τραπῆναι. Duplex praepositio per dittographiam nasci potuit e terminatione vocabuli praecedentis.

Fr. XXIV (IV § 3). Supple: ὅτι Τιβέριος ὁ Γράκχος ἦν υἱὸς Τιβερίου (τοῦ) δὶς ὑπατευκότος κτέ.

Fr. XXVI (V). Articulum inseras cum cod. Vat. scribendo: ἔχων πλῆθος οὐ νεοσύλλογον καὶ Φυλῶδες (an ὀχλῶδες?) ἀλλὰ (τὸ) πρακτικώτατον τοῦ δήμου κτέ. Mox ibidem malim: καὶ τῆς ῥοπῆς δεῦρο κἀκεῖσε πάλιν κλινούσης pro ἐκκλινούσης. In eadem

locutione frequens est verbum ῥέπειν v. c. XXXVI p. 166 vs. 35: τῆς μάχης ὧδε κἀκεῖσε ῥεπούσης. Verba ultima: καὶ καθάπερ ἐν τῇ θαλάττῃ κυμάτων φαντασίαι καὶ διαθέσεις ἐγένοντο κατὰ τὰς τοῦ πλήθους ἐκκλησίας. uno vocabulo necessario addito sana erunt, sed quodnam id fuerit difficile dictu est, si quidem optio datur inter διάφοροι, παντοῖαι et ποικίλαι, et fortasse alia. Possis v. c.: καὶ καθάπερ ἐν τῇ θαλάττῃ κυμάτων φαντασίαι (παντοῖαι) καὶ διαθέσεις, vel φαντασίαι καὶ διαθέσεις (διάφοροι). Hoc unum certum est adiectivum, cui eiusmodi fuerit significandi potestas, excidisse.

Facilius corrigi possunt quae in fr. XXVII (VII) in hunc modum scripta leguntur vs. 19: καίτοι γε ἐξῆν αὐτὸν οὕτως ἔχειν· ὅτε ὁ Γράκχος εἰσέφερε ψήφισμα περὶ τῆς κατ' ἀρχὴν ἀφαιρέσεως αὐτοῦ, κἀκεῖνον ἅμα ψήφισμα κυροῦν περιέχον τὴν ἀφαίρεσιν τῆς Γράκχου δημαρχίας. Quorum verborum sententia planissima erit et expeditissima, si mecum reposueris: καίτοι γ' ἐξῆν (πρὶν) αὐτὸν οὕτως ἔχειν, ὅθ' ὁ Γράκχος εἰσέφερε ψήφισμα περὶ τῆς κατ' ἀρχὴν ἀφαιρέσεως αὐτοῦ, κἀκεῖνον ἅμα ψήφισμα κυροῦν κτέ., i. e. *quamquam licuerat illi, priusquam ipse ad tam miseram conditionem redigeretur, — plebiscitum perferre cet.*

Lacunam in fr. XXVIII (VII § 2): καὶ ὁ Σκιπίων ξύλον ἁρπάσας ἐκ τῶν παρακειμένων * * * ὁ γὰρ θυμὸς παντὸς τοῦ δοκοῦντος εἶναι δυσκόλου περιεγένετο, probabili coniectura expleveris inserendo ἀπέκτεινεν αὐτόν, quae vocabula facillime post consimiles litterarum ductus excidere potuerint. Commendatur quoque haec suspicio praecedentibus: οὗτος μὲν οὖν ἀμετάπτωτον ἔχων τὴν ἐπὶ τὸν ὄλεθρον ὁρμὴν ταχὺ τῆς προσηκούσης κολάσεως ἔτυχεν.

Fr. XXXII (X): ὅτι ἡ σύγκλητος δεισιδαιμονοῦσα ἐξαπέστειλεν εἰς Σικελίαν [περὶ τοὺς Σιβύλλης χρησμοὺς] κατὰ Σιβυλλιακὸν λόγιον. Vocabula, quae uncis sepsi, insiticia esse monuit iam Dindorfius. Mendum eluendum restat in sqq.: θυσιάσαντες καὶ περιφράγματα ποιήσαντες ἀβάτους ἀπεδείκνυον τοὺς τόπους πλὴν τοῖς ἔχουσι καθ' ἕκαστον πολίτευμα πατρίους θύειν θυσίας. Vertunt: *praeterquam iis, qui ex singulis civitatibus patria*

sacrificia more maiorum ad eas aras factitare solebant; quasi in Graecis esset πλὴν τοῖς εἰωθόσι, quod loco optime conveniret. Lenius tamen rescripseris: ἀβάτους ἀπεδείκνυον τοὺς τόπους πλὴν τοῖς (ἔθος) ἔχουσι καθ' ἕκαστον πολίτευμα πατρίους θύειν θυσίας; ut librario idem acciderit, quod Maio accidisse constat p. 50 in libr. XXIII fr. XVIII. Non tamen mirabor, si quis praetulerit: πλὴν τοῖς ἐθέλουσι καθ' ἕκαστον πολίτευμα κτέ. Utrum verius sit ambigo.

Fr. XXXIII: ὅτι ἦν τις Γόργος Μοργαντῖνος ἐπικαλούμενος Κάμβαλος — ὃς — περιπεσὼν λῃστηρίῳ δραπετῶν ἔφευγε πεζὸς πρὸς τὴν πόλιν. ἀπαντήσαντος δ' αὐτῷ Γόργου τοῦ τούτου πατρὸς ἐφ' ἵππου. Pronomen τούτου non a Diodoro profectum est vix est quod moneam; sed multum vereor, ut vel postquam illud deleveris, locus sanus sit. Certe suspiciosum est nomen patris idem esse ac filii. Non dico certum esse, sed fieri potuisse, ut postquam τούτου iam in textu legebatur, istud pronomen sua vice pepererit novum interpretamentum Γόργου. Quod si factum est, genuina tantum haec verba sunt: ἀπαντήσαντος δ' αὐτῷ τοῦ πατρὸς ἐφ' ἵππου. Illud certissimum est τούτου esse delendum.

Fr. XXXV: ὅτι τοῦ Ἀττάλου τοῦ πρώτου βασιλέως χρηστηριαζομένου περί τινος ἐπαυτοματίσαι τὴν Πυθίαν φασί. Absurde haec dicuntur, nomine populi τῶν Περγαμηνῶν, incuria fortasse epitomatoris, omisso. Pro ἐπαυτοματίσαι, quod verbum Graecum non est, corrige ἀπαυτοματίσαι, quod ipsum non mirer, si in palimpsesto accuratius inspecto, scriptum esse appareat.

Fr. XXXVII vs. 22: οἷς Ἀντίοχος μετέδωκεν ἀποκρίσεις. Legendum: ἔδωκεν κτέ. et deinde supplendum: ἐὰν τὸν (μὲν) ἀδελφὸν κτέ.

Alibi loca editiora Graece dicuntur ὑπερκεῖσθαι, itaque sana esse non possunt quae sic scripta leguntur in fr. XXVVIII (XVI): δύνασθαι γὰρ αὐτοὺς εἰς τὴν ὑποκειμένην ὀρεινὴν καταφυγόντες ἀποτρίψασθαι τῇ δυσχωρίᾳ τὸν ἀπὸ τῶν ἱππέων κίνδυνον. Correxerim igitur: εἰς τὴν ὑπερκειμένην ὀρεινήν. Quo autem sensu dicatur in geographia ὑποκεῖσθαι, tum suspicio est facillima, tum do-

cent loci qualis est v. c. lib. II : 37 vers. fin., ubi simul corrigas : τῆς Ἰνδικῆς φασι τὰς παρακειμένας χώρας τήν τε Σκυθῶν καὶ Βακτριανῶν, ἔτι δὲ καὶ τὴν Ἀριανῶν, ὑψηλοτέρας εἶναι, [τῆς Ἰνδικῆς] ὥστ' εὐλόγως εἰς τὴν ὑποκειμένην χώραν πανταχόθεν συρρεούσας τὰς λιβάδας κτέ. Scripsi παρακειμένης pro περικειμένης docente re Geographica, τὴν pro τῶν requirente grammatica, et expunxi τῆς Ἰνδικῆς iubente sana ratione.

Fr. XLI: ὡς ἐπίτηδες τοῖς μὲν καλοῖς φαῦλα τοῖς δὲ κακοῖς ἐπεισάγει τὰ ἀγαθά. Immo vero: τοῖς μὲν καλοῖς τὰ φαῦλα — τἀγαθά. Dittographia perdidit praecedentia: οὐ μὴν ἐξουσίαν ἀνέλαβε τῆς στρατείας· Lege: ἐξουσίαν γ' ἔλαβε κτέ.

Fr. XLII: ἤγαγε τοὺς πρέσβεις ἐπὶ τὸν τόπον οὗπερ Πιτθίδης τυφλὸς ἐκάθητο ἐπὶ τῆς γῆς ἐκτετυφλωμένος. Turpiter abundare aut τυφλὸς aut ἐκτετυφλωμένος satis est manifestum, utrum tamen alterius sit interpretamentum difficilius dictu est. Interpretamenti speciem magis quam τυφλὸς habet ἐκτετυφλωμένος. Labem contraxisse videntur quae praecedunt: καὶ τῶν Σελευκέων ἀποστειλάντων πρέσβεις καὶ παρακαλούντων συγγνώμης τυχεῖν ἐπὶ τοῖς γεγονόσι. Verum videtur συγγνώμην ἔχειν ἐπὶ τοῖς γεγονόσι, i. e. συγγιγνώσκειν.

Fr. XLVI: ἰδὼν δὲ χρηματίζοντα τὸν ὕπατον, καὶ δηλώσας ὅστις ἦν καὶ ὅτι πολλοὺς καὶ πολλάκις ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὑποστὰς κινδύνους ὥσπερ ὑπὲρ Ῥωμαίων πολιτευόμενος, οὐ μόνον αὐτὸς — ἀπέλαβε τὴν κτῆσιν, ἀλλὰ καὶ — ἐξουσίαν ἔλαβε κτέ. Protasi (ἰδὼν — πολιτευόμενος) deest verbum finitum, quare pro ὑποστὰς aut reponendum est ὑφειστήκει, aut, quod fortasse probabilius est, post πολιτευόμενος aliquot vocabula excidisse putanda sunt. Praeterea certa coniectura corrigendum: πολλοὺς πολλάκις — κινδύνους, expuncta vocula καί, quam mala manus addidit ante πολλάκις.

Fr. XLVIII: Ὅτι ὁ Γράκχος δημηγορήσας τοῦ καταλῦσαι ἀριστοκρατίαν. Post δημηγορήσας excidisse praepositionem περὶ neminem latere arbitror. Mox legitur: οὐκέτι συναγωνιστὰς ἀλλὰ καθάπερ αὐθέντας εἶχε τούτους ὑπὲρ τῆς ἰδίας τόλμης. Malim καθαπερεί. Ib. vs. 17 e cod. Vat. rescribas ταμιεῖον

pro ταμεῖον, quod eiusdem farinae est atque ὑγεία pro ὑγίεια. Sequentia Maii praecipue culpa male habita sunt: καὶ τῇ μὲν τῶν δημοσίων τόλμῃ καὶ πλεονεξίᾳ τὰς ἐπαρχίας ἀπορρίψας ἐπεσπάσατο παρὰ τῶν ὑποταττομένων δίκαιον μῖσος κατὰ τῆς ἡγεμονίας, τοῖς δὲ στρατιώταις διὰ τῶν νόμων τὰ τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς αὐστηρὰ καταχαρισάμενος ἀπειθίαν καὶ ἀναρχίαν εἰσήγαγεν εἰς τὴν πολιτείαν. A palimpsesto accipe ὑποτεταγμένων et ἀπείθειαν, quam solam vocabuli formam analogia patitur. Praeterea vero haud dubie corrigendum: τῇ μὲν τῶν δημοσιωνῶν τόλμῃ καὶ πλεονεξίᾳ τὰς ἐπαρχίας ἀπορρίψας. Pro ultimo quod adscripsi vocabulo scribi fere malim ὑπορρίψας, metaphora sumta a beluis, quibus aliquis subiicitur. Duplici modo dicitur ὑπορριπτεῖν s. ὑποβάλλειν et παραρριπτεῖν s. παραβάλλειν τοῖς θηρίοις τινά. Eadem metaphora utitur v. c. Polybius XV : 21 § 2, XVII : 15 § 3 et XL : 4 § 2.

Fr. L (XXVI): ἀλλὰ τὴν κατ' αὐτὸν δωροδοκίαν δικαζόμενον ἀπεστέρητο τῆς μισοπονηρούσης παρρησίας. Recte iam Mullerus edidit: τῇ κατ' αὐτοῦ δωροδοκίᾳ. Maii errorem esse κατ' αὐτὸν docuit me palimpsestus. Idem Mullerus in fr. LI bene correxit: τὸ μὲν ξίφος ἐπίκειται τοῖς ἐχθροῖς pro ὑπόκειται κτέ.

Opposita docent, quid exciderit in fr. LIII (XXVIII § 1) e verbis: ἄρτι γὰρ βασιλεὺς ἦν καὶ τεσσάρων (Diod. ubique τεττάρων reddendum videtur; cf. quae de ea re disputat Dindorfius in adn. ad vol. I, p. 5, 7) μυριάδων στρατοπεδευουσῶν ἀφηγεῖτο, καὶ δεδεμένος ἐπανήγετο πρὸς ὕβριν καὶ τιμωρίαν πολεμίων. Supple: καὶ (νῦν) δεδεμένος κτέ. Idem valet de fr. LIV (XXVIII § 3) init.: τοῦτο ἄπιστον ἐδόκει τοῖς ἀκούουσιν ἀλλὰ καὶ τοῖς ὁρῶσιν. Nam propter vocabula ἀλλὰ καὶ dubium non est inserendum esse οὐ μόνον post ἐδόκει. In Palimp. legitur: ἐδόκει οὐ τοῖς κτέ.

Sigla, qua scribitur in codd. praep. πρὸς, neglecta a librario perdidit sequentia, quae revocata praep. sic corrigantur: προσδοκηθὲν (πρὸς) τοὐναντίον ῥέπειν ἐβιάζετο. Videndum, an forte eadem praepositio perierit in lib. XX cap. 69. Narratur ibi Agathocles desperatis iam rebus clam aufugisse ex Africa. Quo

facto eius exercitus novos sibi creat duces et pacem componit cum Carthaginiensibus eo pacto: *ὥστε τὰς πόλεις ἃς εἶχον παραδοῦναι*, cetera. Post pauca sequuntur haec: *τῶν μὲν οὖν στρατιωτῶν οἱ πλείους ἐμμείναντες τοῖς ὅρκοις ἔτυχον τῶν ὁμολογηθέντων, ὅσοι δὲ τὰς πόλεις διακατέχοντες ἀντεῖχον ταῖς παρ' Ἀγαθοκλέους ἐλπίσιν, ἐξεπολιορκήθησαν κατὰ κράτος.* Verbum *διακατέχειν* significat: *retinere et pertinaciter perhibere id quod obtinuisti* neque igitur valde exquisite iungitur cum verbo *ἀντέχειν* (= *ἐναντιοῦσθαι*), quippe cuius notio iam ipso verbo *διακατέχειν* contineatur. Praeterea infelicissime post *ἀντεῖχον* sequitur Dativus, quem ab eo non suspensum esse sententia docet. Scio quam parum firma sit haec argumentatio; et vel sic tamen suspicionem premere nequeo hic oblitteratam esse locutionem Diodoro perfamiliarem et olim sic scriptum fuisse: *ὅσοι δὲ τὰς πόλεις διακατέχοντες προσανεῖχον ταῖς παρ' Ἀγαθοκλέους ἐλπίσιν.* cf. v. c. XIX, p. 692 de Olympiade: — *ἔτι προσανεχούσης ταῖς ἔξωθεν ἐλπίσιν*, et XXXI fr. XV de Perseo: *κεναῖς ἐλπίσι προσανέχων.* Eadem opera corrigendus videtur locus lib. XXIX fr. XII, ubi legitur: *ἀποσιωπησάντων δὲ τῶν πρέσβεων ἡ σύγκλητος ὑπολαβοῦσα τοὺς Αἰτωλοὺς ἀντέχειν ταῖς κατὰ τὸν Ἀντίοχον ἐλπίσιν.* Repone: *τοὺς Αἰτωλοὺς προσανέχειν κτέ.* Bekk. coniecit *ἐπανέχειν*, quo verbo antiquiores utuntur, sed quod apud Diod., quantum scio, nusquam apparet.

Non minus suspectam habeo vulgatam in fr. LV: *ὅτι μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν Γράκχον ὑπὸ τοῦ ἰδίου δούλου τῶν γεγονότων αὐτοῦ φίλων Λεύκιος Οὐιτέλλιος πρῶτος ἐπιστὰς τῷ πτώματι αὐτοῦ οὐχ ὅπως ἠχθέσθη τῇ συμφορᾷ τοῦ τετελευτηκότος ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν ἀφελὼν καὶ κομίσας πρὸς ἑαυτὸν κτέ.* Exspectaveris: *ἀλλὰ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν κτέ.* Sed me retinet, quo minus sic reponendum esse contendam locus plane geminus lib. XVI: 43: *παρέδωκε τὸν Θετταλίωνα τοῖς ὑπηρέταις καὶ προσέταξεν ἀφελεῖν τὴν κεφαλήν.*

Fr. LVII: *ἡ δὲ σύγκλητος ἔπεμψε πρέσβεις λύσειν τὴν πολιορκίαν.* Iam Dind. in sua edit. recte correxit *λύειν.* Idem in

fr. LX (XXXIII § 2) optime reposuit: *τῶν πολιτῶν ἄριστος ἐκρίθη* pro absurda vulgata *τῶν πλείστων*, quam retinere pessimo consilio maluit Bekk. Multum tamen abest, ut Dind. hoc excerptum persanaverit. Iam statim enim haerebis in verbis: *ἐν μὲν γὰρ τοῖς τῆς Σιβύλλης χρησμοῖς εὑρέθη γεγραμμένον, ὅτι δεῖ τοὺς Ῥωμαίους — ποιήσασθαι, τὴν δ' ἐκδοχὴν αὐτῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ γενέσθαι πανδημεὶ τῆς ἀπαντήσεως γινομένης, καὶ τῶν τε ἀνδρῶν τὸν ἄριστον καὶ γυναικῶν ὁμοίως τὴν ἀγαθὴν καὶ τούτους ἀφηγεῖσθαι τῆς ἀπαντήσεως.* Interpolatorem hic sua Diodoro obtrudere suspicor, quare una litura deletis vocabulis *τὴν ἀγαθὴν καὶ τούτους*, reposuerim: *καὶ τῶν τ' ἀνδρῶν τὸν ἄριστον καὶ (τῶν) γυναικῶν ὁμοίως ἀφηγεῖσθαι τῆς ἀπαντήσεως.* Nam eam ipsam ob causam adscripserat, credo, Diodorus adv. *ὁμοίως*, ne post *τῶν γυναικῶν* repetendus esset idem superlativus *τὴν ἀρίστην.* In huiusmodi verborum compositione non aliter scribere Diod. quam ceteri Graeci soleant, docebunt quae n. l. sequuntur: *ἐκρίθη τῶν μὲν ἀνδρῶν ἄριστος Πόπλιος Νασικᾶς, τῶν δὲ γυναικῶν Οὐαλερία.* Si quis autem retinere malit vocabula *καὶ τούτους*, verbum aliquod, v. c. *κριθῆναι*, ante ea excidisse statuat necesse est. In sqq. accipe a Dind.: *οὐ μόνον δὲ* pro *οὐ μόνον γὰρ κτέ.* Mox, ubi mentio fit de sententia Catonis in senatu dictitare soliti, *Ceterum censeo Carthaginem esse delendam*, valde dubito de scripturae sinceritate. *Μάρκος μὲν Κάτων — εἰώθει λέγειν παρ' ἕκαστον ἐν τῇ συγκλήτῳ μετὰ τὴν ἀπόφασιν τῆς ἰδίας γνώμης Καρχηδόνα μὴ εἶναι — ὁ δὲ Νασικᾶς ἀεὶ τοὐναντίον ἀπεφαίνετο Καρχηδόνα διὰ παντὸς εἶναι.* Nam aeque mihi videtur Cato ineptire contendens *Carthaginem non existere*, quam Nasica *eam urbem aeternam esse* perhibens. Sed salva res est; nam ille, ni fallor, dixerat auctore Diodoro: *Καρχηδόνα μὴ (δεῖν) εἶναι*, hic: *δεῖν πάντως εἶναι.* Saepius periisse Infinitivum *δεῖν* in quovis scriptore potest observari, sed vix unquam vidi scribas huic verbo infestiores quam h. l. In verbis, quae locum exscribentes, de industria omisimus: *καὶ τοῦτο ἐποίει πολλάκις οὐχ ὑποκειμένης περὶ τούτου βουλῆς, ἀλλ' ἑτέρων τινῶν ἀεὶ ζητουμένων*, adv. *ἀεὶ* male

repetitum esse e sequentibus ὁ δὲ Νασικᾶς ἀεὶ κτέ. monuit iam Dindorfius.

Ib. p. 154 vs. 7: ὁ τούτου δὲ υἱὸς πρεσβύτης ἦν τὴν ἡλικίαν καὶ Τιβέριον Γράκχον — ἀπέκτεινε. Haec verba sic scripta sine risu legi nequeunt. Corrigendum: πρεσβύτης ὢν τὴν ἡλικίαν [καὶ] Τιβέριον Γράκχον — ἀπέκτεινε. Mox vs. 11: τοῦ δὲ πλήθους ἀγανακτοῦντος καὶ τεθηριωμένου πρὸς τοὺς τὸν φόνον δράσαντας. Non ignoro bene Graecum esse verbum simplex θηριοῦσθαι; sed πρός τινα θηριοῦσθαι dici posse non facile credam. Requiro: τοῦ δὲ πλήθους ἀγανακτοῦντος καὶ ἀποτεθηριωμένου πρὸς τοὺς κτέ. Satis exemplorum dabunt haec excerpta, quorum unum adscribam ex huius ipsius libri fr. XXXVI extr.: καὶ τὸ πλῆθος παντελῶς ἀπεθηριώθη πρὸς τὸν Πτολεμαῖον. Similiter Graecum est ἀγριοῦσθαι, sed ἀπαγριοῦσθαι πρός τινα, ut legitur v. c. ibid. fr. XII: ὅτι ἀπηγριωμένων τῶν ἀποστατῶν δούλων πρὸς ὅλην τὴν οἰκίαν τῶν δεσποτῶν. Loco nostro vs. 19 inserto articulo legatur: καὶ ὁ τούτου υἱὸς (ὁ) κατὰ τὸν ὑποκείμενον ἐνιαυτὸν τελευτήσας, ἀδωροδόκητος — διετέλεσε.

Fr. LXII: Μικίψας εἶχε καὶ ἄλλους υἱοὺς πλείους, μάλιστα δὲ προτετιμημένους Ἀτάρβαν τὸν πρεσβύτερον τῶν παίδων καὶ κτέ. Immo vero τὸν πρεσβύτατον!

Foedum interpretamentum a primo statim editore expulsum oportuit, quod legitur in fr. LXIV (XXXVII): ἡ δὲ σύγκλητος μεγαλοψύχως φέρουσα τὴν συμφορὰν τά τε πολλὰ πένθη καὶ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κλαυθμῶν [τὸ πολὺ] κατέστελλε. Satis enim manifestum est, vocabula τὸ πολὺ olim interpretandi gratia ad ὑπερβολὴν adscripta esse.

Facili negotio vera lectio restitui poterit in fr. LXV (XXXVIII): οὗτος δὲ (Marius) πρὸς τοὺς ἐν ταῖς μάχαις κινδύνους πολλάκις ἡγεμὼν ἐκπεμπόμενος τὴν μὲν ἐκ τούτων ἀτιμίαν προσεποιεῖτο, ὁμοίως δὲ αὐτὸν εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας ἐπιδιδοὺς πολλὴν ἐμπειρίαν περιεποιήσατο τῶν πολεμικῶν ἔργων. Nulla opus est sagacitate ad videndum: ὅμως δὲ αὐτὸν κτέ. reddendum esse Diodoro.

ADN. AD LIB. XXXVI.

Fr. I: *ὕστερον δ' αὐτὸν Ἰουγούρθαν συλληφθέντα ὑπὸ Βόκχου, ὥστε τυχεῖν συγγνώμης παρὰ Ῥωμαίων ὑπὲρ ὧν αὐτοῖς κατέστη πρὸς πόλεμον.* Haud paullo rectius scriberetur: *ὑπὲρ ὧν αὐτὸς αὐτοῖς κατέστη πρὸς πόλεμον*, nam Bocchus eo pacto socerum Romanis tradidisse narratur, ut sibi ignoscerentur iniuriae, ob quas *ipse* (opponitur Iugurthae) bellum cum iis gerebat. Ib. vs. 6 corrigas: *ἧκόν τινες ἀγγελοῦντες* pro *ἀγγέλλοντες*, et vs. 7 expuncta praepositione: *[ἐν] πολλῇ περιστάσει τὸ Ῥωμαϊκὸν ἅπαν συνεχόμενον διετέλει.* Locutio *συνέχεσθαι* cum Dat. ignoratur, opinor, a nemine; sed scire velim, cuiusnam sit Graecitatis scribere: *συνέχεσθαι ἐν κακῷ, ἐν συμφορᾷ, ἐν περιστάσει*, similia. Error saepius iam castigatus denuo corrigatur vs. 32, ubi legitur: *πρὸς ἀγρόν τινα παρακομίσας* pro *εἰς ἀγρὸν κτἑ.* Non aeque facilis est emendatio verborum praecedentium: *καὶ χρόνον τῆς τιμῆς συντάξας κτἑ.*, quae sic ediderim: *καὶ χρόνον * * * τῆς τιμῆς συντάξας.* Evincit enim contextus excidisse aliquid eiusmodi quale est: *πρὸς τὴν ἀπόδοσιν.* Contra impense miror nondum restitutam esse scriptoris manum in his vs. 35 (II § 4): *διάδημα καὶ περιβόλαιον πορφυροῦν καὶ ῥαβδούχους καὶ τἆλλα εὔσημα τῆς ἀρχῆς.* Namque haud dubie dederat: *καὶ τἆλλα σύσσημα τῆς ἀρχῆς* i. e. *et reliqua regiae dignitatis insignia*; quemadmodum in lib. I cap. 70 de Aegypti regibus eum scripsisse constat: *ἔπειτα λουσάμενον καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς συσσήμοις μετ' ἐσθῆτος λαμπρᾶς κοσμήσαντα τὸ σῶμα θῦσαι τοῖς θεοῖς.* Inter CΥCCHMOIC et ЄΥCHMOIC quae intercedit differentia in libris antiquis eo minor est, quod litterae consonantes a librariis pro lubitu aut semel scribi aut duplicari solent. Eodem sensu Diod. usus est alio nomine composito lib. XXXI fr. XXVI: *κοσμηθέντα τοῖς τῆς βασιλείας παρασήμοις.* In vicinia l. n. pro *συνεργίᾳ* quod nihili est, obiter corrigas *συνεργείᾳ*, et pag. 158 vs. 4: *ἐβάλετο χάρακα* pro *ἐνεβάλετο χάρακα.* Ib. vs. 18: *διὸ καὶ τούτου συνεργοῦντος τοῖς Ῥωμαίοις καὶ τὰς χεῖρας προσφέροντος τῷ Οὐεττίῳ,*

φοβηθεὶς — ἑαυτὸν ἀπέσφαξε suppleverim Οὐέττιος, ni praestiterit: οὗτος φοβηθεὶς κτέ. Mox p. 159 vs. 4 lego: πρὸς (pro εἰς) τοὺς ἰδίους κυρίους et vs. 9 (III § 4) nullus dubito, quin vere Dindorfius coniecerit ΑΛΙΚΥΑΙΩΝ pro ΑΓΚΥΑΙΩΝ esse reponendum. Deinde vs. 10 scripserim inserto pronomine indefinito: ὧν ἡγεῖτο 'Οάριός (τις) ὄνομα, quemadmodum recte legitur v. c. p. 161 (fr. VI): ὅτι Βαττάκης (τις) ὄνομα ἧκε. Similiter vs. 20 suppleverim: καὶ σωτηρίας ὑποσχέσεσι Γάιόν (τινα) Τιτίνιον ἐπικαλούμενον Γαδαῖον ἀναπείσας. Sed gravius laborant quae ibidem praecedunt sic scripta: ἐπεὶ δὲ βίᾳ ἀνάλωτον τὸ φρούριον ἑώρα, ἐπὶ τὴν προδοσίαν ὁρᾷ. Bis in tam brevi periodo sensu diverso idem verbum adhibuisse Diod. non credo, suspicorque eum priori loco usum esse verbo θεωρεῖν, quod quamvis male saepissime usurpat, quo sensu veteres solo verbo ὁρᾶν uti possunt, itaque eum dedisse: ἐπεὶ δὲ βίᾳ ἀνάλωτον (ὂν) τὸ φρούριον ἐθεώρει ἐπὶ [τὴν] προδοσίαν ὁρᾷ. Sic v. c. loquitur lib. XVI c. 60: καὶ θεωρῶν αὐτὸν οὐκ ἀξιόμαχον ὄντα, διεπρεσβεύσατο κτέ. Praeterea vs. 12 l. n. supple: εἶτα (δ') ἐπὶ τὰς γειτνιώσας ἐπαύλεις; nam praecedunt vocabula πρῶτον μέν. Pag. 160 vs. 1 (IV § 2): προῆγε δὲ μετὰ τῶν ἐνόντων στρατιωτῶν. Quinam dicantur οἱ ἐνόντες στρατιῶται non assequor. Exspectaveris: μετὰ τῶν ἔτι παρόντων, nam in proxime praecedentibus dixerat: ἤδη καὶ τῶν πλείστων στρατιωτῶν ἀπολυθέντων; neque quod leniore mutatione reponam invenio. Ibid. διαβὰς τὸν Ἄλβαν ποταμὸν — ἐν ὄρει Καπριανῷ — Ἡράκλειαν. Reponendum: τὸν Ἀλαβῶνα ποταμόν, cl. Diod. IV : 78 prope init. Pag. fere media vs. 17 (IV § 3) lego: καὶ οἱ ἀποστάται ὅπλων τε εὐπορήσαντες τοσούτων ἀθρόων (pro ἀθρόον) καὶ νίκης θρασύτερον εἴχοντο τῶν ἔργων καὶ πάντες οἱ δοῦλοι (pro τῶν δούλων) ἐμετεωρίζοντο πρὸς ἀπόστασιν, nisi forte mavis cum Rhodomano: οἱ πλείους τῶν δούλων. Potuisset quoque scribere: καὶ τὰ πλήθη τῶν δούλων ἐμετεωρίζετο πρὸς ἀπόστασιν; ut fecit p. 161 vs. 23: ἐνόσει πρὸς ἀπόστασιν τὰ πλήθη τῶν οἰκετῶν. Ib. vs. 24 (IV § 4) supplendum videtur cum Wesselingio: οὗτος βασιλεύσας τὰς μὲν πόλεις ἀργίας (αἰτίας) καὶ τρυφῆς

ἐνόμιζον. Post ΑΡΓΙΑC quam facile ΑΙΤΙΑC excidere potuerit, manifestum est. Simile vitium corrigendum est vs. 25 supplendo: εἰς τρία δὲ (μέρη) μερίσας τοὺς ἀποστάτας καὶ (τοὺς) ἴσους ἡγεμόνας ἐπικαταστήσας (absurde vulgatur ἐγκαταστήσας) ταῖς μερίσι, cf. lib. XXXVII, fr. II, p. 170 vers. fin.: τὴν δ' ὅλην Ἰταλίαν εἰς δύο μέρη διελόντες ὑπατικὰς ἐπαρχίας ταύτας καὶ μερίδας ἀπέδειξεν, ubi vocabula καὶ μερίδας abesse malim. Loci nostri fere geminus est lib. XVI, cap. 47 init.: τοῦ βασιλέως εἰς τρία μέρη τὴν Ἑλληνικὴν δύναμιν μερίσαντος, ἑκάστη μερὶς εἶχε στρατηγὸν Ἕλληνα κτέ., cf. ibid. cap. 76: ἐμέρισε τὰς δυνάμεις εἰς δύο μέρη. Pag. 161 vs. 15: πολιορκεῖν πάλιν ἐπεχείρει τὴν Μοργαντῖναν, κήρυγμα δοὺς τοῖς ἐν αὐτῇ δούλοις τὴν ἐλευθερίαν. Viri docti coniecerunt κατὰ κήρυγμα vel κηρύγματι, quorum illud praetulerim.

Ib. vs. 24 supplendum: Ἀθηνίων (τις) ὄνομα; vs. 18: ἔπειτα (δέ), quia praegreditur πρῶτον μέν, et pag. 163 vs. 5: εἰπὼν αὐτῷ τοὺς θεοὺς τοῦτ' ἐπιτάττειν· ἐπιμένοντας γὰρ (ἂν) τῇ πολιορκίᾳ δυστυχήματος πειραθῆναι. Ib. vs. 9 aliquanto melius legeretur: ἔχοντες ἡγεμόνα, ὃς ὠνομάζετο Γόμων pro ἔχοντες ἡγούμενον, ὃς κτέ., nam quis unquam ita locutus est? Vs. 17 editur: καὶ τοὺς περιτυγχάνοντας δούλους τε καὶ ἐλευθέρους, ὅπως μηδεὶς ἀπαγγέλοι (l. ἀπαγγέλλοι) τὴν περὶ αὐτοὺς ἀπόνοιαν, ἐφόνευον ἀναιδῶς. Melius certe scriberetur ἀνοίκτως, recte ἀνηλεῶς (cf. Diod. XVII. 14) optime ἀφειδῶς (cf. v. c. Diod. XVII : 13: ἀφειδῶς ἀνῄρουν πάντας τοὺς περιτυγχάνοντας), et sic rescribendum esse censerem, nisi sese offerret adverbium Graecum huic loco aptissimum ἀνέδην, quod in libris antiquis frequentissimo errore ἀναίδην audire solet, et hinc facillime praepostera correctione a sciolo in adverbium bene Graecum ἀναιδῶς mutari potuerit. Veram lectionem servatam esse videbis fr. IV vs. 26: καὶ τοὺς περιτυγχάνοντας ἀνέδην ἐλευθέρους τε καὶ δούλους ἐφόνευον, ὅπως μηδεὶς ἀπαγγείλῃ (l. ἀπαγγεῖλαι) κτέ. Sensus est *sine discrimine*. In vicinia pessime B. χειροκρασίας (vocabulum nihili) retinuit pro χειροκρατίας, quam solam formam genuinam esse iam monuit Wesse-

lingius ad h. l. (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 525). Forma probior salva evasit p. 166 vs. 2, ubi eadem verba recurrunt. Praeter ea l. n. scripserim: *τὰ μὲν ἐντὸς (τῶν) τειχῶν μόλις εἶναι ἴδια, τὰ δ' ἐκτὸς ἀλλότρια κτέ.*, quae ceterum rectius ita scribuntur (apud Photium) quam in excerptis Valesianis fr. IV, ubi eduntur in hunc modum: *τὰ μὲν ἐντὸς τῶν πυλῶν μόγις ὑπάρχειν ἴδια, τὰ δ' ἐκτὸς τῶν τειχῶν ἀλλότρια κτέ.*

Pag. 163 vs. 3 (VI § 2): *μετὰ δὲ ταῦτα ὑπονοήσας ὁ Τρύφων τὸν Ἀθηνίωνα ἐπιθήσεσθαι ἐν καιρῷ παρέδωκεν εἰς φυλακήν.* Malim: *τὸν Ἀθηνίωνά (οἱ) ἐπιθήσεσθαι.* Ib. vs. 7 supplendum: *πρῶτον μὲν — δεύτερον (δὲ) — τρίτον (δ') ὑπερβάλλουσαν ὀχυρότητα ὡς ἂν οὔσης μεγάλης πέτρας ἀναλώτου, ἣν καὶ περιβόλῳ πόλεως σταδίων ὀκτὼ προσπεριβαλὼν καὶ (περι)ταφρεύσας βαθείᾳ τάφρῳ βασιλείοις ἐχρῆτο*; ubi si praeterea aliquis vocabulum *πόλεως*, quod sive natum e cauda vocabuli praecedenti, sive interpretandi gratia olim adscriptum sententiam turbat, expungendum esse iudicabit, equidem non intercedam. Mox vs. 12 scripserim: *ἐγκατεσκεύασε δὲ καὶ βασιλικὴν οἰκίαν κτέ.*

Ib. vs. 18 numerus pluralis mutetur in singularem in verbis: *καὶ τἄλλα πάντα ὅσα ποιοῦσί τε καὶ ἐπικοσμοῦσιν ἐπετήδευε βασιλείαν.* Praeterea transposuerim: *βασιλείαν ἐπετήδευε.*

Pag. 164 vs. 2 (VIII § 3): *τρωθεὶς δ' εἰς ἀμφότερα τὰ γόνατα καὶ τρίτην λαβὼν ἄχρηστος ἐγένετο πρὸς τὴν μάχην.* Omitti potest substantivum *πληγή* in locutione *καιρίαν πληγὴν λαβεῖν.* Sed idem fieri in formula: *δευτέραν* s. *τρίτην πληγὴν λαβεῖν* huius certe loci auctoritate non adducor ut credam.

Iteranda est praepositio *κατὰ* vs. 7: *πολλῶν κατὰ τὴν φυγὴν κοπέντων.* Lege: *κατακοπέντων.* Deinde scribendum: *καίτοι ῥᾴδιον ἦν κτέ.* pro *κ. ῥᾷον ἦν.* Magis miror nondum correcta esse quae sequuntur vs. 10 sqq.: *ἐπὶ τοσοῦτον δ' ἐτεταπείνωτο τὸ οἰκετικόν, ὥστε καὶ ἐβουλεύσαντο ἐπὶ* (malim *πρὸς*) *τοὺς κυρίους ἐπαναδραμεῖν καὶ σφᾶς αὐτοῖς ἐγχειρίσαι.* Absque enim omni dubio requiritur pronomen reflexivum: *σφᾶς (αὐτοὺς) αὐτοῖς ἐγχειρίσαι.*

Fr. II (IX § 2): *ὁ Λούκουλλος* (solet hoc nomen Graece

scribi Λεύκολλος) πυθόμενος διαβεβηκέναι τὸν πορθμὸν Σερουίλιον Γάιον στρατηγὸν ἐπὶ τὴν διαδοχὴν τοῦ πολέμου, τούς τε στρατιώτας ἀπέλυσε καὶ τοὺς χάρακας καὶ τὰς κατασκευὰς ἐνέπρησε. Legendum videtur: ὅτι Λούκουλλος — διαβεβηκέναι et prope finem τὰς χάρακας cum cod. Vat., in quo M. legerat περιχάρακας. Pronomen reflexivum, quod sententia postulat, vitium concepit in verbis ultimis huius excerpti, quae sic scribenda sunt: ὑπελάμβανε τῇ τούτου ταπεινώσει καὶ ἀδοξίᾳ καὶ τὴν ἑαυτοῦ κατηγορίαν καταλύσειν; pro τὴν τούτου κτέ., quae lectio unde nata sit, unusquisque videt.

Fr. III (X § 2) vs. 10: μετὰ δὲ ταῦτα διαπρεσβευόντων καὶ παραδόντων ἑαυτούς κτέ. Verbum διαπρεσβεύειν nullum est. Constanter Graeci verborum διαπρεσβεύεσθαι et διακηρυκεύεσθαι utuntur forma media, quam hîc quoque revoca scribendo: μετὰ δὲ ταῦτα διαπρεσβευομένων καὶ παραδιδόντων ἑαυτούς κτέ.

Quae ibidem sequuntur (p. 165) vs. 15 (X § 3) in hunc modum videntur refingenda esse: καὶ τὸν τελευταῖον αὐτῶν (pro αὐτὸν) τὸν Σάτυρον ἀνελόντα αὐτὸν (pro τοῦτον δ') ἐπὶ πᾶσιν αὐτοχειρίᾳ ἡρωικῶς καταστρέψαι i. e. *et Satyrum (ferunt), mactato horum ultimo, ipsum post omnes ceteros sua manu fortiter mortem sibi conscivisse.*

Fr. IV p. 166 vs. 4 soloece scribitur: οἱ γὰρ ἀποστάται τῶν ὑπαίθρων κρατοῦντες ἀνεπίβατον ἐποιοῦντο τὴν χώραν. Corrigas: ἐποίουν κτέ.

Fr. V init. (XII § 2): ὅτι Σατορνῖνος — ταμίας ὑπάρχων εἰς τὴν ἐξ Ὠστίας εἰς τὴν Ῥώμην τοῦ σίτου παρακομιδὴν ἐτάχθη. Graecum est hoc sensu τάττεσθαι ἐπί τι non εἴς τι. Notus est versus Aristophaneus: ἀλλ' ὅσα μὲν δεῖ ῥώμῃ πράττειν, ἐπὶ ταῦτα τεταξόμεθ' ἡμεῖς. Loco nostro scripserim: — ταμίας ὑπάρχων ἐπὶ τὴν ἐξ Ὠστίας εἰς [τὴν] Ῥώμην τοῦ σίτου παρακομιδὴν ἐτάχθη. Contra vs. 13 inserto articulo scribendum videtur: ἐπιτιμήσεως ἔτυχε (τῆς) προσηκούσης. Quae sequuntur reddunt horum verborum rationem, itaque sic scribenda sunt: ἡ γὰρ (legitur δὲ) σύγκλητος (αὐτοῦ insere) παρελομένη τὴν ἐξουσίαν παρέδωκεν ἄλλῳ (vulgatur ἄλλοις) τὴν ἐπιστασίαν ταύτην.

Fr. VI init. Πεσινοῦντος. Genuina forma est Πεσσινοῦντος. Ib. vs. 26 lego: ποιησάμενος δὲ λόγους ἀπὸ τῶν ἐμβόλων pro ἐπὶ κτέ., quod Graecum non est. Mox vs. 36: ἐπὶ τὰ ἔμβολα. Ubi significantur *rostra Romana*, usitatius est genus masculinum οἱ ἔμβολοι.

Fr. VII (XIV) absurde vulgatur: ἰμπεράτορα αὐτὸν ἀναγορεύειν καὶ ἀποκαλεῖν. Legendum: ἐπικαλεῖν.

Fr. VIII (XV § 2) triplici mendo liberanda sunt vocabula (vs. 27): πιναρὰν δὲ μεταμφιασάμενος (ἐσθῆτα) καὶ κόμην καὶ πώγωνα τρέφων περιῄει εἰς τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ὄχλους καὶ τοῖς μὲν πρὸς τὰ γόνατα πίπτων τοῖς δὲ ταῖς χερσὶν ἐπιφυόμενος ἐδεῖτο κτέ. Corrigas: πιναρὰν δὲ μεταμφιεσάμενος — περιῄει [εἰς] τοὺς — ὄχλους καὶ — τοῖς δὲ ταῖς χερσὶν ἐμφυόμενος κτέ. Quis ignorat versum Homericum, qui toties recurrit: ἔν τ' ἄρα οἱ φῦ χειρὶ ἔπος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζεν? Quod ad praepositionem attinet, quam e dittographia natam post περιῄει expunxi, conferas v. c. lib. XI c. 57: περιῄει τοὺς ἀρίστους τῶν Περσῶν ἀξιοῦσα κτέ. Ita solent omnes, neque aliter Graece scribi potest. Restat in hoc excerpto emendandus vs. 25: διὰ τὸ μέγεθος τῶν ὑποκειμένων ἀγώνων. Equidem certe malim ἐπικειμένων i. e. *imminentium*.

ADN. AD LIB. XXXVII.

Fr. I p. 168: ἐκεῖνοι μὲν ἔτεσι δέκα τὰς ἐν τῇ Τρῳάδι πόλεις κατεπολέμησαν. Lege: ἐκεῖνοι μὲν ἐν ἔτεσι κτέ. Ibid. p. 169 vs. 9 (I § 4): Ῥωμαῖοι κατὰ τοὺς νεωτερικοὺς καιροὺς δορίκτητον ἐποιήσαντο τὴν Μακεδονίαν. Voluit opinor: κατὰ τοὺς νεωτέρους καιροὺς κτέ., nam quod vulgatur barbarum est. Recte, si forte tibi non persuadeo, eadem verba scripta invenies in fr. III h. l. vs. 34.

Lacunosa sunt quae leguntur ib. vs. 18: Κίμβρους δὲ ταῖς μὲν ὄψεσι γίγασι παρεμφερεῖς, ταῖς δ' ἀλκαῖς ἀνυπερβλήτους· οὗτοι γὰρ κτέ. Supplendum videtur: Κίμβρους δὲ (τί δεῖ καὶ λέγειν) ταῖς κτέ. Deinde vero addita praepositione vide an scribendum sit:

ταῖς μὲν προσόψεσι γίγασι παρεμφερεῖς, ταῖς δ' ἀλκαῖς ἀνυπερβλήτους κτέ. Prope finem huius excerpti non expedio verba: *καὶ τῶν ἐξ αἰῶνος ἀρίστων κεκριμένων ἐλθόντων εἰς αἵρεσιν καὶ φιλοτιμίαν*, nam quo sensu *αἵρεσις* h. l. dictum sit, frustra quaesivi. An fortasse auctor dederat *ἐλθόντων εἰς ἔριν καὶ φιλοτιμίαν*? Quominus coniiciamus *εἰς διάστασιν* hoc obstat, quod in proxime praegressis eo vocabulo usus est, *διάκρισιν* non plane satisfacit, et *διαφορὰν* nimis vulgatae est dissimile. Nihil igitur, quod et propius absit a vulgata et melius loco conveniat, reponi posse arbitror. Xenophon in Cyrop. VIII : 2, 26 iunxit: *ἔριδας καὶ φιλονεικίας*, neque aliter Diod. XIII : 48 prope initium: *ἔρις καὶ φιλονεικία πρὸς ὄλεθρον ἀνήκουσα.* Nec tamen propterea sollicitaverim l. n. *φιλοτιμίαν*, quod eodem sensu dictum est, quo saepius apud nostrum invenitur v. c. XI c. 52: *ἀεὶ δὲ μᾶλλον τῆς διαφορᾶς συναυξομένης καὶ πολλάκις φόνων γινομένων, τὸ τελευταῖον εἰς ὁλοσχερῆ φιλοτιμίαν ὥρμησαν.* Scribis autem Christianis imprimis placuisse substantivum *αἵρεσιν*, non est quod miremur.

Fr. II, p. 170 vs. 11: *ἐν τούτῳ τῷ πολέμῳ ποικίλα καὶ πολύτροπα πάθη καὶ πόλεων ἁλώσεις ἑκατέρῳ μέρει τῶν διαπολεμησάντων συνέβη.* Corrigendum videtur: *καὶ πολλαὶ πόλεων ἁλώσεις συνέβησαν* aut: *καὶ πολλὰς πόλεων — συνέβη (γενέσθαι).* Ib. vs. 35 necessario reponendum: *καὶ στρατηγοὺς ὑπέταξαν αὐτῷ ἐξ* pro *ἔταξαν κτέ.* Ibidem scribendum: *τὰ πρὸς δυσμὰς καὶ ἄρκτον νεύοντα μέρη* expuncto articulo ante *ἄρκτον*, ut mox recte legitur: *τὴν πρὸς ἕω καὶ μεσημβρίαν νεύουσαν προσώρισαν Γαΐῳ Μοτύλῳ.* Minus certum est, quomodo emendandus sit locus p. 171 : 29: *ἐπικρατούντων δ' ἐπὶ μᾶλλον καὶ μᾶλλον τῶν Ῥωμαίων.* Nam utroque modo recte dicitur *ἐπὶ μᾶλλον* et *μᾶλλον καὶ μᾶλλον*; sed *ἐπὶ μᾶλλον καὶ μᾶλλον* nihil significat. Possis igitur: *ἐπικρατούντων δ' ἐπὶ μᾶλλον τῶν Ῥωμαίων*, aut *ἐπικρατούντων δὲ μᾶλλον καὶ μᾶλλον κτέ.* Neque utra sit correctio lenior facile dixeris; nam *ἐπὶ* ex *ἐπικρατούντων* male repetitum esse potuit; *καὶ μᾶλλον* nasci potuit e dittographia vel ex interpretamento.

Cuius interpretandi libidinis novum exemplum dabit p. 172 (II § 12), ubi legimus vs. 4: *ἀντιποιουμένων πολλῶν ἐνδόξων [τὸ τυχεῖν] τῆς κατὰ Μιθριδάτου στρατηγίας*; ubi fraus vel inde manifesta est, quod verbum *ἀντιποιεῖσθαι* cum Genitivo construitur. Quamquam igitur, ut redeamus ad locum nostrum, vulgata lectio alterutram correctionem suadere videtur, tamen vereor ne utrique obstet usus Diodori, quippe apud quem nusquam alterutra formula se mihi obtulerit, sed in quavis fere pagina eodem sensu legatur *ἀεὶ μᾶλλον*. Mox vs. 17: *μέρος δ' ἐπὶ τῆς πολιορκίας τοῦ στρατεύματος καταλιπόντες τῇ λοιπῇ τὸ Ῥήγιον ἰσχυρῶς ἐπολιόρκουν*. Vocabula *τῇ λοιπῇ* non habent quo referantur. Nisi igitur exciderit *στρατιᾷ*, reponendum *τῷ λοιπῷ* (scil. *στρατεύματι*). Ibid. vs. 28, duabus litteris repetitis, legi debet: *ἔπεσεν ἐν τοῖς πολέμοις*.

In fr. III vs. 15 (§ 5): *τοῦ μὲν γὰρ οἴνου τὸ κεράμιον ἐπωλεῖτο δραχμῶν ἑκατόν, τῶν δὲ Ποντικῶν ταρίχων τὸ κεράμιον δραχμῶν τριακοσίων*. Suspectum habeo vocabulum *οἴνου*, quia sensus aperte requirit nomen vini alicuius generosissimi. Quod suspicor fuisse *Chium* propter ea quae supra dixit vs. 9: *τῶν δ' οἴνων ὁ μὲν μετρίως τέρπων τὴν γεῦσιν ἀπεδοκιμάζετο, Φαλέρνος δὲ καὶ Χῖος καὶ πᾶς ὁ τούτοις ἐφάμιλλον ἔχων ἡδονὴν — ἀνέδην ἀνηλίσκοντο*. Olim igitur, ni fallor, apud Diodorum legebatur: *τοῦ μὲν γὰρ Χίου τὸ κεράμιον κτέ*. Mox superveniens nescio quis de more superscripsit interpretandi causa *οἴνου*, quod interpretamentum, ut saepissime factum est, genuini vocabuli sedem occupasse videtur. In eiusdem fragm. initio dubito an recte legatur: *μετέπεσεν ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸ τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς εἰς ὀλέθριον ζῆλον*. Nam Diodorus, ut Polybius, in hac periphrasi solet adhibere articuli formam neutram pluralis numeri, ita ut potius scripsisse videatur: *τὰ τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς* = *ἡ ἀρχαία ἀγωγή*. Ceterum potuisset: *τὸ τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς αὐστηρόν*, cf. lib. XXXV fr. XLVIII prope finem. Tandem in extremo l. n.: *καὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον περίοπτον ὄντα διὰ τὴν ἐξουσίαν ἀρχέτυπον εἰς μίμησιν τιθέναι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων*, exspectaveris verbum compositum *προτιθέναι*.

Valde mihi suspecta est scripturae fides in fr. V, ubi legimus: *μνησθήσομαι τινῶν παραδείγματος ἕνεκα καὶ ἐπαίνου δικαίου καὶ τῷ κοινῷ βίῳ συμφέροντος, ἵν' οἱ μὲν πονηροὶ τῶν ἀνθρώπων διὰ τῆς κατὰ τὴν ἱστορίαν βλασφημίας ἀποτρέπωνται τῆς ἐπὶ τὴν κακίαν ὁρμῆς, οἱ δ' ἀγαθοὶ διὰ τοὺς ἐκ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐπαίνους ἀντέχεσθαι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ὀρέγωνται.* An haec significare possunt: *διὰ τοὺς ἐκ τῶν ἀεὶ ζώντων ἀνθρώπων ἐπαίνους?* Multum dubito. Fortasse scriptor dederat: *διὰ τοὺς ἐκ τῆς αἰωνίου μνήμης ἐπαίνους*, i. e. *ἀειμνήστους ἐπαίνους*, cf. fr. XVIII (libri XXVII) p. 60 vs. 8.

Fr. VI (V): *ὅτι Κόιντος Σκαιουόλας μεγίστην εἰσηνέγκατο σπουδὴν διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς διορθώσασθαι τὴν φαυλότητα τοῦ ζήλου.* Supplendum videtur: *τοῦ (τότε) ζήλου.*

Fr. X vs. 10: *ὃς ἦν Γάιος ἐπικαλούμενος δὲ Λόγγος.* Ipse certe Diodorus sic scribere non potuit; nam Graecum est: *ὃς ἦν Γάιος (μὲν ὄνομα), ἐπικαλούμενος δὲ Λόγγος.* Mox legendum: *σημεῖον δὲ τῆς μὲν εὐσεβείας κτέ.* Vs. 16: *τὸ δὲ τῆς παιδείας τε καὶ φιλανθρωπίας τὸ προτιμᾶσθαι παρ' αὐτῷ περιττότερον τοὺς πεπαιδευμένους.* Malim cum Dindorfio: *τῆς δὲ παιδείας κτέ.*, deleto articulo. Idem recte *καὶ* expungendum esse iudicat in fine excerpti: *καὶ πάντα φιλοτεχνῶν [καὶ] πρὸς ἐπανόρθωσιν τῆς ἐπαρχίας.*

Fr. XII init. legendum: *τὴν (μὲν) συκοφαντίαν κτέ.* In fine reponas: *ἀποκατέστησε* pro *ἀπεκατέστησε.*

Fr. XIII extr. (IX): *ἀκρίτως ἀνῃρέθη.* Lege: *ἄκριτος.* Caeterum Gracchi *ἀπόφθεγμα* non expedio: *κἂν ἀποθάνω οὐ διαλείψω τὸ ξίφος ἀπὸ τῆς πλευρᾶς τῶν συγκλητικῶν διηρμένον.* Intelligerem, si scriberetur in hunc modum: *οὐ διαλείψω τὸ ξίφος κατὰ τῆς πλευρᾶς τῶν συγκλητικῶν διηρμένος*, collato Plutarchi loco in vita Camilli c. 27: *Μάλλιος — ἀπαντήσας δυσὶν ὁμοῦ τῶν πολεμίων τοῦ μὲν ἔφθασε διηρμένου κοπίδα τῷ ξίφει τὴν δεξιὰν ἀποκόψας κτέ.*; cf. Plut. Lys. 15 et Lucian. Tox. 40. Hinc substantivum *δίαρσις* apud Polyb. II : 33: *ἡ ἐκ διάρσεως μάχη*, i. e. (interprete Schweighausero) *pugna quae fit caesim feriundo* (nempe gladio). Componas cum l. n. fr. LI

lib. XXXIV. Sensus autem loci ita correcti hic erit: *Vel si morte mihi constabit non desinam umquam gladium strictum tenere adversus senatores.* Prope finem legimus: ὁ δὲ ῥηθεὶς λόγος ὥσπερ τις θεοῦ χρησμὸς ἀκόλουθον ἔσχε τοῖς ῥηθεῖσι τὸ ἀποτέλεσμα. Alterutrum abundat aut ῥηθεὶς aut τοῖς ῥηθεῖσι. Fortasse Diodori manus est: ὁ δὲ ῥιφεὶς λόγος κτἑ.

Fr. XIV extr. (X) supple: ὅτι ὅδε (ὁ) νόμος κύριός ἐστι τῶν πολιτῶν πλὴν (τοῖν) δυοῖν Δρούσων. Prior articulus est in cod. Vat. Contra male abundat copula ibid. in verbis: διὸ καὶ νόμου τινὸς προκειμένου [καὶ] προσφάτως κεκυρωμένου.

Fr. XV (X § 2) init.: ὅτι Μάρκος Λίουιος Δροῦσος ἀνὴρ νέος μὲν τὴν ἡλικίαν, κεκοσμημένος δὲ πᾶσι τοῖς πρωτείοις. πατρός τε γὰρ κτἑ. Optime haec habebunt, si scripseris: ἀνὴρ (ἦν) νέος μὲν — πρωτείοις κτἑ. In vicina legitur: αὐτὸς δ' ὑπῆρχε λόγῳ μὲν δεινότατος τῶν ἡλικιωτῶν. Graecum est δεινὸς λέγειν, δεινὸς τοὺς λόγους, et δεινὸς ἐν τοῖς λόγοις; sed quod hic legitur δεινὸς λόγῳ, mihi quidem inauditum est. Diodorus certe non ita scribere solet, sed frequens est apud eum formula λόγῳ δυνατός, quare videas an h. l. dederit: λόγῳ μὲν δυνατώτατος cf. v. c. lib. XIII : 37.

Fr. XVI (X § 3): ἐξαμαρτήσαντας. Lege: ἐξαμαρτόντας.

Fr. XVII (XI) init.: ὄμνυμι τὸν Δία τὸν Καπετώλιον. Lege: Καπετώλινον. Ibid. vs. 35: μηδεμιᾶς φείσασθαι ψυχῆς. Corrigas: φείσεσθαι cum palimpsesto, nam pendent haec a verbo ὄμνυμι.

Fr. XVIII (XII) vs. 12 reponendum expuncta praepositione: οὐ γὰρ μόνον [ἐν] τοῖς λόγοις ἐκίνει γέλωτα (male vulgatur γέλωτας, cf. v. c. Xen. Symp. I, § 14) ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν σιωπὴν καὶ ποιὰν (τοῦ) σώματος ἐπιστροφὴν ἅπαντας ἐποίει τοὺς θεωμένους μειδιᾶν κτἑ. Deinde dubito an vs. 15 recte dictum sit: διὸ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις μεγάλης ἀποδοχῆς ἐν τοῖς θεάτροις ἐπληροῦτο. Diodoro valde familiaris est locutio: μεγάλης ἀποδοχῆς τυγχάνειν sive ἀξιοῦσθαι s. καταξιοῦσθαι. Fortasse

ἐπληροῦτο ab eclogario uni horum verborum substitutum est, nisi suspicari mavis vulgatam lectionem corruptam esse ex ἐπηξιοῦτο. Facili negotio corrigi possunt quae ibidem leguntur vs. 21: οὐ γὰρ εἰμὶ Ῥωμαῖος, ἀλλ' ὅμοιος ὑμῶν ὑπὸ ῥάβδοις τεταγμένος περινοστῶ τὴν Ἰταλίαν; nam puerili errore sic editur pro: ἀλλ' ὁμοίως ὑμῖν κτέ. Praeterea in huius excerpti initio, inserto pronomine indefinito, legendum videtur: κωμῳδόν (τινα) ἐπὶ τῆς σκηνῆς ἀγωνιζόμενον κατέσφαξαν ἐν τῷ θεάτρῳ. Vs. 18 vix sana sunt verba: ὁ δὲ προαισθόμενος τὸ μέλλον τελεῖσθαι προῆλθεν ἐπὶ τὴν σκηνήν. Usus enim requirit verb. comp. συντελεῖσθαι, ut mox vs. 20 rectissime editur: ἐπ' ἀγαθῷ δ' εἴη συντετελεσμένον τὸ κακόν. Tandem vs. 25 verum videtur: οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ ἄλλα πρὸς διάχυσιν καὶ γέλωτα διελθὼν (pro διάλυσιν κτέ.) i. e. *ad risum hilaritatemque excitandam*, cf. fr. XXIII: ὁ δὲ Κρὴς διαχυθεὶς ἐπὶ τῷ ῥηθέντι κτέ.

Fr. XIX vs. 5: ἐπανῆλθεν ἐπὶ τὴν οἰκείαν. Malim: εἰς τὴν οἰκείαν. Sententia male procedit vs. 8: ἐκεῖνος γὰρ οὐχ ὡς ἐλευθέροις καὶ συμμάχοις ὁμιλῶν, ἀλλ' ὡς δούλοις ἐνυβρίζων καὶ φόβων μεγάλων ἀπειλαῖς παρώξυνε τοὺς συμμάχους ἐπὶ τὴν καθ' ἑαυτοῦ καὶ τῶν ἄλλων τιμωρίαν. Parum lucraremur deleta copula ante φόβων, nam scire velim quid rei sint φόβων μεγάλων ἀπειλαί. Etenim minari solemus μεγάλα κακὰ non φόβους μεγάλους. Equidem optime in ordinem locum redigi posse existimo reponendo: καὶ φοβῶν μεγάλαις ἀπειλαῖς παρώξυνε τοὺς συμμάχους κτέ. Forma activa verbi φοβεῖν scribis minus nota has turbas dedisse videtur.

Duo excerpta, quae minime cohaerent, coaluerunt in unum fr. XXII. Alterum excerptum hoc est: οὗτος γὰρ — δόξης, alterum hoc: ἐπιστρέφειν δ' εἰώθεν usque ad finem fragmenti. In sequentibus ibidem denuo malim: τῶν τυραννικῶν παρανομημάτων pro ἀνομημάτων.

Mendis scatet fr. XXIII (XVII) sed talibus, qualia nullo negotio elui possint; vs. 10 supplendum: τίνα δώσεις (μοι) μισθὸν τῆς σωτηρίας, ubi pronomen excidit propter consimile vocabuli

sequentis initium; deinde: ὁ (δὲ) στρατηγὸς εἶπε κτέ. Misere interpolata sunt sequentia, in quibus vel ipsa orationis scabrities arguit magistellum: ὁ δὲ Κρὴς διαχυθεὶς ἐπὶ τῷ ῥηθέντι «πολιτεία» φησὶ «παρὰ Κρησὶν εὐφημούμενός ἐστι λῆρος. τοξεύομεν γὰρ ἐπὶ τὸ κέρδος, [καὶ πᾶν βέλος ἡμῶν χάριν καὶ ἀργυρίου] νεμόμενοι πᾶσαν χώραν καὶ θάλατταν. διὸ κἀγὼ νῦν ἀ ρ γ υ ρ ί ο υ χ ά ρ ι ν ἥκω. Vides, credo, unde sumserit bellam adnotatiunculam interpolator. Deinde ioculari errore ipsum contrarium editur quam id quod auctorem voluisse apertum est. Sequuntur enim haec: τὰ δὲ τῆς πολιτείας τίμια τοῖς περὶ ταύτης νῦν διαφερομένοις π α ρ α χ ώ ρ ε ι, οἵτινες αἵματος ἀγοράζουσι λῆρο ν περιμάχητον. Immo vero: λῆρον ο ὐ περιμάχητον, i. e. *nugas certamine prorsus indignas*. Praeterea nescio an scribere praestiterit: τὰ δὲ τῆς πολιτείας τίμια τοῖς περὶ ταύτης νῦν διαφερομένοις π α ρ α χ ω ρ ῶ, i. e. οὐκ ἀντιποιοῦμαι τούτων, *sed cedo iis, qui nunc de istis contendunt*. Non enim poterat consul Iulius civitatem concedere Italicis, sed pendebat ea res ab arbitrio P. R. Si contra scripseris quod ego proposui, Cretensis dictum erit aliquanto lepidius. Tandem praetulerim: πρὸς ὃν γελάσας ἀ ν ὴ ρ εἶπε «γενομένης ἡμῖν τῆς ἐπιβολῆς χαρ ι ο ῦ μαί σοι χιλίας δραχμάς,» pro vulgatis lectionibus ὁ ἄνθρωπος, quod cum contemptu dici solitum minime huic loco convenit, et χαρίσ ο μαι.

Certius tamen est in fr. XXVII pro τῶν περὶ ψυχῆ ς παθῶν requiri τ. π. ψυχὴ ν παθῶν, uti recte iam Mullerum video edidisse. B. de more retinuit vulgatam, quae quam absurda sit nemo ipso melius novit. Uterque eorum mendosum reliquit fr. XXVIII (XX § 2): ὅτι αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαὶ μετέχουσι θείας τινὸς φύσεως ἐνίοτε προκαταμαντευόμεναι τὰ μέλλοντα, καὶ κατά τινας φυσικὰς εἰδωλοποιίας προορῶ ν τ α ι τὸ συμβησόμενον. Manifestum est D. dedisse προορώ μ ε ν α ι τὸ συμβησόμενον, quae forma media hoc sensu post Alexandrum multo frequentior est quam forma Activa προορᾶν, qua utuntur antiquiores.

Duplex vitium eximendum e fr. XXIX (XX § 3), quorum mendorum alterum levius est, gravius alterum. Illud peperit Infinitivum

κατασφάττειν, qui soloece sequitur post *ἀπειλούντων*, sed in salvo res est, nam palimpsestus recte mihi dedit *κατασφάξειν*, quod dudum de coniectura fuisset reponendum. Sine codicis auxilio veram lectionem indagabimus in sequentibus. Narrantur autem Itali, quum Pinnenses in bello sociali arma contra Romanos sumere nollent, minati esse se, ni ipsis obtemperassent, eorum liberos ante moenia urbis esse trucidaturos. Sequuntur tum haecce: *οἱ Πιννῆται ἐγκαρτεροῦντες τοῖς δεινοῖς ἔδωκαν ἀπόκρισιν, ὅτι τέκνων στερηθέντες ἕτερα ῥᾳδίως ποιήσουσιν, ἐὰν τηρήσωσι τὴν πρὸς Ῥωμαίους συμμαχίαν.* Quovis pignore contendam in hac periodo labem contraxisse verbum *ποιήσουσιν*, quod hic est tam languidum et ineptum, quam aptum foret illud, unde vulgatam lectionem proclivi errore natam esse mihi persuadeo. Nempe responderunt, ni fallor, Pinnenses se liberis orbatos eo aequiore animo alia mala laturos esse, quae ex servato foedere cum Romanis nascerentur. Itaque sine ulla controversia rescribendum erit: *ὅτι τέκνων στερηθέντες ἕτερα ῥᾳδίως ὑποίσουσιν κτέ.* cf. fr. XXXI: *τοιαῦτα — δεινῶν ὑπομονάς*, quae ad eandem rem pertinere videntur.

Vocula delenda videtur in extremo fr. XXX (XX § 4), ubi sic hodie legimus: *ἐπικαλεῖσθαι τὸν πάντων ἐφορῶντα τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ἥλιον σῶσαι ψυχὰς νηπίων παίδων.* Sol recte dicitur *ἐφορᾶν τὸν πάντων ἀνθρώπων βίον*; non item *πάντων τῶν ἀνθρώπων*; quare nostro loco rescribatur: *ἐπικαλεῖσθαι τὸν πάντων ἐφορῶντα τὸν βίον ἀνθρώπων κτέ.*

Fr. XXXII (XXII): *ὅτι οἱ μὲν Ἰταλιῶται πολλάκις ὑπὲρ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἠγωνισμένοι λαμπρῶς τότε περὶ τῆς ἰδίας κινδυνεύοντες ὑπερέβαλλον ταῖς ἀνδραγαθίαις τὰς προγεγενημένας νίκας, οὐδὲ Ῥωμαῖοι πρὸς τοὺς πρότερον ὑποτεταγμένους αὐτοῖς ἀγωνιζόμενοι δεῖν ἡγοῦντο φανῆναι τῶν ἡττόνων ἥττους.* Facillime haec intelliguntur, et paucissimi in his verbis haerebunt. At vel sic tamen laborat verborum compositio, nam male inter se opponuntur vocabula: *οἱ μὲν Ἰταλιῶται* et *οὐδὲ Ῥωμαῖοι κτέ.* Ex parte opem fert cod. Vaticanus, in quo manifesto legitur: *οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κτέ.*; unde apparet rescribendum esse: *οἱ δὲ*

Ῥωμαῖοι — ἀγωνιζόμενοι δεινὸν ἡγοῦντο φανῆναι τῶν ἡττόνων ἥττους, i. e. **Romanis vero indignum videbatur cet.** Inter δεῖν et δειν̇ (, sic enim ταχυγραφικῶς pingitur δεινόν,) tam leve intercedit discrimen, ut in evanido palimpsesto, in quo accentus saepissime distingui omnino nequeant, fieri possit, ut revera id legatur, quod sententiae unum convenire palam est.

Fr. XXXIII (XXIII). Lege: ὅτι ὁ [δὲ] Λαμπώνιος κτέ.

Fr. XXXIV (XXIV). Lege: ἡ φύσις αὐτὴ προετρέπετο πρὸς [τὴν] ἀλκήν. Ibidem prope finem suppleverim: ὑπέμενεν (οὖν) ἕκαστος κτέ., ut recte haec cohaereant cum praecedentibus. Contra in fr. XXXVI deleverim copulam male abundantem in verbis: ἀκολούθως δὲ τούτοις καὶ κατὰ τὴν παρουσίαν τοῦ βασιλέως ἀπήντων αἱ πόλεις κτέ. Incredibile dictu est, quoties sequens aut praegressum κατὰ copulam pepererit.

Fr. XXXVII (XXVII). Lege: οἱ δ' ἀθρόοι προσπεσόντες τούτῳ καὶ τὸν Ἀκίλιον (συν)αρπάσαντες ἔδησαν, ut mox recte scribitur: φθάσας γὰρ τοὺς μέλλοντας συναρπάζειν αὐτόν. Deinde scripserim: ὡς καλλίστην τῷ βασιλεῖ καὶ κεχαρισμένην δωρεὰν ἐπιπέμψοντες pro ἐκπέμψοντες.

Fr. XXXVIII (XXVIII). Lege: τέχνη κυβερνητῶν, τάξις [τῶν] νεῶν, ἐρετῶν ἐμπειρία, δυνάμεις ἡγεμόνων, ἐπιβατῶν ἀρεταί. Praeterea fere malim: ἐμπειρίαι κτέ. Articulus deleatur in his: καὶ ἡ πάντων [τῶν] κακῶν παραίτιος ἀταξία.

Fr. XL: ὅτι Γάιος Μάριος τῶν ἀνθρώπων ἐπιφανέστατος γεγονώς. Graecum est: πάντων ἀνθρώπων κτέ. Ib. vs. 29: οὐ μόνον δὲ τὸν ἐπιθυμηθέντα πλοῦτον οὐκ ἔλαβε κτέ. Probat his verbis Diodorus id quod in praegressis dixerat: Μάριον τῇ προσηκούσῃ περιπεσεῖν τιμωρίᾳ, itaque scripsit: οὐ μόνον γὰρ κτέ. Ibid. p. 183 vs. 11 denuo corrigatur: μιαιφονηθέντες ἄκριτοι pro ἀκρίτως, ut ἀκριτώτατα edi solet.

Fr. XLI init.: ὅτι ὁ περιμάχητος ἀνθρώποις πλοῦτος μεγάλαις περιβάλλει συμφοραῖς ἐνίοτε τοὺς ἐπιθυμήσαντας μεταλαβεῖν. Supplendum e palimpsesto: (αὐτοῦ) μεταλαβεῖν. Utinam idem codex subvenisset sequentibus: προτρεπόμενος γὰρ εἰς ἀδίκους καὶ παρανόμους πράξεις, καὶ χορηγὸς γινόμενος πάσης ἀκρατοῦς

ἡδονῆς τοὺς ἄφρονας *χωρεῖ* πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων. Verbum χωρεῖν numquam sensu transitivo usurpari potuisse fere putidum est monere. Aliud igitur verbum in χωρεῖ delitescere dubium non est. Fallor, an genuina lectio haec est: τοὺς ἄφρονας *χειραγωγεῖ* πρὸς τὰ φαῦλα τῶν ἔργων? Sic v. c. fr. XXI: ἔτι (ὁ insere) τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔπαινος καὶ αἱ τῶν πονηρῶν βλασφημίαι μάλιστα δύνανται πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων τοῖς ἀνθρώποις, (lege: τοὺς ἀνθρώπους) *χειραγωγεῖν*.

Ibidem in fragmento tertio eorum, quae afferuntur ex Euripide, sic editur apud Bekk. vs. 5: πάντα θέλγεις· ἐπὶ γὰρ Ὀρφείαις *μελῳδίαις*. Cod. manifesto habet μὲν ᾠδαῖς, quod de coniectura restitutum esse video a Mullero.

Quae soluta oratione scripta post hoc fragmentum sequuntur, sic scribenda esse iudico: καίτοι γε πόσῳ κρείττω ἐστὶ *προφέρεσθαι* τῶν ποιημάτων τὰ τὴν ἐναντίαν τούτοις ἔχοντα παράκλησιν, pro vulgatis: καίτοι γε πόσῳ κρεῖτ*τόν* ἐστιν *ἐκφέρεσθαι* κτέ. Recte autem supra editur: παρ' ἕκαστα *προφέρονται* τούτους τοὺς στίχους τῶν ποιητῶν. Sic quoque lib. XXXII fr. XXIV de Africano post excidium Carthaginis Homericos versus afferente: καὶ τούτους (τοὺς) στίχους παρὰ τοῦ ποιητοῦ *προηνέγκατο*. De verbis ἐκφέρειν et προφέρειν confusis conferas Schaeferum ad Gregorium Corinthium p. 218 et p. 340.

ADN. AD LIB. XXXVIII ET XXXIX.

Pessime habitum est fr. I, in quo narrantur Romanorum legati venisse ad Cinnam, qui inimicitias cum eo componerent. Οἷς (nam ita D. pergit) ἀπόκρισιν ἔδωκεν ὁ ὕπατος ἐξεληλυθὼς *ὡς οὐ προσεδέξατο* τὴν ἐπάνοδον ἐν ἰδιώτου σχήματι ποιήσασθαι. Quae verba sic scripta nullam idoneam admittunt interpretationem. Non tamen dubium esse potest, quodnam fuerit Cinnae responsum. Nam respondit, ni egregie fallor, *se*, *qui consul urbem reliquisset*, *nolle eodem redire privatum*, i. e. se eo pacto esse rediturum, ut consulatum sibi redderent (cf. fr. III). Quae Graece fuerunt enuntianda et enuntiata

esse suspicor a Diodoro in hunc modum: — *ὅτι ὕπατος ἐξεληλυθὼς [ὡς] οὐ προσδέξαιτο τὴν ἐπάνοδον ἐν ἰδιώτου σχήματι ποιήσασθαι.*

Fr. II : 33: *εἰς μεγάλην ἦλθε διάτασιν πρὸς Ὀκτάουιον.* Male haec legit M.; nam cod. habet *διάστασιν*, quae lectio sola loco convenit. Deinde aliquid turbatum esse apparet vs. 37 sqq.: *καὶ γὰρ ἂν εἰ πάντες αὐτὸν καταλείπωσιν, ὅμως ἑαυτὸν διατηρήσειν ἄξιον τῆς ἡγεμονίας καὶ μετὰ τῶν τὰ αὐτὰ φρονούντων· ἐὰν δ' ἀπογνῷ κτέ.* Priorem sententiae partem sic scripserim: *κἂν γὰρ πάντες αὐτὸν καταλίπωσιν*, in sequentibus ambigo, utrum corrigendum sit: *καὶ ἄνευ τῶν ταὐτὰ φρονούντων*, an lacuna statuenda post *φρονούντων*, ut Mullerum fecisse video. Hoc certum est in huius excerpti fine requiri *ἀναδέξεσθαι* pro *ἀναδέξασθαι*.

Pessime depravatum est initium fr. III: *ὅτι Μερόλας ὁ αἱρεθεὶς ὕπατος εἰς τὸν τοῦ Κίννα τόπον, μετὰ τὸ σύνθεσιν ποιήσασθαι τὸ δήπερ αὐτὸν ὑπατεῦσαι ἔδοξε πρᾶξιν ἀγαθοῦ σφόδρα πολίτου πρᾶξαι.* Non enim apparet, a quonam subiecto suspensa sint verba: *σύνθεσιν ποιήσασθαι*, neque *δήπερ* Graecum vocabulum esse putaverim. Utrique malo fortassis non male medeberis rescribendo: *μετὰ τὸ σύνθεσιν ποιήσασθαι τὸν δῆμον, ἧπερ αὖθις ὑπατεύσει* (scil. *ὁ Κίννας*), *ἔδοξε πρᾶξιν ἀγαθοῦ σφόδρα πολίτου πρᾶξαι.* Malim tamen: *μετὰ τὸ σύνθεσιν ποιήσασθαι τὸν δῆμον πρὸς τοῦτον (ἐπὶ τῷ) αὖθις ὑπατεῦσαι.* Certius est in sqq. scriptum oportere: *ἐπηγγείλατο γενήσεσθαι* pro *γενέσθαι.*

Fr. IV : 23: *Κόιντος δὲ Λουτάτιος ὁ Κάτλος τεθριαμβευκὼς μὲν ἐπισήμως ἀπὸ Κίμβρων, ἀγαπώμενος δ' ὑπὸ τῶν πολιτῶν περιττότερον, ὑπό τινος δημάρχου κατηγορίας ἐτύγχανεν ἐν τῷ δήμῳ θανάτου.* Transponendus videtur articulus post *Κάτλος*, quo facto nihil amplius erit in quo iure haereas. Ib. vs. 27: *ἧκεν εἰς τὸν Μάριον.* Graecum est hac in re *πρός.* Rursus peccatur contra constantem scribendi usum Graecorum vs. 29: *τότε δ' ἔκ τινος ὑποψίας ἀλλοτρίως ἔχων πρὸς αὐτὸν τοῦτο μόνον ἀπεκρίθη θανεῖν δεῖ.* Lege: *τοσοῦτο μόνον ἀπεκρίθη κτέ.*, i. e. *haec pauca respondit*. Ibid. vs. 32 inserta praepositione necessaria

scribendum: *ἑαυτὸν ἐκ τοῦ ζῆν μετέστησεν.* Tandem vitiosum esse arbitror ultimum huius excerpti vocabulum: *τῇ τῆς ἀναπνοῆς φθορᾷ περιπνιγὴς γενόμενος ἀπήλλαξεν.* Voluit, ni fallor, *μετήλλαξεν* i. e. *ex vita discessit.* Lacunam, quam recte statuerunt viri docti post *γὰρ* (fr. VI) in vocabulis: *κάλλιστον γὰρ . . . τοῖς ἀσεβῆ βίον αἱρουμένοις πρὸς διόρθωσιν κακίας ἀπελέλειπτο,* non male expleveris scribendo: *κάλλιστον γὰρ (τοῦτο νουθέτημα) τοῖς ἀσεβῆ κτέ.*; collato loco simili libr. XXXII fr. XXVI: *ἀλλ' ὁρῶ μέρος οὐκ ἐλάχιστον πρὸς διόρθωσιν τῶν ἁμαρτανομένων* (vulgo male *ἁμαρτανόντων*, quod palimpsesti ope correxi) *συμβαλλόμενον τοῖς ἀνθρώποις τὰ διὰ τῆς τῶν ἀποτελεσμάτων πείρας νουθετήματα.* Nostro autem loco *τὸ διὰ τῆς τῶν ἀποτελεσμάτων πείρας νουθέτημα* erat Marianorum, *τῶν προϋπαρξάντων τῆς μιαιφονίας*, interitus.

Fr. VII. *Σύλλας — ἐπέβαλε τὰς χεῖρας τρισὶν ἱεροῖς, ἐν οἷς ἀναθημάτων — πλῆθος ἦν ἐν μὲν Δελφοῖς τῷ Ἀπόλλωνι καθιερωμένα.* Immo: *καθιερωμένων.* In fine excerpti legitur: *εὐτραπελευόμενος δ' ἀπεφαίνετο κρατεῖν τῷ πολέμῳ πάντως διὰ τὸ τοὺς θεοὺς αὐτῷ συνεργεῖν εἰσενηνοχότας χρημάτων πολύ τι πλῆθος αὐτῷ.* Suspicabar: *εἰσενηνοχότας (δῆθεν) χρημάτων κτέ.*, quae particula fere sollemnis est in huiusmodi sententia ironica, sed fieri potest, ut sic coniiciens nimium huic scriptori tribuerim. Certum vero est pro *κρατεῖν* requiri *κρατήσειν.*

Fr. VIII prope finem: *ἀποδιδόναι τὰ διηρπασμένα* pervulgato errore scriptum pro *τὰ ἡρπασμένα.* Ibidem vs. 29: *ὁ δὲ τὴν πᾶσαν αἰτίαν ἐπὶ τοὺς στρατιώτας ἀνέπεμπε.* Verum videtur: *εἰς τοὺς στρατιώτας*, ut recte editur in fr. VI. *τὴν τιμωρίαν εἰς τὴν τῶν θεῶν πρόνοιαν ἀνέπεμπον.* Tandem requiro: *τοῦ δὲ Φλάκκου μὲν μετ' ἀνατάσεως — τῶν δὲ στρατιωτῶν οὐ κτέ.* Epitomatori tribuerim sordidum scribendi genus in noni excerpti fine: *τὰς δὲ μὴ ὑπακουσάσας πόλεις ἐκπολιορκῶν εἰς διαρπαγὴν ἐχαρίζετο τοῖς στρατιώταις. καὶ Νικομήδειαν παρέδωκε τοῖς στρατιώταις εἰς διαρπαγήν.* Nam Graeci scribere solent in hunc modum: *τὰς δ' ἄλλας τὰς μὴ κτέ. — καὶ δὴ καὶ Νικομήδειαν*, omissis iis, quae sequuntur.

Initium fr. X (VIII § 3) inserta praepositione sic recte scriptum erit: *ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ (εἰς) Κύζικον παρελθὼν κτέ.*

Fr. XI init.: *ὅτι ὁ Φιβρῖνος τὴν ἐπαρχίαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοσούτοις περιέβαλεν ἀτυχήμασιν, ὅσοις εἰκὸς ἦν περιβαλεῖν ἐξουσίαν τοῦ πράττειν ὃ βούλεται τηλικαύτῃ δυσσεβείᾳ περιπεποιημένον.* Melius haec intelligentur, revocato articulo *τὸν* ante *ἐξουσίαν.*

Celebrantur in fr. XII laudes Pompeii Magni. In medio fere excerpto sic legitur: *πρὸς δὲ τὸν ὕπνον ἀπεμέριζε χρόνον ἐλάττονα τῆς ἐκ Φύσεως ἀνάγκης τὸν δ' ἐν νυκτὶ πόνον παρεδίδου τὴν μεθ' ἡμέραν ἐπιμέλειαν, ἐπαγρυπνῶν τοῖς τῆς στρατηγίας ἐντεύγμασι.* Mullerus ex Valesii coniectura edidit: *τῇ μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείᾳ.* Sic scribendum esse mihi quoque primo obtutu videbatur, sed postea hanc coniecturam ut *παραδιόρθωσιν* repudiavi, quippe qua nihil lucremur, quoniam vel sic mutata periodus sano sensu vacua manere mihi videtur. Gravius aliquid peccatum esse a scribis suspicor. Si non ipsa verba, loci certe sententiam assecutus esse mihi videor reponendo: *τὸν γὰρ ἐν νυκτὶ πόνον προσετίθει τῇ μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείᾳ, ἐπαγρυπνῶν τοῖς τῆς στρατηγίας ἐντεύγμασι*, collato loco consimili lib. XIV c. 18: *καὶ τοῖς τῆς ἡμέρας ἔργοις ἔνιοι προσετίθεσαν καὶ μέρη τῶν νυκτῶν.* Lenius tamen eodem sensu locum refingere possis in hunc modum: *τὸν γὰρ ἐν νυκτὶ πόνον παρεξίσου τῇ μεθ' ἡμέραν ἐπιμελείᾳ.*

Vocabulum male divisum corruptelae causa fuisse videtur, qua laborat fr. XIII, ubi de eodem Pompeio Syllae iudicium traditur: *ὁ δὲ* (Sylla) *πολλῶν ἄλλων θαυμάσας τὸν νεανίσκον τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ συγκλητικοῖς ἐπέπληττε παρονειδίζων ἅμα καὶ προκαλούμενος πρὸς τὸν ὅμοιον ζῆλον· θαυμάζειν γὰρ ἔφησεν εἰ* (nam sic cod. Vat. hab. pro *ὅτι*) *νέος μὲν παντελῶς τηλικούτων στρατευμάτων πολεμίων ἀφήρπακεν, οἱ δὲ τῇ θ' ἡλικίᾳ καὶ τοῖς ἀξιώμασι πολὺ προέχοντες οὐδὲ τοὺς ἰδίους οἰκέτας εἰς συμμαχίαν γνησίαν δεδύνηνται παρέχεσθαι.* Suspicor manum Diodori me agnovisse rescribendo: *θαυμάζειν γὰρ ἔφησεν εἰ ὁ μὲν νέος ὢν παντελῶς τηλικοῦτον στράτευμα τῶν πολεμίων ἀνήρπακεν, οἱ δὲ κτέ.*, i. e. *se mirari si ille quidem admodum iuvenis*

tantum hostium exercitum ad internecionem ceciderit. Verbi ἀναρπάζειν hac in re usus notissimus est. Si quis forte ignorat, conferat Demosth. IX : 47, Herod. VIII : 28 et IX : 59 extr., Polyb. IV : 54, Plutarch. in Pomp. cap. VII, ubi hanc ipsam Pompeii victoriam narrat. Et tamen videndum est, an fortasse ἀφ ήρπακεν servari possit, ut haec referenda sint ad ea, quae Plutarchus narrat in cap. VI: ἐξανισταμένων δὲ καὶ ὑποχωρούντων, ὅσοι τὰ Κάρβωνος ἐφρόνουν, τῶν δ' ἄλλων ἀσμένως ἐπιδιδόντων ἑαυτοὺς, οὕτω κατανείμας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τρία τάγματα τέλεια κτὲ., collatis iis, quae ibidem praecedunt et Diodori fr. XII vs. 32. Praeterea ἀφαρπάζειν servandum esse suadent fere nostro loco opposita: οἱ δὲ τῇ θ' ἡλικίᾳ — οὐδὲ τοὺς ἰδίους οἰκέτας εἰς συμμαχίαν γνησίαν δεδύνηνται παρέχεσθαι.

Fr. IV pro: ζῶντα ἔ κ αυσαν, malim: ζῶντα κ α τ έκκυσαν.

Fr. XV: ὅτι τῷ Μαρίῳ τῷ υἱῷ Μαρίου ὑπατεύσαντι οὐκ ὀλίγοι καὶ τῶν κατὰ νόμον τετελεκότων τὴν στρατείαν ἐθελοντὴν ἔσπευσαν τ ῶ ν ν ε α ν ί σ κ ω ν κοινωνῆσαι τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἀγώνων καὶ πρεσβύτεροι ταῖς ἡλικίαις ὄντες ἐνδείξασθαι τοῖς νεωτέροις, ὅ τι δύναται πολεμικῶν ἔργων μελέτη καὶ συνήθεια παρατάξεων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν πολέμῳ δεινῶν. Mendosa esse vocabula τῶν νεανίσκων unusquisque videt sed facillima parata est medicina. Ego certe nullus dubito, demta una litterula, reponendum esse: ἔσπευσαν τ ῶ ν ν ε α ν ι κ ῶ ν κοινωνῆσαι τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἀγώνων κτέ.

Fr. XVI (XIII): Ἔλεγχοι πικροὶ κ α ὶ κατὰ πόλιν καὶ ἔθνος καὶ ποικίλαι πεῖραι προσήγοντο κτέ. Malim: Ἔλεγχοι πικροὶ [καὶ] κατὰ πόλιν καὶ ἔθνος κτέ.

Turpi errore in fr. XVII (XIV) extr. editur: ἐξαρπάσει τὸν Μάριον ἐκ τ ο ῦ Πραινέστου. Male hic palimpsestum legit Maius, nam recte habet: ἐκ τ ῆ ς Πραινέστου.

Fr. XIX (XVI): ὁ δὲ Σκιπίων ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀξίωμα μ ε θ ε ῖ ν α ι συναναγκασθεὶς εἰς ἰδιωτικὸν βίον καὶ ταπεινὸν σχῆμα κτέ. Praepositio εἰς arguit corruptum esse verbum μεθεῖναι. Duabus litteris additis, rescribendum videtur: μ ε τ α θ ε ῖ ν α ι — ε ἰ ς ἰδιωτικὸν βίον (i. e. ἀλλάξασθαι ἰδιωτικοῦ βίου) κτέ.

Fr. XX (XVII): *ὅτι οἱ τῶν Ῥωμαίων περιφανεῖς ἄνδρες ἐμιαιφονήθησαν ἐκ διαβολῆς*. Haud dubie dederat: *ὅτι — ἐπιφανεῖς ἄνδρες κτέ.* Praeterea pro *οἱ* aliquis malit *πολλοί*, nisi praestat reponere superlativum *ἐπιφανέστατοι*. Viri docti non perfecisse videntur inchoatam emendationem eorum, quae leguntur in excerpti fine, quaeque olim sic edebantur: *πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀδύτοις ἐπιβώμιος μιαιφονηθεὶς ἀπέσβεσεν ἂν τῷ αἵματι τὸ ἀκοιμίστῳ δεισιδαιμονίᾳ τηρούμενον πῦρ ἐξ αἰῶνος.* Reposuerunt enim *ἀκοιμήτῳ*, cum debuissent *ἀκοίμητον*, quod referatur ad subst. *πῦρ*, cf. Plutarch. Camill. c. 20: *τοῦτ' οὖν ἅτε δὴ περιττὸν ἄνδρα τὸν Νομᾶν* (male editur *Νουμᾶν*) *καὶ λόγον ἔχοντα ταῖς Μούσαις συνεῖναι διὰ σοφίαν ἐξοσιῶσαι, καὶ φρουρεῖν ἀκοίμητον ἐν εἰκόνι τῆς τὰ πάντα κοσμούσης ἀϊδίου δυνάμεως.*

Fr. XXI quomodo corrigendum sit, supra monui.

Fr. XXIII: *ἐν γὰρ τοῖς ἐπὶ πᾶσιν ὀνόμασιν εὑρὼν ἑαυτὸν προσγεγραμμένον.* Malim: *προγεγραμμένον* i. e. *proscriptum*. Deinde scribendum: *εὐθέως ἐγκαλυψάμενος τὴν κεφαλὴν προῆγε διὰ τοῦ πλήθους* i. e. *obvoluto capite proripuit se per multitudinem* pro *ἐπικαλυψάμενος* et *ἐλπίζων ποριεῖσθαι κτέ.* pro *πορίζεσθαι*. In fr. XXVI initio suppleatur: *ὅτι ἡ (μὲν) διὰ τῶν ὅπλων νίκη — τὰ δὲ κτέ.*

ADN. AD LIB. XL.

Statim in limine fr. I lectorem offendat necesse est soloeca verborum compositio: *ὅτι Μάρκος Ἀντώνιος συνθέμενος πρὸς Κρῆτας εἰρήνην, μέχρι μέν τινος ταύτην ἐτήρουν*, quae tolli possit rescribendo: *ὅτι Μάρκου Ἀντωνίου συνθεμένου κτέ.* Sequentia cum Dindorfio scribo sic: *μετὰ δὲ ταῦτα προτιθεμένης βουλῆς* pro *συντιθεμένης κτέ.* Ib. vs. 24: *καὶ πᾶσαν δεητικὴν προϊέμενοι φωνὴν ἐξεθεράπευον τοὺς τὸ συνέδριον συνέχοντας.* Vertunt *principes ordinis senatorii*, sed valde dubito an Graeca sic interpretari liceat, nam si hoc significare voluisset, debuisset saltem scribere: *τὸ συνέχον τοῦ συνεδρίου*, et ne sic quidem recte, quia haec formula tantummodo de *rebus*,

non de *personis* in usu esse videtur. Videas exempla quae multa e Polybio congessit Schweigh. in Lexico Polybiano. An forte verum est: *τοὺς τὸ συνέδριον συνάγοντας*, i. e. *eos quibus ius erat convocandi senatum?*

Fr. II vs. 11: *οἱ δ' ἐπιφανέστατοι πλείους ὄντες τῶν διακοσίων.* E praegressis apparet supplendum esse: *οἱ δ' ἐπιφανέστατοι (τῶν Ἰουδαίων) πλείους κτέ.* Similiter aliquid excidisse probabile est e verbis: *περὶ δὲ τῆς παρανομίας τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν εἰς Ῥωμαίους ἀδικημάτων πικρῶς ἐπιτιμήσας τοῖς περὶ τὸν Ὑρκανὸν κτέ.* Non enim de contumacia Iudaeorum, sed de iniustitia Hyrcani et Aristobuli in Iudaeos hic sermonem esse satis apparet ex antecedentibus, imprimis e vocabulis: *τούτους δὲ νῦν δυναστεύειν καταλελυκότας τοὺς πατρίους νόμους καὶ καταδεδουλῶσθαι τοὺς πολίτας ἀδίκως κτέ.* Quare reponendum esse suspicor: *περὶ δὲ τῆς παρανομίας (τῆς κατὰ) τῶν Ἰουδαίων καὶ τῶν εἰς Ῥωμαίους ἀδικήματων πικρῶς ἐπιτιμήσας τοῖς περὶ τὸν Ὕρκανον κτέ.* In fine excerpti sensus requirit: *εἰ ἀπὸ τοῦ νῦν πείσονται* (pro *πείθονται*), *συγγνώμης αὐτοὺς ἠξίωσεν.* Aliquanto vero maioris momenti est sustulisse errorem, qui funditus perdidit sensum huius periodi, quam modo iam ex parte attigimus: *οἱ δ' ἐπιφανέστατοι (τῶν Ἰουδαίων) πλείους ὄντες τῶν διακοσίων κατήντησαν πρὸς τὸν αὐτοκράτορα καὶ ἀπεφήναντο τοὺς προγόνους αὐτῶν ἀφεστηκότας τοῦ ἱεροῦ πεπρεσβευκέναι πρὸς τὴν σύγκλητον, καὶ παρειληφέναι τὴν προστασίαν τῶν Ἰουδαίων ἐλευθέρων καὶ αὐτονόμων.* Hyrcani et Aristobuli *πρόγονοι* erant illustris Maccabaeorum familia, quae non defecit, opinor, a *templo*, sed ab Assyriorum rege, Antiocho Epiphane, a. 167 a. C. n. Quare suspicor: *ἀφεστηκότας τοῦ Συρίου πεπρεσβευκέναι κτέ.*

Plura quoque legentem impediunt in fr. III. Minus enim recte scribitur vs. 32: *πολλῶν γὰρ καὶ παντοδαπῶν κατοικούντων ξένων* pro *μετοικούντων*, quod verbum de peregrinis sollemne est. Deinde haereo in verbis: *ὅπερ οἱ τῆς χώρας ἐγγενεῖς ὑπέλαβον, ἐὰν μὴ τοὺς ἀλλοφύλους μεταστήσωνται, κρίσιν οὐκ ἔσεσθαι τῶν κακῶν.* Pro *ὅπερ* requiri *διόπερ* manifestum est. Deinde dubito an recte dici queat *κρίσις τῶν κακῶν.* Nam *κρίσις* est earum

rerum, quarum incertus eventus est, v. c. *μαχῆς*, *πολέμου*, *ἀγῶνος*, similium. Equidem certe praetulerim, si scriberetur: *ἔκλυσιν οὐκ ἔσεσθαι τ. κ.* vel *ἔκβασιν*, ut loquitur noster v. c. XXIX, fr. IV: *οὐδεμίαν ἔκβασιν ἔχοντες τῶν κακῶν*. Certius est ibid. (p. 194) vs. 4 requiri: *ὧν ἡγοῦντο Δαναὸς καὶ Κάδμος τῶν ἄλλων ἐπιφανέστεροι κτέ.* pro *ἐπιφανέστατοι*. Ib. vs. 27, expleta lacuna, quae post *Ἰουδαίων* statuatur necesse est, scripserim: *διὸ καὶ βασιλέα μὲν μηδέποτε τῶν Ἰουδαίων (γίνεσθαι), τὴν δὲ τοῦ πλήθους προστασίαν δίδοσθαι διὰ παντὸς τῷ δοκοῦντι τῶν ἱερέων φρονήσει καὶ ἀρετῇ προέχειν*. Ib. p. 195 vs. 2 lego: *ἐποιεῖτο δὲ καὶ στρατείας ἐπὶ τὰ πλησιόχωρα τῶν ἐθνῶν* pro *εἰς κτέ.*; vs. 9 pro *ὀλιγανδρίαν* malim *ὀλιγανθρωπίαν* (*ὀλιγανίαν* compendium est, quo in codd. solet hoc vocabulum exarari), uti mox recte scribitur *ὀλιγανθρώπως*. Tandem in ipso fine interpretamentum, quo carebimus sine detrimento, reddas magistello scribendo: *πολλὰ τῶν πατρίων τοῖς Ἰουδαίοις [νομίμων] ἐκινήθη*.

Fr. IV. Nonnulla in hoc excerpto melius constitui possunt e palimpsesto Vaticano. Vs. 30: *Γαλατίαν τε καὶ τὰς ὑπερκειμένας χώρας* pro *ἔτι καὶ*; vs. 37: *καὶ τὴν κατὰ Κιλικίαν, Συρίαν, Ἰουδαίαν, Ἀραβίαν, Κυρηναϊκὴν ἐπαρχίαν*, addito ultimo vocabulo, quod Maii oculos effugerat. Pag. 194 vs. 1: *καὶ τὰ λοιπὰ φῦλα τὰ μεταξὺ Κολχίδος καὶ Μαιώτιδος λίμνης τὴν παράλιον διακατέχοντα* pro *κατέχοντα*. Tandem vs. 5 de coniectura suppleverim: *καὶ τὰς προσόδους Ῥωμαίων (ἃς μὲν) φυλάξας, ἃς δὲ προσαυξήσας κτέ.* Praeterea malim: *διαφυλάξας*.

Fr. V (V § 1) init.: *ὁ δὲ Μάρκος [ὁ] Κικέρων*. Articulus ante *Κικέρων*, quem expunxi, debetur M. errori. Idem gravius peccavit in sequentibus: *σιωπώντων δὲ τῶν πολλῶν διὰ τὴν κατὰ πρόσωπον ἐντροπήν, δι᾽ ἑτέρου τρόπου, καθάπερ ἐλέγξαι τὴν σύγκλητον ἀκριβῶς βουλόμενος, τὸ δεύτερον ἐπηρώτησε τοὺς συνέδρους, εἰ κωλύουσι Λεύκιον Κατιλίναν ἐκ τῆς Ῥώμης μεταστήσασθαι*. In his *κωλύουσι* est praepostera coniectura pro *κελεύουσι*, et *Λεύκιον Κατιλίναν* infelix M. suspicio pro eo, quod sibi legere videbatur, *Κόιντον Κατίλιναν*, nimis calide recepta a reliquis editoribus. Codex enim accuratius inspectus mani-

festo mihi obtulit hanc optimam lectionem: *εἰ κελεύουσι Κόιντον Κάτλον ἐκ τῆς Ῥώμης μεταστήσασθαι.* Sermo est de Q. Lutatio Catulo Q. F. Q. N., Ciceronis familiari, (saepius in huius scriptis memorato), qui consulatum gessit una cum M. Aemilio Lepido a. U. 676. Secutus postea Pompeii partes victoriam reportavit de eodem. Vir erat et propter gloriam paternam [1]) et ob suas virtutes auctoritate valde insignis, quo tempore Catilina coniuravit contra rempublicam. Cicero igitur, ut redeamus ad locum nostrum, interrogaverat senatores: *εἰ δοκεῖ μεταναστῆναι* (l. *μεταστῆσαι*) *τὸν Κατιλίναν ἐκ τῆς πόλεως.* Inter quos quum multi *διὰ τὴν κατὰ πρόσωπον ἐντροπὴν* conticuissent, Tullius *δι' ἑτέρου τρόπου, καθάπερ ἐλέγξαι τὴν σύγκλητον ἀκριβῶς βουλόμενος*, denuo senatores interrogat, iubeantne Quintum Lutatium Catulum (virum spectatissimum et optime meritum de republica) solum exsilii causa vertere. Tum vero una voce omnes, non ita se censere clamant, indignabundi ob novam hanc quaestionem. Nam hic sensus inesse debet verbis Graecis, quae corrupta deinde leguntur: *μιᾷ δὲ φωνῇ πάντων ἀναβοησάντων μὴ δοκεῖν, καὶ δυσχεραινόντων ἐπὶ τῷ πάλιν ῥηθέντι.* Requiritur enim sine controversia: *ἐπὶ τῷ πάλιν ἐρωτηθέντι.* Tum sequuntur haec: *ἐπὶ* (l. *πρὸς*) *τὸν Κατιλίναν*, (dele virgulam) *ἔφησεν, ὅταν τινὰ μὴ νομίσωσιν ἐπιτήδειον φυγῆς* (lege: *φυγεῖν*), *μεθ' ὅσης κραυγῆς ἀντιλέγουσιν, ὥστε εἶναι φανερὸν ὅτι διὰ τῆς φωνῆς ὁμολογοῦσι φυγήν.* Certa coniectura reperire potuisset, quod pro *φωνῆς* manifesto legitur in codice, *ὅτι διὰ τῆς σιωπῆς ὁμολογοῦσι φυγήν.* Praeterea turpe mendum eluendum restat vs. 20, ubi legitur: *εἰ κωλύουσι Κόιντον Κάτλον ἐκ τῆς Ῥώμης μεταστήσασθαι*; nam Graecum est *μεταστῆναι.* Adscribam nunc totum excerptum, ut palimpsesti ope et coniecturis a me restitutum est:

---

1) De patre sic scribit Diod. XXXVIII, fr. IV: *Κόιντος δὲ Λουτάτιος Κάτλος ὁ τεθριαμβευκὼς μὲν ἐπισήμως ἀπὸ Κίμβρων, ἀγαπώμενος δ' ὑπὸ τῶν πολιτῶν περιττότερον, ὑπό τινος δημάρχου κατηγορίας ἐτύγχανεν ἐν τῷ δήμῳ θανάτου.*

Ὅτι Λεύκιος Σέργιος ὁ ἐπικαλούμενος Κατιλίνας κατάχρεως γεγονὼς ἀπόστασιν ἐμελέτησεν. ὁ δὲ Μάρκος Κικέρων ὢν (pro ὁ) ὕπατος λόγον διέθετο περὶ τῆς προσδοκωμένης ταραχῆς. καὶ κληθέντος Κατιλίνα καὶ τῆς κατηγορίας κατὰ πρόσωπον γενομένης ὁ Κατιλίνας κατ' οὐδένα τῶν τρόπων ἔφησεν ἑαυτοῦ καταγνώσεσθαι φυγὴν ἑκούσιον καὶ ἄκριτον· ὁ δὲ Κικέρων ἐπηρώτησε τοὺς συγκλητικοὺς εἰ δοκεῖ μεταστῆσαι τὸν Κατιλίναν ἐκ τῆς πόλεως. σιωπώντων δὲ τῶν πολλῶν διὰ τὴν κατὰ πρόσωπον ἐντροπήν, δι' ἑτέρου τρόπου, καθάπερ ἐλέγξαι τὴν σύγκλητον ἀκριβῶς βουλόμενος, τὸ δεύτερον ἐπηρώτησε τοὺς συνέδρους, εἰ κελεύουσι Κόιντον Κάτλον ἐκ τῆς Ῥώμης μεταστῆναι. μιᾷ δὲ φωνῇ πάντων ἀναβοησάντων[1]) μὴ δοκεῖν, καὶ δυσχεραινόντων ἐπὶ τῷ πάλιν ἐρωτηθέντι, πρὸς τὸν Κατιλίναν ἔφησεν, ὅταν τινὰ μὴ νομίσωσιν εἶναι ἐπιτήδειον φυγεῖν, μεθ' ὅσης κραυγῆς ἀντιλέγουσιν· ὥστ' εἶναι φανερὸν ὅτι διὰ τῆς σιωπῆς ὁμολογοῦσι [φυγήν]· ὁ δὲ Κατιλίνας εἰπὼν ὅτι βουλεύσεται καθ' ἑαυτὸν ἀπεχώρησεν.

Praeter ea, de quibus iam supra monui, pro διετίθετο dedi διέθετο, pro γινομένης scripsi γενομένης, pro καταγινώσκεσθαι (immanis Datismus!) καταγνώσεσθαι, μεταστῆσαι pro μεταναστῆναι, et post ὁμολογοῦσι expunxi φυγήν, quod substantivum inepte abundet, adscriptum olim a stupido homuncione, qui non intellexerit ad ὁμολογοῦσι cogitatione repetenda esse verba: εἶναι ἐπιτήδειον φυγεῖν. Ita certe remoti sunt errores, quibus tum sensus tum Graecitas maxime laedebantur. Si forte quid minus recte scriptum reliqui, ignoscat aequus lector, et huius loci non incuriosi emendationem a me inchoatam ipse absolvat [1]).

---

1) Verba l. n. μιᾷ δὲ φωνῇ πάντων ἀναβοησάντων prodesse possunt alii Diodori loco, qui exstat in libr. XVI, 79: πάντων δὲ καθάπερ τινὶ μιᾷ φωνῇ βοώντων ἐπιθέσθαι τοῖς βαρβάροις κτέ. Expuncto pronomine indefinito τινί, cui hic locus non est, oratio optime procedet; simul tamen reponendum adverbium Graecum, quod *quasi* significet; nam καθάπερ (= *ut*, *velut*) huic loco minime convenit. Itaque corrigendum: πάντων δὲ καθαπερεὶ μιᾷ φωνῇ κτέ. In eiusdem libri cap. 82 sic scribitur de Timoleonte: καθόλου δὲ πάντας τοὺς κατὰ τὴν νῆσον τυράννους ῥιζολογήσας. Corrige, sis, ῥιζοτομήσας, cl. fr. IV libr. XXXII: Κόρινθον γὰρ κατέσκαψαν, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Μακεδονίαν ἐρριζοτόμησαν.

Pauca restant innovanda in fr. VII (VIII) vs. 3: *ἐκρίναμεν δεῖν τὸν ἐλέγχοντα λόγον τὴν ἄγνοιαν ἐκθέσθαι.* Recte cod. Vat. habet *τὸν ἐλέγξοντα κτέ.*, sed praeterea verborum ordo turbatus esse videtur. Usitatius certe est dicere: *τὸν ἐλέγξοντα τὴν ἄγνοιαν λόγον ἐκθέσθαι.* Cum verbis ultimis utiliter composueris verba Diodori ex libro I c. 5: *τῶν δὲ χρόνων τούτων παρειλημμένων ἐν ταύτῃ τῇ πραγματείᾳ τοὺς μὲν πρὸ τῶν Τρωϊκῶν οὐ διοριζόμεθα βεβαίως διὰ τὸ μηδὲν παράπηγμα περὶ τούτων λαμβάνειν πιστευόμενον κτέ.* Exstabant scilicet illorum temporum calendaria, sed (noli mirari) supposita omnia. Quod attinet ad partic. *πιστευόμενον*, id ipsum vel aliud eiusdem significationis olim quoque exstitisse suspicor in loco, unde hoc fragm. excerptum est, sed satis inepte ab eclogario esse omissum.

Pervenimus igitur ad finem libri ultimi *Bibliothecae*, sed tamen proposito nostro nondum sumus perfuncti; quandoquidem vel post complurium philologorum curas non desunt in *excerptis Scorialensibus* ex eodem Diodoro, quae emendatione indigere videantur. More nostro percurremus eandem editionem Teubnerianam, quam curavit Bekkerus, et paucis, si quid notatu dignum visum fuerit, id cum lectore communicabimus.

Fiat initium in fr. II, ubi editur prope finem: *τοὺς μὲν εὐγενεῖς ἐκ τῆς πόλεως ἐκβαλεῖν βουλεύεται, τῶν δὲ συγγενῶν Αἰτωλῶν τινὰς κατοικίζειν.* Utique reponendum videtur *ἐγκατοικίζειν.*

Verbi compositi praepositio medelam exspectat in fr. VII; nam absurde scribitur: *μεταπεμπομένων δ' αὐτῶν τὸν Περσέα κατὰ τάχος, ὁ μὲν Ὀστίλιος λαβὼν ὑποψίαν μετῆλθε νυκτός, ὁ δὲ Περσεὺς — ἀπέτυχε.* Aptius, ut opinor, legetur: *ἀπῆλθε νυκτός, κτέ.*

Vel magis sententiam loci perdidit corruptela, quae invasit (fr. VIII vs. 26) verba: *καὶ τὸ μὲν πρῶτον διαπεμπόμενος ἐπῆλθε τῶν στρατιωτῶν τοὺς οἰκείους ἀποστάσεως κοινωνεῖν τῶν ἐλπίδων.* Non *adortus est*, credo, Dionysius milites sibi amicos, sed iis *persuadere conabatur*, ut secum deficerent; itaque necessarium est tempus Imperfectum verbi *πείθειν*, et

reddendum Diodoro: ἔπειθε τῶν στρατιωτῶν κτέ.; qua in re antiquiores adhibere amant verbum compositum ἀναπείθειν, cuius rarior est apud sequiores usus. Mox l. n. suppleverim ob praegressum μέν: εἶτα (δ') εἰς Ἐλευσῖνα ἀναχωρήσας προσεδέχετο τοὺς νεωτερίζειν προαιρουμένους κτέ.

In fr. X aperte vitium subest verbis: καὶ τῆς καλουμένης Πανῶν πόλεως βεβηκυίας ἐπί τινος ἀρχαίου χώματος καὶ δοκούσης ὀχυρᾶς εἶναι ἐκ δυσπροσίτου. Lenissime quidem correxeris: καὶ δυσπροσίτου; sed minus recte adiectivum δυσπρόσιτος cum verbo δοκεῖν iungi mihi videtur, quare verius esse arbitror: καὶ δοκούσης ὀχυρᾶς εἶναι ἐκ τοῦ δυσπροσίτου. Comparandus est locus lib. II c. 5, ubi inversa ratione dicitur: τόπους ἀπροσίτους διὰ τὴν ὀχυρότητα.

Hiulcam orationem in fr. XI ita fere supplendam esse suspicor, ut scribatur: ὅτι μετὰ τὴν τοῦ Τιμοθέου ἀναίρεσιν τὰ πλήθη (ἐμετεωρίζετο πρὸς ἀπόστασιν) καὶ τῷ βασιλεῖ δυσχεραίνοντες (οἱ) κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπὶ τοῖς τετολμημένοις κατὰ τἀδελφοῦ — περιέσπασαν κτέ.

Fr. XIII, p. 261 vs. 7 suppleverim: τῷ δ' αὐτῷ τρόπῳ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν (ὢν) σατράπης Μηδίας κατήντησεν εἰς τὴν Ῥώμην. Sequentia eduntur in hunc modum: καὶ πολλὰ τοῦ Δημητρίου κατηγορήσας ἔπεισε τὴν σύγκλητον δόγμα περὶ αὐτοῦ θέσθαι τοιοῦτον Τιμάρχῳ ἕνεκεν αὐτῶν βασιλέα εἶναι. Aut nihil horum intelligo, aut corrigendum est: Τίμαρχον ἀντ' αὐτοῦ βασιλέα εἶναι. Quam coniecturam confirmant quae leguntur vs. 15: καὶ τέλος τῆς βασιλείας ἐγκρατὴς ἐγένετο. Mox vs. 29, revocata vocula τι, legendum propono: εἰς δὲ χωρίον (τι) τῆς Κιλικίας δεξάμενος τὸν μειρακίσκον διεδίδου λόγους εἰς τὴν Συρίαν ὡς μέλλοντος ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν κατιέναι [τοῦ μειρακίσκου] σὺν ἰδίῳ καιρῷ. Praeterea forsan praestiterit: ἐν ἰδίῳ καιρῷ.

Fr. XV extr.: καὶ ταύτην (scil. τὴν ἐπιβουλὴν) παραδόξως διεκφυγὼν διεσώθη πρὸς τὸν Ἄτταλον εἰς Πέργαμον. Verius videtur: ἐκφυγὼν διεσώθη κτέ.

Facili negotio expleveris hiatum (vs. 30) in verbis: ἔφη δ'

ἑαυτὸν νήπιον ὄντα δεδόσθαι . . . τῷ τῷ Κρητί. Quid enim evidentius quam rescribendum et supplendum esse: ἔφη δ' ἑαυτὸν νήπιον ὄντα δεδόσθαι (πισ)τῷ τῳ Κρητί? Eodem modo p. 263 vs. 12 scribendum: Ἀθηναίῳ τῳ Περγαμηνῷ pro Ἀθηναίῳ τῷ κτέ.

Interpretamento liberanda sunt, quae leguntur in eodem fr. XVI p. 262 vs. 34, ubi editur: δι' οὗ τὸν Περσέα διασαφεῖν αὐτῷ θησαυροὺς εἶναι κειμένους δύο, τὸν μὲν ἕνα ἐν Ἀμφιπόλει κείμενον ὑπὸ τὸν ὁδὸν κτέ, unde exulare iubeamus participium κείμενον.

Nimis rusticum est, quod fecisse narrantur legati nescio qui peregrinantes Mileti, quum Milesiorum magistratus eorum sententiam rogassent, quid faciendum censerent Andrisco, filium se Persei ementito. Nempe sic scribitur: οἱ δὲ ἐγγελάσαντες ἐκέλευον ἀφεῖναι τὸν ἄνθρωπον κτέ. Verum facillimum est huiusmodi crimine homines purgare, si una dempta litera mecum velis rescribere: οἱ δὲ γελάσαντες κτέ. Ibid. vs. 16 lego: ὑπὸ δὲ τούτων τῶν ἀφορμῶν μετεωρισθεὶς pro ἀπὸ κτέ.

Gravius scriba impegisse videtur in ultimis huius excerpti verbis, quae scribuntur sic: ὑπὸ δὲ Μακεδόνος καταπολεμηθεὶς ὁ Ψευδοφίλιππος ἔφυγεν εἰς Θρᾴκην. τέλος ἐγκρατὴς ἐγένετο τῶν κατὰ Μακεδόνων πόλεων. Ut nunc legimus, narratur Pseudophilippus devictus a Metello Macedonico (nam is appellatur Μακεδὼν) fugisse in Thraciam, sed tandem Macedoniae oppidis potitum esse. Non vidi magis! Credamusne Diodorum historiae in rebus, de quibus optime constabat inter omnes, eam vim intulisse, ut Andriscum iam devictum rem restituisse et superiorem e bello egressum esse narraverit? Alios nescio; equidem suspicari malim τέλος miseras esse nominis Metelli reliquias, itaque rescripserim: ὑπὸ δὲ Μακεδόνος καταπολεμηθεὶς ὁ Ψευδοφίλιππος ἔφυγεν εἰς Θρᾴκην, (ὁ δὲ Μέ)τελλος ἐγκρατὴς ἐγένετο τῶν κατὰ Μακεδονίαν πόλεων.

»	»	22	εἰ μὴ Πέτρῳ κομψεύεταί τι	εἰ μὴ Πέτρῳ κεκόμψευταί τι
»	»	23	ἐμβριθὴς καὶ	ἐμβριθής τε καὶ
»	»	24	ἐν τῇ τούτων βίβλῳ	ἐν τῇ περὶ τούτων βίβλῳ
»	»	27	χρῆσθαι τὸ ἐφ' ἑνὶ	χρῆσθαι καὶ ἐφ' ἑνὶ
»	351	12	καὶ τοιάδε	καὶ τὰ τοιάδε
358	»	13	καὶ μὲν ἐπιδείξεται	καὶ μὲν οὖν ἐπιδείξεται
»	»	16	βιωτεύων	βιοτεύων
»	»	24	ἐσότι	ἔσθ' ὅτε
»	»	29	ὑπευρύνεσθαι	Hodie quid scriptum fuerit distingui nequit. Fort.: ἐπειρωνεύεσθαι vel ὑπερευφραίνεσθαι.

p. ed. M.	p. cod. V.	vs.	Lect. sec. M.	Lect. quas hab. cod.
359	352	1	δοῦσα· οἱ	δοῦσα· οἱ στρ. . . . . i. e. οἱ στρατιῶται; nam sequitur: περιέφερον ἐν στόματι τὸν ἡγεμόνα ἅτε ἀνοσιουργόν. Reliqua in hoc versu funditus deleta.
»	»	5	ἐς τό τι ἀγασθεὶς	ἐσθ' ὅτι ἀγασθεὶς
»	»	»	ἐν νῷ ἐβουλόμην ὡς	Ita cod.; sed lege: ἐν νῷ ἐβαλόμην ὡς.
»	»	9	πανστένεος	πανσθένεος
»	»	10	κείνῳ δὲ θύνεσθαι	κείνῳ δὲ συνεσθ.. mihi scriptum esse videbatur. M. edidit: κείνῳ δ' ἐσβέσθη.
360	»	15	τῶν οὐρανίων ἐκ..διὰ παλαιῶν στεφάνων	τῶν οὐρανίων· ἑκατὸν δὲ παλαιῶν στεφάνων
»	»	16	καὶ ἠξίου τὸ βραχὺ καὶ ἀνόνητον τοῦ βίου δοκεῖν τίθεσθαι ἐπὶ ῥη.. δια . . . | ἐς ἀεὶ	καὶ ἠξίου τὸ βραχὺ καὶ ἀνόνητον τοῦ βίου δοκεῖν τίθεσθαι ἐπὶ ῥητῷ μισθῷ τινι τοῦ διαβιῶναι ἐσαεί, post multa conamina reperisse mihi videor.
»	»	20	αὖθυς	αὖθις
»	»	24	τοσαύτῃ λόγων ἀκτίνι (sic) τὴν [μεσημβρινὴν δᾷδα] ἀντανασχεῖν. Sic edidit M. adnotans: in cod. videor legere ἑκάστου θρύαμδα (*sic*).	τοσαύτῃ λόγων ἀκτῖνι τὴν ἐμαυτοῦ θρυαλλίδα ἀντανασχεῖν satis manifesto codex.
»	»	25	ἀρκήσει	ἀρκέσει

p. ed. M.	p. cod. V.	vs.	Lect. sec. M.	Lect. quas hab. cod.
360	352	26	ὅτι μετὰ τὴν τῶν Ἀβάρων | η . . . . λέγεται καὶ τὴν . . . . ὁ τῶν Ἀβάρων . . . . μον ἐπενεγκεῖν ἐτόλμησ . . . γράμματα τε καὶ διφ . . . . | εἰσὶν ὅθεν ἀναλεγόμενοι γνω . . . . χωτάτῳ ἐς τὰ Φῦλα . . Τιβέριον δὲ Φάναι ἀμοιβαίῳ	ὅτι μετὰ τὴν τῶν Ἀβάρων | η . τ . . λέγεται ὡς . . . ἕκαστα ἀγγελί . . . χρηστα ὁ τῶν Ἀβάρων |στρητιβρίδης ὡς Τιβέριον· καὶ Βριάλειος ἀγγελιαΦόρος ἔλεξεν τί δὴ | ὁ Λιγχερίωνος οὔτε προς . . . . ἑκάστης θασπικω | μον ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησεν ἐν ᾗ πολλά μοι γράμματά τε καὶ διφθεραὶ | εἰσίν, ὅθεν ἀναλεγόμενοι γνώσεσθε ὡς δυσκαταγώνιστά τε καὶ ἀμα- | χώτατά ἐστι τὰ Φῦλα τὰ Σκυθικά· Τιβέριον δὲ Φάναι ἀμοιβαίῳ κτέ. Priora ita fere redintegranda: ὅτι μετὰ τὴν τῶν Ἀβάρων ἧτταν λέγεται ὡς καθ' ἕκαστα ἀγγελίαις ἐχρήσατο ὁ τῶν Ἀβάρων στρατηγὸς Τιβρίδης πρὸς Τιβέριον· καὶ Βριάλειος ὁ ἀγγελιαΦόρος ἔλεξεν· τί δὴ ὦ Τιβέριε . . . . οὔτε πρὸς ——— ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησας κτέ.

p. ed. M.	p. cod. V.	vs.	Lect. sec. M.	Lect. quas hab. cod.
361	321	2	ἀγνωμονοθήσεται τῷ ἀδήλῳ τῆς ψυχῆς	ἀγνωμονηθήσεται τῷ ἀδήλῳ τῆς τύχης (?)
»	»	7	καὶ | Φίλων	καὶ Φί|λων
»	»	8	| χαλεπῶν	χαλ|επῶν
362	»	10	τὰ καιριτώτατα	τὰ καιριώτατα
»	»	13	ταύτῃ τοι κατὰ	ταύτῃ τοι καὶ κατὰ
»	»	15	εἰς τοὐναντίον	ἐς τοὐναντίον
»	»	16	οὔτ' οἰομένοις	οὐδ' οἰομένοις
»	»	17	σωφρονοίζοιντο	σωφρονίζοιντο
»	»	18	τὸ πλῆθος τῆς Ῥωμαϊκῆς	τὸ πλῆθος τῆς Ῥωμαϊκῆς στρατιᾶς
»	»	20	εἰ πῆ	εἴ πῃ
»	»	24	θρύαμβον	θρίαμβον
»	»	25	κατέργαζον τὰ κακὰ	κατειργάζοντο κακὰ
»	»	31	τὸ μὴ φυλάξαι	τῷ μὴ φυλάξαι
363	322	2	ἐδιστύχησε	ἐδυστύχησε
»	»	5	ῥαθυμώτερον	ῥαθυμότερον
»	»	6	καὶ τὰ δοκοῦντα πῶς ἄδηλα..|..... τάναι προτίθησι ταῖς ἀκοαῖς	καὶ τὰ δοκοῦντά πως ἄδηλα κα|θεστάναι προτέθεικε ταῖς ἀκοαῖς
»	»	13	ὅτι οὐδὲν οὕτω ῥᾳστώνης ἢ τρυφῆς καὶ ἀναπαύλας ὡς κίνδυνοι καὶ πόνοι καθέστηκε ὅτι οἱ πόνοι μὲν γὰρ τῶν προκτηθέντων ἀπόλαυσιν ὥσπερ ταμεῖόν τι τῆς εὐκλείας καθεστήκασι. Sic edidit M. de coniectura transpositis inter se vocabulis καθέ-	ὅτι οὐδὲν οὕτω ῥᾳστώνης καὶ τρυφῆς καὶ ἀναπαύλης ὡς κίνδυνοι καὶ πόνοι καθεστήκασιν οἰκεῖοι. πόνος μὲν γὰρ τῶν προκτηθέντων ἀπόλαυσιν ὥσπερ ταμιεῖόν τι τῆς εὐκλείας καθέστηκε. Quae verba sana erunt si mecum rescripseris: πόνος μὲν γὰρ (τοῖς)

p. ed. M.	p. cod. V.	vs.	Lect. sec. M.	Lect. quas hab. cod.
			στηκε et καθεστήκασι.	τῶν προκτηθέντων ἀπολαύουσιν ὥσπερ ταμιεῖον κτέ.
363	322	15	τρυφὴ δὲ ἄνευ τοῦ προπαιδεύεσθαι παντὸς τοῦ κάκιστα ζῆν ἡγεμὼν	τρυφὴ δ' ἄνευ τοῦ προπαιδεύεσθαι πόνοις τοῦ κάκιστα ζῆν ἡγεμὼν
»	»	16	ὅτι Ταγχοσδρῶ ἐβλήθη — ὀλεθρίαν τινα ἀλγὴν	ὅτι Ταγχοσδρῶ ἐβλήθη — ὀλεθρίαν τινὰ πληγὴν
»	»	17	τὸ τοιόνδε γενέσθαι	τὸ τοιόνδε τι γενέσθαι
»	»	18	πολλοὶ γὰρ πολλάκις τῶν λίαν εὐδοκίμων ἐσφάλησαν	πολλοὶ γὰρ πολλάκις τῶν λίαν εὐδοκίμων ὑπὸ ἀδοκίμων ἐσφάλησαν
»	»	20	ὅτι Μαυρίκιος	ὅτι ὁ Μαυρίκιος
»	»	21	οἷς γὰρ παρεν . . . | τι ἀποβαίνει · καὶ ἐν μὲν τῷ καιρῷ τῆς πράξεως ἀνθόλκονται τῇ τοῦ | περισσεύεσθαι ἀνάγκῃ · παρὰ πάσης δὲ τῆς τιμῆς τοῦ ἔργου ἐν ἡσυ|χίᾳ γενόμενοι τὸ λοιπὸν ἀθυμώτατα διατελοῦσι ἄρα λογιζόμε|νοι	Cod. recte hab. ἀνθέλκονται et in fine διατελοῦσιν ἀναλογιζόμενοι. Ceterum suspicor legendum esse: οἷς γὰρ' παρ' ἐλπίδα | τι ἀποβαίνει, [καὶ] ἐν μὲν τῷ καιρῷ τῆς πράξεως ἀνθέλκονται τῇ τοῦ | περισσεύεσθαι ἀνάγκῃ · παρὰ πάσης δὲ τῆς φιλοτιμίας τοῦ ἔργου ἐν ἡσυ|χίᾳ γενόμενοι τὸ λοιπὸν ἀθυμώτατα διατελοῦσιν ἀναλογιζόμε|νοι.

p. ed. M.	p. cod. V.	vs.	Lect. sec. M.	Lect. quas hab. cod.
363	322	24	post λογιζόμε|νοι. M. adn.: *exin novem versus non legebam in pagina oblitterata.*	Sunt quoque perexigui momenti, quae ipse vidi, et ne pro certis quidem ista vendito. In fine vs. 25 et vs. 26 legi: καὶ τῆς (ἐλ-)|πίδος ἐξέ(πεσ)ον· καὶ Μαυρίκιος οὐδὲ δεῖ δὴ αὐτῶν σιωπᾶν ὃν ἥττον|. Fort.: καὶ Μαυρίκιος, οὐδὲν γὰρ δεῖ αὐτῶν σιωπᾶν, ὧν ἥττων.

APPIANI FRAGMENTA.

376	190	20	ὅτι Ῥωμαίων ἡ πόλις ἐστιν ὠνία πᾶσα εἴ τις ὠνητὴς ὃ ἥγε εὑρεθείη	ὅτι Ῥωμαίων ἡ πόλις ἐστιν ὠνία πᾶσα εἴ τις ὠνητὴς αὐτῆς εὑρεθείη

ADNOTATIO AD DEXIPPI EXCERPTA VATICANA.

Contra atque in huius opusculi introductione statueram, praecedenti capite complexus sum simul omnia, quae in Dexippi, Menandri et Appiani excerpta Vaticana e codice palimpsesti enotavi, in hoc capite cum lectore communicaturus coniecturas nonnullas, quibus locos quosdam, ex magno numero eorum, qui hodieque aut in ipso codice corrupti legantur aut propter pessimam palimpsesti conditionem neque recte a Maio describi neque a me codicem denuo perscrutante rectius constitui potuerint, probabiliter tentasse mihi videor. Mutavi autem ideo prius consilium, quod in Appiani excerpta quae paucissima sunt nihil, in Menandri fragmenta Vaticana ferme nihil, quod notatu dignum videretur, observaveram.

Quam paucissimis potero (ne in nimiam molem hic mihi libellus excrescat) tractabo eos Dexippi locos, quibus diplomatico praesidio destitutis, coniectando salutem reddere conatus sum. Utar denuo editione Mulleri in vol. III Fragm. Hist. Graec. p. 669 sqq.

Pag. 669 [a], vs. 5: *καταλύειν εἰς ἑαυτὸν τὴν κοινὴν εὔκλειαν εἰ μὴ τῷ συμβάντι ἐξωσθῇ.* Quod ad priora verba attinet, conferas quae leguntur p. 680 [b] vs. 10: *ἐς ἐμαυτὸν μὴ καταλῦσαι τῆς πόλεως τὴν ἀξίωσιν.* Hinc dubitaverit aliquis an recte emendata sint (p. 669 [b] β΄) verba: *καὶ διαδοχὴν ἔργων*

ἀρίστων ἀνανδρίᾳ ἐν ἑαυτῇ καταλῦσαι, ubi viri docti reposuerunt ἐν ἑαυτῷ. Quod tamen me iudice ita recte fecerunt, ut etiam loco nostro, quia ex oratione Hyperidea sumtum esse constat, καταλύειν ἐν ἑαυτῷ κτέ. vulgatae lectioni longe praetulerim. Ita v. c. auctor orationis Philippicae quartae § 73: ἀλλὰ νὴ Δία παππῴα καὶ πατρῴα δόξα σοι ὑπάρχει, ἣν αἰσχρόν ἐστιν ἐν σοὶ καταλῦσαι. Similiter dicitur σώζεσθαι ἔν τινι, alia. Deinde in verbis quae supra exscripsimus εἰ — ἐξωσθῇ debetur ἐξωσθῇ Niebuhrii coniecturae, quam nimis calide arripuit Mullerus pro eo, quod Maius dederat, ἐξισωσθῇ. Quis enim, ut taceam, necessitate coactis optionem (ἕλοιτο est in praegressis) dari nullam, in Hyperide ferat coniunctivum post voculam εἰ? Sed nihil opus est multis verbis; nam codex diserte mihi exhibuit: καὶ μὴ τῷ συμβάντι ἐξισοῦσθαι; in quibus videas an forte pro συμβάντι legendum sit τῷ σύμπαντι, ut Hyperides τὸ σύμπαν vocaverit *universam civitatem*, et sensus sit, *neque* (εὐκλείᾳ scil.) *aequiparare civitatem, cuius civis sit.*

Vs. 10: Μηδὲ τὸν μὲν ἀντίπαλον δόξαιτε θεραπεύειν, παρορᾶν δὲ τό τε ὑμέτερον Φρόνημα καὶ τὴν ἐκ τοῦ θεοῦ ὑπουργίαν, ἣν χρὴ σπεύσαντας (sic cod. pro πεύσαντες) δι' αὐτῶν νοήσασθαι. Ultima verba interpretantur, quasi legeretur: θαρρῆσαι vel θυμὸν ἔχειν ἀγαθόν, per *bono animo esse*, sed quo iure ipsi interpretes videant. Si me audis, neque sensum habent ullum, neque satis Attica sunt, nam forma media verbi νοεῖν poetis et Ionibus relinquenda esse videtur. Latere suspicor διαγωνίσασθαι scil. πρὸς τοὺς Μακεδόνας. Habuit enim hanc orationem Hyperides, qua, nuntiata morte Alexandri, Atheniensibus persuaderet, ut bellum susciperent contra Macedones.

Vs. 15: Σωφροσύνη δ' ἀνδρῶν τοῖς τε ἐκ τῆς τύχης προφαινομένοις εὖ χρήσασθαι. Nove et mire dictum pro σωφρόνων δ' ἐστιν ἀνδρῶν, quod vide an reponendum sit.

Vs. 17: μὴ παριέναι τῶν κοινῶν τὸ ἐφεστηκός. Corrigatur: τῶν καιρῶν τὸ ἐνεστηκός illud cum cod. Vat.

Pag. 669[b] fr. ε': Ἀνέγκλητοι δὲ σύμμαχοι, κἂν ἐλάττους

ὦσιν, ἅμα προθυμίᾳ συμφορώτεροι ἢ πλήθει περιόντες, ὕποπτοι ὑπελείποντο. Sic quoque Maius ediderat, nisi quod scripsit ὑπολείποντο, in qua scriptura delitescit, ni fallor, genuina lectio haecce: Ἀνέγκλητοι δὲ σύμμαχοι, κἂν ἐλάττους ὦσιν, ἅμα προθυμίᾳ συμφορώτεροι ἢ πλήθει περιόντες ὕποπτοι πόλει ἐγένοντο. Quorum verborum artificiosius more Hyperideo compositorum sensus hic est: *Socii autem inculpati, etiamsi pauciores sint, civitati propter alacritatem utiliores esse solent quam suspecti* (socii) *numero praestantes.*

Ib. fr. ϛ′: τοῦ μήποτ' ὑπ' αὐτῶν ἀχθῆναι. Bekk.: ἀρχθῆναι. Aut hoc verum est, aut ὑπαχθῆναι. Mox legimus: ἄριστον δὴ τὸ μέλλον δέος ἔστω τοῦ παρόντος ἐν ἀσφαλεῖ θέσθαι. Ingeniose Bekk.: ἔσω, sed Hyperide dignius esse puto ἐπὶ τοῦ παρόντος. Mox scribere malim ἀμύνασθαι pro ἀμύνεσθαι propter praegressum Aor. θέσθαι et sequentem φυλάξασθαι. Tandem prope finem scripserim: βέλτιον γὰρ τὸ μὴ συμβησόμενον προελπίσαντας φυλάξασθαι, ἢ ἀπραγμοσύνης ἐλπίδι τὸ ἄνανδρον αὐτίκα (vulgo αὐτὸν) θεραπεύσαντας καὶ τὴν παροῦσαν ἀρχὴν ἀποθεμένους ἐν τοῖς δεινοῖς ἀσθενείᾳ ἐνδοῦναι.

Pag. 670 fr. ζ′: Κάλλιόν τε ὑμῖν ὑπὲρ τοῦ ποιῆσαι μᾶλλον ἢ παθεῖν αἱρεῖσθαι τὸ ἀγώνισμα. Lege: αἵρεσθαι κτέ. Quod mox sequitur Dexippi fragm. apud Suidam: τῶν δέ τινων τοῖς Ὑπερίδου (l.: Ὑπερείδου) λόγοις ἐπιμᾶλλον ἀχθέντων, vertunt: *quum — magis offenderentur*. Si hic sensus est, reponendum erit ἀχθεσθέντων. Sin minus, ἀχθέντων eodem sensu accipiatur, quo mox fr. η′ init. legitur: ὅτι οὐ χρὴ ταῖς ἡδίσταις ἀκροάσεσιν ἀγομένους συνεῖναι κτέ. Utut est, non magis ex his Dexippi verbis quam aliunde, ut opinor, probari potest id, quod huius glossae auctor demonstrare studet, ἐπιμᾶλλον subinde a Graecis adhibitum esse ἀντὶ τοῦ προθυμότερον. Duo reliqua fragmenta laudata ibidem ab eodem sintne eiusdem Dexippi necne, non vacat quaerere.

Fr. η′: Ἀμαθία γὰρ οὐκ ἐπαινεῖται διότι καὶ σφάλλεται κτέ. Immo vero διότι καὶ σφάλλει, cf. p. 676[b] fr. 19 vs. 26: καὶ θρασύτης λογισμῶν ἄμοιρος — ἔσφηλεν.

Pag. 670[b]: Ἀρετῇ γὰρ καὶ παρασκευῇ τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἀναμφιλόγως πάντας ἀνθρώπους ὑπερβαλλούσης, οἱ δὲ — ἐς τὸ ἂν τοῖς Μακεδόσι κατὰ παρασκευὴν ὡρμήθησαν. Legendum videtur: οἵδε — ἐς τὸ ἀντισχεῖν Μακεδόσι κτέ.; vel ἐς τὸ ἀντιστῆναι Μακεδόσι, ut iam Niebuhrium coniecisse video.

Pag. 674[b] fr. 17. Praeter ea, quae in hoc corruptissimo excerpto e codice restitui, coniicio in verbis: μηδὲ ἐτῶν τούτους ὅσοι πολέμου τε καὶ στρατοπέδων ἐξηγοῦνται μνήμῃ προγενομένων ἔχειν ἐπὶ τὰ συμφορώτατα ἑκάστους καὶ τοῖς προσπίπτουσι κτέ. scribendum esse: μηδ' ἀδύνατον — πόλεων et μνήμῃ (τῶν cod.) προγενομένων ἄγειν κτέ. Ad πόλεων cf. p. 669[b] 2 ε' init.; respondet autem hoc substantivum praegresso εἰρήνην ut στρατοπέδων praegresso πολέμου.

Pag. 676[b] fr. 19 vs. 6: μὴ περαιτέρω πράσσοντες ἄνθρωποι ἀπο * * οὐκ εὐκαίρου προθυμίας τὴν πεῖραν λάβωσιν. Suspicor: ἄνθρωποι ἀπόλεμοι κτέ., quemadmodum mox vocantur iidem πολέμων ἀπείρατοι. Sequentia fortasse sic scribenda: πρότε(ρον ἢ τὴν) ἐπικουρίαν παραγενέσθαι pro πρὸς τὴν * * ἐπικουρίαν κτέ. Punctum ante πρὸς ap. Maium mera distinctio est, non lacunae signum, quod in ipsa linea non supra eam ponere solet; quae res fraudi fuit Mullero.

Ibid. vs. 17: εἴ τις ὑμῶν διαμέλλοιτο. Requiritur verbum activum; fortasse: διαμέλλοι τι. Deinde scripserim: ἐξαγγέλλεται γὰρ (τῇ) νεότητι — θαρροῦντας — κτέ.

Ibid. vers. fin. pag.: καὶ θράττεσθαι ἡ διάνοια ὑμῶν δόξει μᾶλλον ἢ ἐπιβούλιος περὶ τῇ πάσῃ πόλει κτέ. Fortasse: ἢ εὔβουλος εἶναι περὶ κτέ.

Ibid. in ipso fine: [παρὸν] βίον — σώζεσθαι. Malim: [παρὸν τὸν] βίον κτέ.

Pag. 677[a] med.: ἀλλ' ἐν τοῖς περιφανεστάτοις ὤφθη ὅταν τῷ ἀληθ(εῖ) μάχηται (scil. ἡ ἐλπίς). Sententia postulat: ἀλλ' ἐν τοῖς ἐπισφαλεστάτοις κτέ. Deinde optime cod.: κἂν τοῖς ἐξ ἴσου ἀγῶσιν κτέ. pro κἂν τοῖς ἐξ ἴσου οὖσιν κτέ.

Pag. 677[b] vs. 14: καὶ ἀναλαβεῖν αὐτὰ δαψίλειαν τῆς ἐκ τούτου

χορηγίας οὐκ ἀδυνατῶν — τὸ δὲ τῆς σφετέρας σωτηρίας ἐπικίνδυνον οὐκ ἰασόμενος. Lege: καὶ ἀναλαβεῖν μὲν τὴν δαψίλειαν κτέ.

Finiemus has observationes tentando uno loco MENANDRI PROTECTORIS, quem laudat Suidas in voc. Μένανδρος. Habet autem is locus sic: Ἐπεὶ δὲ Μαυρίκιος τὸ βασίλειον διεδήσατο κράτος κτέ. Ultimum eorum quae adscripsi vocabulum delendum esse arbitror; nam τὸ βασίλειον saepius apud sequiores significat τὸ διάδημα, nec quid rei sit διαδεῖσθαι κράτος facile aliquis expediet. Si quis κράτος genuinum esse iudicat, διεδήσατο in διεδέξατο refingat necesse est. Equidem tamen priorem emendandi rationem longe praetulerim.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 2 vs. penultimo dele vocabula: *una cum ceteris*.

Pag. 12 vs. 19. Sine dubio scriptum est *ἡδονάς*. Cf. Stobaei Floril. XC, 4, ubi hoc fragm. Euripideum e Danäe plenius exstat.

Pag. 14. Videant alii, an in Iovis epitaphio a me correcto metrum heroicum, quo olim haud dubie conceptum fuit, restituere queant.

Locum sanissimum ultro corrupi p. 17 init. *Τοῦ σώματος διαιρέσεις* a Diodoro dici potuisse *vulnera*, docuerunt me duo huius scriptoris loci. Alter est lib. I, cap. 35 ubi de crocodilo dicitur: *τοῖς δ' ὄνυξι δεινῶς σπαράττει καὶ τὸ διαιρεθὲν τῆς σαρκὸς παντελῶς ἀπεργάζεται δυσίατον.* Alter legitur lib. XVIII cap. 31: *ὁ μὲν Εὐμένης ἔφθασε — τοῦ Νεοπτολέμου τὴν ἰγνὺν πατάξας, μεγάλης δὲ γενομένης διαιρέσεως καὶ σφαλείσης τῆς βάσεως κτέ.* Peius est, quod *διάτρωσις*, ne Graecum quidem vocabulum, Graeco et sano substituere volui.

Nimium fortasse tribui Diodoro pag. 18, vs. 9 negans eum scribere potuisse *μετάπεμπτος* omisso participio *γενόμενος*, quippe qui dederit, si locus sanus sit, lib. XVI c. 61 extr.: *πρὸς δὲ τοὺς συμπλέοντας ἔφη μετάπεμπτος πλεῖν ὑπὸ τῶν ἐξ Ἰταλίας καὶ Σικελίας.*

In adnot. ad pag. 19 minus considerate rem gessi. Diodorum hac in re ab antiquiorum scribendi norma non desciscere, multi

mihi inter legendum loci persuaserunt. Vel in excerptis locos compluscuios intactos reliquit epitomator; recte v. c. lib. XXVIII fr. 13 vs. 37 scribitur: *ὁ δ' Ἀντίγονος ἔφη — τὰ δὲ πρὸς Πτολεμαῖον αὐτὸς φροντίζειν.*

Non verior est quam pronuntiavi sententiam pag. 21 vs. 6, sed ibi ratione peccavi inversa. Scilicet antiquioribus in oratione soluta sollemnis est formula *διαφθείρειν κόρην* s. *παρθένον*, sed Diodorus constanter ea in re verbo simplici usus est.

Ibidem in adn. recte etiamnunc locum correxisse mihi videor. Nihilominus multum abest, ut verbum *παρακαλεῖν* *invitandi* significatu carere perhibeam. Vide v. c. lib. XVII, c. 100.

Pag. 22 vs. 7 addantur haec: Mendosa quoque haec sunt: *εὐτυχούντων δὲ πρότερον τῶν εἰς Ἄλβαν πεμφθέντων τὸ μὴ λαμβάνειν τὸ δίκαιον, εἰς ἡμέραν τριακοστὴν πόλεμον κατήγγειλαν.* Etenim si horum verborum sensus esse posset: *quum autem legatis hac in re fortuna faveret, quod res non reddere Albani statuerent cet.*; vocabulum *πρότερον* prorsus iners et supervacaneum additamentum esse, quod sententiam loci turbet, inde necessario sequeretur. Ni egregie fallor, scribendum: *ἐντυχόντων δὲ προτέρων τῶν εἰς Ἄλβαν πεμφθέντων, διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν τὸ δίκαιον εἰς ἡμέραν κτέ.*, quo facto plana erunt omnia. Verbum *ἐντυγχάνειν τινὶ* apud sequiores valet *petendi causa aliquem convenire*, deinde simpliciter *petere*, unde subst. *ἔντευξις* est *petitio*, v. c. apud nostrum lib. XVI, cap. 55: *τοῦ δ' εἰπόντος ὅτι βούλεται* (*μὲν* insere) *παρ' αὐτοῦ τυχεῖν τινος δωρεᾶς, δεδοικέναι δὲ μήποτε δηλώσας τὴν προκεχειρισμένην ἔντευξιν ἀποτύχῃ κτέ.* Corrupta sunt quae ibidem praecedunt de Philippi liberalitate: *πᾶσι δὲ μεγάλας ἐπαγγελίας εὐχρήστως ποιούμενος κτέ.* Scire enim pervelim quid rei sit *εὐχρήστως ἐπαγγελίας ποιεῖσθαι.* Equidem donec illud edoctus ero, genuinam scripturam hanc esse ducam: *πᾶσι δὲ μεγάλας ἐπαγγελίας εὐχερῶς ποιούμενος, πολλοὺς ἔσχεν ἐπιθυμητὰς τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας.* In vicinis obiter suppleas: *κατανοήσας Σάτυρον τὸν ὑποκριτὴν σκυθρωπὸν* (*ὄντα*) et mox legatur: *διεβεβαιώσατο — χαριεῖσθαι* pro *χαρίσασθαι.*

Pag. 23 vs. 14 operarum errores *leetione* pro *lectione* et vs. 17 *ἅλλων* pro *ἄλλων* corrigantur.

Pag. 24 vs. 31. Idem error castigetur lib. XVI, cap. 82 extr.: *Κέφαλος ὁ Κορίνθιος ἀνὴρ ἐν παιδείᾳ καὶ συνέσει δεδοξασμένος.* Scribatur *ἐπὶ παιδείᾳ κτέ.* Ibidem in vicinia obiter corrigantur vocabula: *καὶ τοὺς μὲν περὶ τῶν ἰδιωτικῶν συμβολαίων ἢ κληρονομιῶν (νόμους) εἴασεν ἀμεταθέτους*; ubi pro *ἢ* requiri *καὶ* vel caecus videt.

Ad pag. 25 vs. 2 conferatur Diod. XVII, cap. 101: *ἔφασαν χαλεπὸν εἶναι δύναμιν μὲν σώματος ἔχειν μεγάλην νοῦν δὲ μικρόν.*

Pag. 26 vs. 10 sqq. Vocabula: *μεθ' ἑαυτοῦ περιῆγε τὸν Κροῖσον ἐντίμως* quamvis etiamnunc sana esse vix crediderim tamen ita corrigere, ut proposui, vetat tum *ἐντίμως* tum imprimis *μεθ' ἑαυτοῦ*, quod ita foret omittendum. Diodorus fere scribere solet *ἄγειν τινὰ ἐντίμως* et *προάγειν τινὰ ἐντίμως.* Ita v. c. lib. XVI : 93 extr.: *δωρεὰς ἀξιολόγους ἀπένειμεν αὐτῷ* (Philippus Attalo) *καὶ κατὰ τὴν σωματοφυλακίαν προῆγεν αὐτὸν ἐντίμως.* Cf. lib. XIX cap. 86. A loco nostro manus abstinere nunc satius esse duco. — Ib. vs. 21 vit. typ. legitur § 282 pro 2 § 28.

Pag. 28 ad lib. X. Male vitii suspectum habui vocabulum *χειρός.* Graeci ita loqui assolent. Iam Homerus Iliad. Ω vs. 734 dixerat:

ἤ τις Ἀχαιῶν
ῥίψει χειρὸς ἑλὼν ἀπὸ πύργου κτέ.

Pag. 29 vs. 6. Lenius corrigas: *εἴ τις ἀναγορεύσειεν.* Ib. vs. 12 neglexi corrigere verba: *ὁ δὲ διαβεβαιούμενος ὅτι δεῖ τὸ λυσιτελέστατον ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὅρκων αἱρεῖσθαι.* Imo vero *τὸ λυσιτελέστερον.*

Pag. 31 vs. 24 recte *παρεκάλεσαν* vitiosum esse pronuntiavi. Sententiae satisfaceret: *τέλος δ' οὐ δυνάμενοι τἀνδρὸς νικῆσαι τὴν εὐψυχίαν, ἀπέσφαξαν αὐτόν, ἵνα κτέ.* Cf. Valer. Max. III, 3 extr.

Pag. 33 vs. 8 *incurra.* Legatur: *incurva.*

Pag. 34 vs. 15 pro *ἀγγελιαφόρον* fortasse melius ab aliis scribitur: *βιβλιαφόρον.*

Pag. 37 vs. 21. Fortasse nihil mutandum. Ib. vs. 33. Lenius quam *τοιαύτῃ* inseri poterit *ὁμοίᾳ*, cf. pag. 177 vs. 11 sqq.

Pag. 38 vs. 26 pro *videsse* leg. *vidisse.*

Pag. 39 vs. 41 addantur haec: *πόλεμον ποιεῖν* et *ποιεῖσθαι* ita inter se differunt, ut illud sit *bellum excitare*, hoc *bellum gerere.*

Pag. 41 vs. 9. Iam ita coniecisse Reiskium sero vidi.

Pag. 42: *πύλαις* pro *αὐλαῖς* iam Mullerus.

Pag. 43 vs. 10. Mendosa reliqui verba: *καὶ συνέθεντο εἰρήνην ἔτη πεντεκαίδεκα.* Supplendum enim *εἰς ἔτη κτέ.* Sic v. c. lib. V, cap. 9: *πάσας τὰς νήσους εἰς εἴκοσιν ἔτη διελόμενοι.* Ibid. vs. 5 lenius et fortasse rectius *ἀποδώσειν* rescribetur.

Pag. 44 med. Addere debuissem *Futur. Medii*, quod legitur v. c. lib. XII, c. 5. Praesens Medii exstat lib. V c. 7, sed an locus sanus sit, valde dubito.

Pag. 45 vs. 26. Ad priorem coniecturam conferatur Diod. lib. XII, cap. 28: *ταῖς μηχαναῖς καταβαλὼν τὰ τείχη*, ad posteriorem lib. XII, cap. 47. Illam ut leniorem praefero.

Pag. 48 vs. 25. Mutatione opus non est. Cf. v. c. lib. XI, cap. 88 extr.: *τὰς Μένας — μετῴκισεν εἰς τὸ πεδίον.*

Pag. fin. Subabsurda illa constructio apud ipsum tamen quoque Diodorum interdum obviam est v. c. lib. XII, cap. 18: *τῆς δὲ γυναικὸς κωλυθείσης κτέ.* et lib. XIII, cap. 60 vs. 10.

Pag. 50 vs. 30 vulgata lectio servanda.

Pag. 58. Crassa Minerva tentavi corruptissimum fr. XXXIII: *ὅτι Σκιπίων τοὺς ὁμήρους ἀπολύσας ἐπεδείξατο, ὡς πολλάκις ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴ προσέταττε συλλήβδην εἰς ἔθνη βασιλεῖς.* Tandem reperi veram lectionem: *ὡς πολλάκις ἑνὸς ἀνδρὸς ἀρετὴ προσκτᾶται συλλήβδην (πόλ)εις, ἔθνη, βασιλεῖς.* Comparari poterit lib. XXXII fr. 4: *τοιγαροῦν διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἡμερότητος οἵ τε βασιλεῖς καὶ αἱ πόλεις καὶ συλλήβδην τὰ ἔθνη πρὸς τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ηὐτομόλησαν.* Verbum *προσκτᾶσθαι* non raro significare *conciliare sibi* res est notissima.

Pag. 59 vs. 5 post *codicem* supple: ***Florentinum.***

Pag. 79 vs. 7 sqq. Vereor, ut constanter quod dixi discrimen observetur ab omnibus. Legitur v. c. apud Demosthenem in tertia Philippica § 12: *καὶ μὴν καὶ Φερὰς πρῴην ὡς Φίλος καὶ σύμμαχος εἰς Θετταλίαν ἐλθὼν ἔχει καταλαβών.* Retinenda igitur apud Diodorum vulgata lectio.

Pag. 92 vs. 16: *συνάρχοντα* operarum vitium est pro *συνάρχοντι.*

Pag. 111 vs. 2 post *mutaveris* adde: ***simul virgula posita post εἰπεῖν.*** Sensus est: *idque córam viris.* Nescio tamen an praestet: *καὶ αὐτῶν βλεπόντων τῶν ἀνδρῶν.*

Pag. 123 vs. 2. Substantivum *μέρη* nunc recte in tali sententia omitti posse didici.

Pag. 150 vs. 5 post *vocula* inseras: ***in tali sententia.***

Pag. 181 vs. 15 ***haesisse*** vitium typographicum est pro ***haesitasse.***

Pag. 204 vs. 14. Vocabula *οὐδεὶς γένοιτ᾽ ἂν* operarum errore cum praecedentibus uno versu continuata sunt. Ib. vs. 15 lege *πλάττοι* pro *πλαττοι.*

INDEX SCRIPTORUM, QUI IN TRANSCURSU TENTANTUR.

EXERCITATIONES CRITICAE.

EXERCITATIONES CRITICAE

IN

POETICIS ET PROSAICIS

QUIBUSDAM

ATTICORUM MONUMENTIS.

ACCEDIT DESCRIPTIO CODICIS AMBROSIANI, QUO CONTINETUR FRAGMENTUM ONOMASTICI POLLUCIS, CUM PRAECIPUARUM LECTIONUM ELENCHO.

SCRIPSIT

HENRICUS VAN HERWERDEN.

HAGAE COMITUM,
APUD MARTINUM NIJHOFF.

MDCCCLXII.

PRAEFATIO.

Quamvis a renatis inde literis ad hunc usque diem plurimi homines Graecam linguam optime callentes iidemque non raro acutissimo praediti ingenio intentis viribus id egisse putandi sint, ut veteris aevi scriptores tum optimorum codicum auxilio tum divinandi facultate adiuti quam emendatissimos ederent, nihilominus negari non potest etiam hodie in optimo et tritissimo quoque scriptore quam plurimos exstare locos, quibus aut Graecitati aut sententiae vim inferri appareat. Quam multa autem in hoc quoque genere nostrae aetatis criticis agenda supersint, facile intelligimus Dindorfii, Meinekii, Cobeti, aliorum uberrimam egregiarum emendationum copiam in scriptis veterum monumentis quotidie ferme admirantes. A quorum virorum praestantia etsi longo intervallo me remotum esse sentio, diu tamen est ex quo illorum exemplis excitus insitam animo iudicandi et reperiendae veritatis facultatem excolere et excolendo augere coepi. Quum vero huius studii documenta quaedam aliis occasionibus prolata viris eruditis non displicuisse intellexerim, nunc quoque aliqua spes me tenet fore, ut iidem has adnotationes criticas benevolo iudicio excipiant. In hac autem scriptione id egi, ut quam paucissimis verbis singula absolverem. Etenim docuerat me tum aliena tum mea quoque experientia in hoc

maxime studiorum genere vera ut plurimum sua se vi ac virtute prodere, falsa contra ut diu pro veris habeantur nullis unquam argumentandi artificiis effici posse; quare poetae obtemperandum esse duxi verissime monenti: *ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ.* Speraveram autem fore, ut iam principio anni LXI hic libellus ederetur, verum longe diutius quam initio credideram typothetas Graecorum characterum non satis gnaros opus detinuit. Vel sic tamen impressa folia perlustrantem aliquanto plures me typorum errores offendunt, quam aequo animo aliquis ferat. Quorum errorum gravissimos in ultima libri pagina significavi. Id unum monendum mihi restat ruri me hoc opusculum composuisse, non quidem in summa librorum inopia, sed iis tamen praesidiis destitutum, quae publicae bibliothecae in urbe viventibus uberiora quam suppetant rusticantibus soleant offerre. Inde fieri posse non nego, ut inter meas emendationes reperiantur, quae iam aliis ante me facere contigerit. Quorum inventorum laudem, si qua est, integram concedam iis, qui me priores eam meruerint. Hoc reticuissem, ni ineptis furti literarii criminationibus viros me longe doctiores et acutiores saepe ab aliis obtrectandi causa petitos esse et etiamnunc peti animadverterem. Longe magis, ut verum fatear, me poenitet earum observationum, quas aut falsas esse aut veri dissimiliores me docuerint *αἱ δεύτεραι φροντίδες.* In quarum locum succedant emendationes quaedam *selectae* in Aristophanem, quas in praefationem includendi veniam abs te, optime lector, quamvis novo fortasse exemplo mihi sumam. Ut chartae parcam, more meo verbis utar paucissimis. ACHARN. vs. 176 absurda est Amphithei oratio: *μήπω γε πρὶν ἂν ἐς ὧ τρέχων.* E sqq.: *δεῖ γὰρ κτὲ.* apparet Aristophani reddendum esse: *πρὶν ἂν σωθῶ τρέχων.* Codd. *ςῶ.* Ibid. vs. 193 suspicor: *διατριβῆς και ξυλλόγων* pro *τῶν ξυμμάχων*; vs. 505 *κοὐχί* pro *κοὔπω*; vs. 571 *τι ἀνύσας* pro *τις ἀνύσας.* Ib vs. 988 e codice Ravennati, quem ipse denuo excussi, sic

expleo lacunam, ut scribatur: *ἐπτέρωται τ' ἐπὶ τὸ δεῖπνον κτέ.* Nimirum tres primae syllabae vocabuli a me restituti procurrentes in oram libri sinistram fefellerant Bekkeri oculos. Scriptum autem est literis prope evanidis in hunc ferme modum: *ἐπτέρ͂ται.* Vulgo ... *ται τ' ἐπί κτέ.* Coniectura expleri lacuna potest, quam neminem observasse miror vs 1142. Nempe e Lamachi oratione vs. 1140—1141, cll. vss. 1097—1132, apparet Dicaeopolin dixisse:

> *τὸ δεῖπνον αἴρου (καὶ βάδιζ', ὦ παῖ, λαβών·*
> *σίζει. βαβαιάξ)· συμποτικὰ τὰ πράγματα.*

Vs. 1124 pro *γοργόνωτον* verum videtur *γοργόνωπον;* cui vocabulo exitialis fuit paronomasia vs. sq. in *τυρόνωτον.* Non minus certa et corruptela et medicina est Equit. vs. 193: *ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρὸν ἥκει· μὴ παρῇς κτέ.* pro *ἀλλά* male repetito e vs. initio. Ibid. vs. 524 lego: *οὐκ ἐξήρκεσε πρεσβύτης ὤν, ὅτι τοῦ σκώπτειν ἀπελείφθη,* eiectis vocabulis: *ἀλλὰ τελευτῶν ἐπὶ γήρως οὐ γὰρ ἐφ' ἥβης ἐξεβλήθη,* quippe quae duplici offendant tautologia. Sequentia intelligam, si poetae manus fuerit haec:

> *ὃς πολλῷ ῥῷ τῶν ἐπινοιῶν*
> *διὰ τῶν ἀφελῶν πεδίων ἔρρει κτέ.*

ubi absque sensu vulgatur: *ὃς πολλῷ ῥεύσας ποτ' ἐπαίνῳ κτέ.*

Ibidem vs. 598:

> *ἀλλὰ τὰν τῇ γῇ μὲν αὐτῶν οὐκ ἄγαν θαυμάζομεν,*
> *ὡς ὅτ' ἐς κτέ.*

exspectaveram *οὐ τόσον,* et vs. 603 nullus dubito, quin verum sit: *ληπτέον μᾶλλόν τι, ὦνδρες· οὐκ ἐλᾷς, ὦ σαμφόρα;* ubi locus non est formulae dubitandi *τί δρῶμεν;* quae est in vulgatis. Vs. 664:

ἐκαραδόκησεν εἰς ἔμ' ἡ βουλὴ πάλιν,
ὁ δὲ τοῦτ' ἀκούσας ἐκπλαγεὶς ἐφληνάφα.

Non ἐξεπλάγη Cleo auditis, quae isiciarius dixerat, sed quia animadverterat, hunc *demi* animum in se convertisse: quapropter requiro: ὁ δὲ τοῦτο νοήσας κτέ., cl. vs. 652: ὁ δ' ὑπονοήσας κτέ. Vs. 722 utique reponendum: οὐκ ὠγάθ' ἐν βουλῇ μ' ἔθ' ἕξεις καθυβρίσαι, ubi doceri velim, quem sensum habere possit vulgata lectio με δόξεις. Deinde autem scribas ibidem: ἴωμεν ὡς (pro ἐς) τὸν Δῆμον. Non minus certum arbitror vs. 729 sq. emendandum esse:

— οὐκ ἄπιτ' ἀπὸ τῆς θύρας,
τήν τ' εἰρεσιώνην μὴ κατασπαράξετε;

pro vulgatis τήν — μου κατεσπαράξατε. Perpendas quoque tecum velim, mi lector, utrum concoquere possis vs. 746 sq.:

καὶ μὴν ποιήσας αὐτίκα μάλ' ἐκκλησίαν
ὦ Δῆμ' ἵν' εἰδῇς ὁπότερος νῷν ἐςὶ σοι
εὐνούςερος, διάκρινον, ἵνα τοῦτον φιλῇς,

an mecum reponere malis: ὦ Δημίδιον, εἶθ' ὁπότερος κτέ. Frequens autem et notus est usus voculae εἶτα post participium illatae. Nec fortasse improbabis coniecturam nostram vs. 751 distinguendum esse et corrigendum in hunc modum: ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθε χρὴ παριέν' ἐς τὴν πύκνα, qui versus vulgo sic scribitur: ἀλλ' ἐς τὸ πρόσθε. χρῆν παρεῖν' ἐς τὴν πύκνα. Cf. Acharn. vs. 43. Omnes quoque interpretandi conatus eludit vs. 814, ubi de Themistocle sermo est: ὃς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεςὴν εὑρὼν ἐπιχειλῆ. At diffugient omnes difficultates scripto μεγάλην, quod quam recte reponatur apparet ex ipsis oppositis vs. 817: σὺ δ' Ἀθηναίους ἐζήτησας μικροπολίτας ἀποφῆναι. Minus recte recepta est Bentleii correctio vs. 1230, ubi codd. habent: φράζων ὑφ' οὗ δεήσει μ' (al. δεήσειν) ἡτ-

τᾶσθαι μόνον. Quod enim ille reposuit ἐδέησέ μ' male cohaeret cum praegresso ἐστι — φράζων. Certum est requiri: φράζων ὑφ' οὗ δεῖ μ' ** ἡττᾶσθαι μόνου. Quod ergo aliud vocabulum excidere potuit quam ἀνδρός? quod, quaeso, restituas. Mox vs. 1281 haereo in his: Ἀριφράδης πονηρός, ἀλλὰ τοῦτο μὲν καὶ βούλεται. Vide, sis, sequentia et fortasse mihi dabis sententiam loci potius favere coniecturae meae κἄλλων μέτα. Cf. v. c. Herod. VI, 68 § 3. Deinde spero fore, ut reperiantur, qui mecum ut spurium condemnent vs. inficetum, explicandi causa olim adscriptum ad NUBIUM vs. 26: ὀνειροπολεῖ γὰρ καὶ καθεύδων ἱππικήν. Confictus autem videtur ad exemplum vs. 16 ὀνειροπολεῖ θ' ἵππους. Iterum dubito, num recte Meinekius in ordinem receperit Hermanni coniecturam vs. 179 θυμάτιον pro θοιμάτιον, siquidem tum vox deminutiva displicet, tum, quod gravius est, non intelligitur quomodo in palaestra θῦμα reperiri potuerit. Quare videas an potius Aristophani reddendum sit: ἐκ τῆς παλαίστρας θυλάκιον ὑφείλετο. Cf. Ar. Plut. 763, fragm. Arist. ap. Pollucem X 151, Herod. III 46. Vix assequor quomodo vs. 417 lectio καὶ γυμνασίων corrupta esse potuerit ex κᾀδηφαγίας, quam scripturam servavit Laertius vulgatae haud dubie longe praeferendam. Hoc unum moneo contextum admittere, quod perexiguo literarum discrimine reponi possit: οἴνου τ' ἀπέχει καὶ συμποσίων κτέ. Una litera demenda videtur vs. 552:

οὗτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα,

Lego: οὐ τὸν — μητέρα; Contra binas additas velim vs. 578 sq.: πλεῖστα γὰρ θεῶν ἁπάντων ὠφελοῦσαι τὴν πόλιν, δαιμόνων ἡμῖν μόναις οὐ θύετ' οὐδὲ σπένδετε. Quae enim nunc vix cohaerent, optime habebunt, ubi scripseris: πλεῖστα γὰρ θεῶν ἁπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν δαιμόνων θ' ἡμῖν μόναις οὐ θύετ' οὐδὲ σπένδετε. Iungas: ἡμῖν γὰρ πλεῖστα θεῶν δαιμόνων

τε ἀπάντων ὠφελούσαις τὴν πόλιν μόναις κτἑ. In vs. 614 suspectam habeo formam *σεληναίας* pro *σελήνης*. Num forte *φῶς σεληναῖον καλὸν* scribendum est? Vs. 721 vide an acquiescere possis in Scholiastarum interpretatione vocabulorum *φρουρᾶς ᾄδων*. Sin minus, fortasse tibi arridebit mea coniectura *φρούδας ᾄδων*. Certius est vs. 745 reponendum esse:

> *κᾆτα τὴν γνώμην πάλιν*
> *κίνησον αὖθις αὖ τε καὶ ξυγώθρισον,*

ubi legitur *αὐτό*. Vs. 1127 erit, qui mecum praeferat: *κἂν γάμῃ ποτ᾽ ηὑτὸς ἢ τῶν ξυγγενῶν τις ἢ φίλων.* Vs. 1169 numerorum ratio suadet, ut deleto interpretamento *τὸν υἱὸν* rescribatur: *ἄπιθί (νυν) λαβών.* Difficultatem grammaticam, quae premit Vesparum vs. 126, facile removebis scribendo:

> *ἐντεῦθεν (οὖν) ὁ μὲν οὐκέτ᾽ αὐτὸν ἐξέφρει,*
> *ὁ δ᾽ ἐξεδίδρασκε.*

Vulgata *ἐξεφρείομεν* (quae forma est nihili) originem debere videtur huiusmodi scripturae: *ἐντεῦθεν οὖν οὐκέτ᾽ αὐτὸν ἐξέφρει,* adscriptis in margine prope vocabulum *ἐξέφρει* voculis *ὁ μέν*, quae librarius errore omiserat. Qui error, ut vides, novum errorem peperit. Postquam enim *ὁ μέν* male cum *ἐξέφρει* coaluerat, a correctore, opinor, expulsa est vocula *οὖν*, quippe quae metro adversaretur. Facilis quoque medicina parata est vs. 470, qui sic corrigendus, ut legatur: *ἔσθ᾽ ὅπως ἂν ἐκ* (pro *ἄνευ*) *μάχης — ἐς λόγους ἔλθοιμεν*, cl. vs. 866: *ὅτι γενναίως ἐκ τοῦ πολέμου καὶ τοῦ νείκους ξυνεβήτην.* Vs. 161 Pacis scripserim: *ὀρθὴν* (pro *ὀρθὸς*) *χώρει Διὸς εἰς αὐλάς*, cl. Av. vs. 1: *ὀρθὴν κελεύεις* (*ἰέναι* scil.) et ibidem vs. 165: *ἀπολεῖς ἀπολεῖς*, omisso pronomine. Vs. 193 contextus vix patitur *πῶς ἦλθες*, quare vide an forte lateat *ὡς ἡδὲ* (*τὰ κρέα* scil.)? Vs. 197 utique transponendum: *φροῦδοι γάρ εἰσιν, ἐχθὲς ἐξῳκισμένοι.* Vs. 300 suspicor: *νῦν γὰρ ἡμῖν αἱ σπάσαι*

(pro *ἁρπάσαι*) *πάρεξιν ἀγαθοῦ δαίμονος*. Cf. Eur. Cycl. vs. 416 et vs. 568. Collato vs. 515, coniicio vs. 471 scribendum esse: *κἀπεντείνω καὶ σπουδάζω*, nam verbo *ἐπεμπίπτειν* ibi locus non est. Haud magis intelligo, quid sit vs. 511: *οἵ τοι γεωργοὶ τοὔργον ἐξέλκουσι κἄλλος οὐδέν*. Vix dubito, an verum sit *ἐκτελοῦσι*. Absurdum est *ἄλλων* vs. 760:

ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν πολεμίζων
ἀντεῖχον ἀεὶ καὶ τῶν ἄλλων νήσων· ὧν οὕνεκα νυνὶ
ἀποδοῦναι μοι τὴν χάριν ὑμᾶς εἰκὸς κτέ.

Abiecto additamento repone: *τούτων οὖν οὕνεκα κτὲ.* Perperam Meinekius vitii suspectum habet vs. 824. Iocum enim continet hodierno quoque usu satis frequentem. Nimirum Trygaeus ab Olympo redux servi quaerentis ex ipso, *an redierit*, *ἀναισθησίαν* sulse perstringit respondendo: *ut quidem ego e quopiam audivi.*

Avium vs. 478 haud dubie transponendum: *ὡς πρεσβυτάτων ὄντων αὐτῶν ὀρθῶς ἔσθ' ἡ βασιλεία*. Ibid. vs. 586 conieci: *ἢν δ' ἡγῶνται σὲ θεὸν σεμνόν, Ζῆν' ἢ Κρόνον η σε Ποσειδῶ*, in quibus *σεμνόν* debetur Cobeto, qui *σεμνόν σε θεόν* proposuerat. Recte tamen Meinekius reliqua quoque: *σὲ δὲ γῆν σὲ Κρόνον σὲ Ποσειδῶ* mendosa esse monet. Pluralem numerum sensus postulat vs. 613: *καὶ τοὔνομ' ἡμῖν φράσατον*; quocirca scripserim: *καὶ τὠνόμαθ' ἡμῖν κτέ.* Similiter mox vs. 647 pro *ἴθι* requiro *ἴτε*. Vs. 698 poetae reddiderim: *οὗτος χάει ἠερόεντι μιγεὶς νύχιος κατὰ τάρταρον εὐρύν* pro *νυχίῳ*. Vs. 850 verum videtur: *παῖ παῖ τό τε κανοῦν αἶρε καὶ τὴν χέρνιβα*, et vs. 893: *ἄπελθ' ἀφ' ἡμῶν καὶ σὺ καὶ τὰ ςέμματα* ira, qua haec dicuntur, suadet: *ἄπερρ' ἀφ' ἡμῶν κτέ.* Cf. Nubb. 773 et Eccl. 169. Vs. 956: *τουτὶ μὰ Δί' ἐγὼ τὸ κακὸν οὐδέποτ' ἤλπισα, οὕτω ταχέως τοῦτον πεπύσθαι τὴν πόλιν*. Mala interpretatio locum perdidisse videtur. *Τουτὶ τὸ κακόν* ipse vocatur poeta, cf. vs. 931 et 992: quare, deleta vir-

gula post *ἤλπισα*, pro *τοῦτον* substituatur *ταύτην*. Nec vs. 1105, opinor, violabis reponendo: *πρῶτα μὲν γάρ, ὧν* (pro *οὗ*) *μάλιςα πᾶς κριτὴς ἐφίεται, γλαῦκες ὑμᾶς οὔποτ' ἐπιλείψουσι Λαυριωτικαί*, neque vs. 1212, rescripta formula *οὐκ ἐρεῖς;* (i. e. *dic*) pro *οὐ λέγεις;* quod Graecum non est eo sensu, quem habet *οὐ φής;* Vs. 1347 lego: *μάλιςα δ' ᾧ* (scil. *νόμῳ*) *καλὸν νομίζετε* (vel *νομίζεται*) *κτὲ.* pro *μάλιςα δ' ὅτι κτὲ.* Vs. 1382 pro *μετάρσιος* praeplaceret mihi h. l., quippe quae grandius sonet, forma Dorica *πεδάρσιος*, cl. vs. 1197. Reliquas meas in quinque ultimas fabulas Aristophaneas observationes, quippe adhuc nimium recentes, aliam nactus occasionem cum eruditis communicare malo. Liberiore enim animo ac severiore iudicio minusque nobismet ipsi placentes ea, quae aliquamdiu scriniis inclusa iacuerunt, quam quae nuperrime excogitavimus, contemplari atque diiudicare fere solemus.

Scribebam Groningae
Novembri mense a. MDCCCLXI.

INDEX CAPITUM.

INDEX RERUM.

INDEX AUCTORUM

APUD QUOS EXSTANT FRAGMENTA DE QUIBUS EGI.

CAPUT I.

OBSERVATIONES CRITICAE IN ALIQUOT AESCHYLI FRAGMENTA.

Metri legibus ut satisfieret, vv. dd. sententiam perdiderunt fragmenti Aeschylei ex *Edonis* ap. Strabon. X p. 470 scribentes:

ψαλμὸς δ' ἀλαλάζει·
ταυρόφθογγοι δ' ὑπομυκῶνται
ποθεν ἐξ ἀφανοῦς φοβεροὶ μῖμοι,
τυπάνου δ' εἰκὼν ὥσθ' ὑπογαίου
βροντῆς φέρεται βαρυταρβής.

Tympani imago, ut vertunt Latine, et τυπάνου εἰκὼν quid rei sit mihi aeque obscurum est. In codd. teste Nauckio legitur vel εἰχὼν (sic) vel ἠχώ, quarum lectionum haec ea ipsa est, quae requiritur. Scripserim:

χὤσθ' ὑπογαίου βροντῆς τυπάνων
ἠχὼ φέρεται βαρυταρβής.

Quod vulgatur εἰκὼν infelix est Naekii coniectura.

Ad Aeschyli *Phryges* sunt qui fortasse non iniuria referant versum, quem edidit Cramerus in Anecd. vol. I, p. 119:

πᾶσα γὰρ Τροία δέδορκεν Ἕκτορος τύχης δίαι.

Hodie pro δέδορκεν scribi solet δέδουπεν e Welckeri et

Bernhardii coniectura. Videant tamen viri docti annon leniore mutatione scribi praestiterit:

πᾶσα γὰρ Τροία δέδοικεν κτἑ.

Eodem modo Sept. adv. Theb. vs. 104 chorum mulierum timore perculsarum cecinisse puto: κτύπον δέδοικα· πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός· non id, quod unanimo codicum consensu hodie editur: κτύπον δέδορκα κτἑ, quem admodum significavi iam alibi. Cf. ib. vs. 113, 124 et 184.

Ath. X p. 447 b. τὸν δὲ κρίθινον οἶνον καὶ βρῦτόν τινες καλοῦσιν· μνημονεύει δὲ τοῦ πώματος Αἰσχύλος ἐν Λυκούργῳ·

κὰκ τῶνδ' ἔπινε βρῦτον ἰσχναίνων χρόνῳ,
κἀσεμνοκόμπει τοῦτ' ἐν ἀνδρείᾳ ςέγῃ.

Corrupta videntur utriusque vs. vocabula ultima χρόνῳ et ςέγῃ. Pro illo χρόα, pro hoc τιθείς reposuerim.

Ath. XV p. 674. Αἰσχύλος δ' ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ σαφῶς φησιν ὅτι ἐπὶ τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν ςέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ—καίτοι ἐν τῇ ἐπιγραφομένῃ Σφιγγὶ εἰπών·

τῷ δὲ ξένῳ γε ςέφανος, ἀρχαῖον ςέφος,
δεσμῶν ἄριςος ἐκ Προμηθέως λόγου.

Στέφος errore e praecedenti ςέφανος natum esse suspicor et Aeschylum dedisse: — ἀρχαῖον πλέκος κτἑ.

Accentus doctum ceteroquin Grammaticum decepisse videtur, qui auctor est Scholii in Platonis Cratyl. p. 421 D. Laudat enim ad verba Platonica: ἀγὼν πρόφασιν οὐκ ἀναμένει locum Aeschyleum e *Glauco Potniensi* huncce: ἀγὼν γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους. Quem versum Latine sic interpretantur: *Certamen non fert viros inferiores.* Sed neque μένειν Graece ponitur eo sensu quo ἀναμένειν, neque λείπεσθαι et λελειμμένος

nude adhibentur, sed addi solet aut res, qua sit aliquis inferior, aut persona. Nisi fallor, Aeschylus scripserat:

ἄγων γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους —

i.e. *ducens enim viros non inferiores alacritate* —

Ad eandem tragoediam sunt qui referant duos versus ap. Schol. Ven. ad. Iliad. N, 198:

Εἷλκον δ' ἄνω λυκηδόν, ὥστε διπλόοι
λύκοι νέβρον φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις.

Alii fortasse me feliciores interpretes erunt vocabulorum φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις. Ego ista non magis intelligo quam interpretationem Latinam: *auferunt circa axillas.* Vide tamen an forte ἐξ ἀμηχάνων πόρον invenerim suspicando in librorum scriptura: ΦΕΡΟΥΣΙΝΑΜΦΙΜΑΣΧΑΛΑΙΣ delitescere hancce: ΦΕΡΟΥΣΙΓΑΜΦΗΛΑΙΣΚΑΛΗΝ, collatis versibus Homericis, quos poeta imitatur. Poetarum autem princeps l.l. ita canit:

Ὥςε δύ' αἶγα λέοντε κυνῶν ὕπο καρχαροδόντων
ἁρπάξαντε φέρητον ἀνὰ ῥωπήϊα πυκνά,
ὑψοῦ ὑπὲρ γαίης μετὰ γαμφηλῇσιν ἔχοντε·

Unde tragico reddiderim:

λύκοι νέβρον φέρουσι γαμφηλαῖς καλήν.

Plutarchus Mor. p. 1087 F. servavit fragmentum, quo Philoctetes morbi sui originem exponit hunc in modum:

οὐ γὰρ δακὼν ἀνῆκεν, ἀλλ' ἐνῴκισεν
δεινὴν ςομωτὸν ἔκφυσιν, ποδὸς λαβών.

Vs. 1 optime δακὼν pro δράκων ex egregia Hirschigii coniectura restituit Nauckius (fr. 248). Vs. 2, in quo ςομωτὸν pro ςομάτων debetur Valckenaerio, videndum est, an pro ἔκφυσιν substituendum sit ἔκπτυσιν, quemadmodum Aeschylum τὸν ἐξεπτυσμένον ἰὸν i. e. *e viperino morsu venenum* (Cic. Tusc. II,

7, 14) vocasse suspicor. Rectius quoque venenum quam *ulcus* (sic enim ἔκφυσιν interpretantur) στομωτὸν dici posse existimo.

Schol. Pind. Pyth. III, 27: τὸ ὑποκουρίζεσθαι ἀοιδαῖς εἶπε διὰ τὸ τοὺς ὑμνοῦντας ἐπευφημιζομένους λέγειν σὺν κόροις τε καὶ κόραις. Αἰσχύλος Δαναΐσι·

κἄπειτ' ἄνεισι λαμπρὸν ἡλίου φάος,
ἕως τ' ἐγείρει πρευμενῶς τοὺς νυμφίους
νόμοισιν ὕμνων »σὺν κόροις τε καὶ κόραις.«

Vs. 1 κἄπειτα δ' εἶσι et vs. 2 ἕως ἐγείρω correxit Toupius, ipse πρευμενεῖς mutavi in πρευμενῶς et vs. 3 νόμοισιν ὕμνων scripsi pro νόμοισι θέντων. Videndum tamen an vs. 2 corrigendum sit potius:

ἕως τ' ἐπεγερεῖ πρευμενῶς τοὺς νυμφίους,

siquidem haec Futuro tempore dicta esse apparet ex ἄνεισι vs. 1. Nam sin minus, scripsisset ἀνέρχεται. Optime Nauckius conferri iubet Hesych. 2 p. 333.

Antig. Caryst. Hist. Mir. c. 115: τῶν δὲ θηλέων ζῴων ῥοπικώτερόν φησιν εἶναι πρὸς τὴν συνουσίαν ἵππον—φαίνεται δὲ καὶ Αἰσχύλος ἱστορικῶς τὸ τοιοῦτον οὕτως πως εἰρηκέναι πρὸς τὰς παρθένους ἐν ταῖς Τοξότισιν·

αἰδοῖ γὰρ ἁγναῖς παρθένοις γαμηλίων
λέκτρων ἑτοίμη βλεμμάτων ῥέπειν βολή κτἑ.

i. e. *prae pudore enim innuptis puellis luminum acies parata est vergere deorsum.* Pro ἄδων ταῖς de meo scripsi αἰδοῖ γὰρ et vs. 2 pro αστει μη dedi ἑτοίμη cum Hermanno, deinde ῥέπειν pro ῥέπει meo Marte: Ex hac coniectura Genitivus γαμηλίων λέκτρων pendet ab ἁγναῖς, quae res nemini erit offensioni, qui meminerit ἁγνὸς γάμων et similia tragicis esse tritissima. Contra tautologia laborant correctiones eorum, qui pro αστει μη substituunt ἀπείροις, ut fecit Heathius, vel

ἀγεύστοις, ut Ahrensius, vel denique *ἀδμῆσι*, ut ipse olim suspicabar. Neque hodie placet, quod aliquando tentabam vs. 2:

λέκτρων ἀεὶ 's γῆν βλεμμάτων ῥέπει βολή.

nam Graece dicitur *ἐπὶ γῆν* vel *πρὸς γῆν ῥέπειν*. Longius quoque distant a codicum vestigiis *ἔραζε* et *πρὸς οὖδας*, de quibus locutionibus substituendis aliquis cogitare posset.

Schol. Soph. ad. Oed. Col. 1047: *τὰ ἐν Ἐλευσῖνι τέλη φησί, καὶ εἴη ἂν λαμπάσιν ἀκταῖς λέγων ταῖς λαμπαδευομέναις καὶ καταλαμπομέναις ὑπὸ τῆς μυστικῆς φλογὸς καὶ τῶν ἱερῶν δᾴδων, περὶ ὧν Αἰσχύλος φησίν·*

Λαμπραῖσιν ἀστραπαῖσι λαμπάδων σθένει.

Mihi non sic scripsisse videtur sed *φλέγει*, cf. v. c. Sept. c. Theb. vs. 415, quidquid fuerit huius sententiae (nam incerta res est) subiectum. Hermannus, non monito lectore, pro *σθένει* dedit *σέλας*.

Anecd. Bekk. p. 346, 10. *Ἀδριαναὶ γυναῖκες. Αἰσχύλος Ἡλιάσιν·*

Ἀδριαναί τε γυναῖκες κόρον ἕξουσι γόων.

Scripsi *κόρον* de coniectura mea pro eo, quod sine sensu vulgatur, *τρόπον*. Cf. Eur. Alc. 183; Phoen. 1379; Hom. Od. *δ* 103. Non felicius idem vocabulum librariorum manus evasit in fragm. Euripidis apud Schol. ad Arist. Thesm. vs. 1018:

κλύεις ὦ
πρὸς Αἰδοῦς σὲ τὰν ἐν ἄντροις
ἀπόπαυσον, ἔασον,
Ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου πόθον λαβεῖν.

Scripsi haec, ut ingeniose corruptas codicis lectiones correxit Seidlerus; cuius emendationem perficiam reponendo: *ἔασον Ἀχοῖ με σὺν φίλαις γόου κόρον λαβεῖν.* Cogita, velim, quam absurde aliquis rogetur *pati*, ut ego aliusve *cupiat lacrymare.*

Ad Aeschyli *Laium* auctore Gronovio vulgo refertur fragm. huius poetae, quod exstat ap. Harpocrationem p. 123, 12 in v. *μαλακίζομεν. Αἰσχύλος ἐλαδιωκεκμῆτι μαλκίων ποδί.* Ingeniose, nam fatendum est, Gronovius ex *ἐλαδίω* s. *ἐλλαδίῳ* expiscatus est *ἐν Λαΐῳ*, quam coniecturam amplecti non dubitarem, nisi mutatione nulla aut fere nulla totum locum verisimiliter corrigere posses scribendo: *Αἰσχύλος· ἔλα δίωκε μή τι μαλκίων ποδί*, sententia tam facili quam perspicua. Partem veri iam vidit Hermannus rescribens:

ἔλα δίωκ' ἀκμῆτι μάλκιον ποδί

quae oppositis frontibus inter se pugnare rectissime pronuntiavit Cobetus Mnemos. III, p. 307. Ab eiusmodi crimine facile se defendet inventum nostrum:

ἔλα δίωκε μή τι μαλκίων ποδί.

ΔΙΩΚΕΜΗΤΙ quam proclivi errore in *ΔΙΩΚΕΚΜΗΤΙ* abire potuerit, manifestum est.

Aetnearum fragm. ap. Macrob. Sat. 5, 19, 17 vulgatur sic:

A. Τί δῆτ' ἐπ' αὐτοῖς ὄνομα θήσονται βροτοί;
B. Σεμνοὺς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.

Reliqua adscribere nihil adtinet. Facile enim mihi omnes hoc dabunt, Jovem secundum poëtam iussisse eos, de quibus in fragmento sermo est, vocari *venerando nomine Palicos*, non hercle *venerandos Palicos*. Procul dubio igitur vs. 2 scribendus erit in hunc modum:

Σεμνῶς Παλικοὺς Ζεὺς ἐφίεται καλεῖν.

E dramate satyrico *Circe* petitum esse coniecerunt vv. dd. fragmentum, quod servavit Athenaeus IX, p. 375 E. scriptum in hunc modum:

Ἐγὼ δὲ χοῖρον καὶ μαλ' εὐθηλούμενον
τόνδ' ἐννοθοῦντι κριβάνῳ θήσω. τί γὰρ
ὄψον γένοιτ' ἂν ἀνδρὶ τοῦδε βέλτιον;

Vs. 2 codd. habent aut ἐννοτοῦτι aut ἐννοθοῦντι, quod exhibui. Utramque lectionem nihili esse vix est quod moneam. Verum reperisse et sibi et aliis visus est Dindorfius reponendo: τόν δ' ἐν ῥοθοῦντι κριβάνῳ κτέ. Receperunt eam lectionem et alii et Nauckius, vertuntque: „hunc in *crepitante* furno ponam.“ Horum sententiam ego quoque amplectar, ubi primum aliquis demonstraverit vocabula ῥόθος, ῥόθιος, ῥοθεῖν et ῥοθιάζειν usquam aliter adhibita esse quam de *aquarum murmure*.

Ego fabulae satyricae non nimis inficetam lectionem reddere mihi videor rescribendo:

τόνδ' ἐν ποθοῦντι κριβάνῳ θήσω.

Furnus bene calefactus et paratus ad carnes recipiendas non male, opinor, ποθεῖν istas carnes dicitur, donec illi desiderio sit satisfactum. A tragica quidem gravitate talis scriptura abhorreret, sed in satyrico dramate mihi quidem valde videtur idonea. Vs. 3tio pro βέλτιον correctum est metri causa βέλτερον. Recte opinor.

Bene Nauckius non recepit inter Aeschyli fragmenta locum, quem affert Theophilus ad Autolycum II 54, p. 256 ed. Wolf. Cuius loci duo primi versus constituendi videntur in hunc modum:

Ὁρᾷ δίκη σ' ἄναυδος οὐχ ὁρωμένη
εὕδοντα καὶ στείχοντα καὶ καθήμενον.

Vulgo absque sensu eduntur sic:

ὁρᾷ δίκην ἄναυδον οὐχ ὁρωμένην
εὕδοντι καὶ στείχοντι καὶ καθημένῳ.

Ita certe leguntur apud Ahrensium inter Aeschylea Inc. Fab. 323. Theophili editionem non habeo, ita ut quid ab aliis coniectum sit ignorem.

Apud Nauckium N°. 292 inter Inc. Fab. fragm. scriptum video:

οὔτοι μ' ἄπειρον τῆσδε τῆς προσῳδίας.

quem versum Aeschyleum laudavit Grammaticus in Anecd. Oxon. vol. IV, pag. 315, 28 ad probandum *προσῳδίαν* interdum *κεῖσθαι ἐπὶ τῆς προσφωνήσεως, οὐ τῆς μετ' ὀργάνου φωνῆς*. Legitur in cod. *οὔτιμ' κτέ*, quod aut ita corrigendum est, ut fecit Nauckius, aut scribendum:

οὔτ' εἰμ' ἄπειρος τῆσδε κτέ.

Utrum verius sit, aliorum esto iudicium.

Plutarchus Mor. p. 827 c. et in vit. Demetr. c. 35 auctor est Demetrium Poliorcetem quum regno excidisset *πρὸς τὴν τύχην ἀναφθέγξασθαι τὸ Αἰσχύλειον*

Σύ τοί με φυσᾷς, σύ με καταίθειν δοκεῖς.

Diversa tentarunt viri docti, inter quos reliquis omnibus felicior mihi fuisse videtur Heathius scribens:

σύ τοί μ' ἔφυσας, σύ με καταφθιεῖν δοκεῖς.

Fallitur tamen *καταφθιεῖν* Graecum esse putans pro *καταφθίσειν*. Equidem coniicio:

σύ τοί μ' ἔφυσας, σύ δέ με καὶ φθίνειν δοκεῖς,

vel *σύγ' ἥ με φύσασα σύ με καὶ φθίνειν δοκεῖς*, sed priorem quam proposui rationem praefero.

Plut. Mor. p. 434 A. *καὶ τῆς ἐν Εὐβοίᾳ χαλκίτιδος, ἐξ ἧς ἐδημιουργεῖτο τὰ ψυχρήλατα τῶν ξιφῶν, ὡς Αἰσχύλος εἴρηκε·*

λαβὼν γὰρ αὐτόθακτον Εὐβοικὸν ξίφος.

Xylander *αὐτόθηκτον*, Hermannus *αὐόθηκτον* ci. Quibus coniecturis quum nihil proficiamus, tentabam:

λαβὼν καρυςόβαπτον Εὐβοικὸν ξίφος.

Nobilis autem erat, quod nemo ignorat, *Carystus* civitas

sita in Euboeae ora meridionali in Oches montis radicibus. In eadem regione erat *Γεραιςός*, unde possis: *λαβὼν γεραιςόβαπτον*, vel lenius *γεραιςόθηκτον κτὲ.* Multum tamen vereor, ut analogia huiusmodi composita patiatur; quare nunc malo:

λαβὼν φρεατόβαπτον Εὐβοικὸν ξίφος.

Plutarchus Mor. p. 625 D: *οἱ γὰρ πρεσβύτεροι πόρρω τὰ γράμματα τῶν ὀμμάτων ἀπάγοντες ἀναγινώσκουσιν, ἐγγύθεν δ'οὐ δύνανται· καὶ τοῦτο παραδηλῶν ὁ Αἰσχύλος φησίν ‚οὐδὲ ἀπο αὐτὸν οὐ γὰρ ἐγγύθεν γέρων δὲ γραμματεὺς γενοῦ σαφής.‛* Locum lacerum et pessime depravatum tentavi in hunc modum

σὺ δὲ
ἄπωθεν αὔγασον τόδ', οὐ γὰρ ἐγγύθεν
γέρων ἂν οὐδεὶς γραμματεὺς πέλοι σαφής.

Cf. Hermann. 320, Nauck. 348, Ahrens. 398.

Athen. XI p. 491 A. *καὶ Αἰσχύλος δὲ·*

αἱ δ' ἑπτ' Ἄτλαντος παῖδες ὠνομασμέναι
πατρὸς μέγιςον ἆθλον οὐρανοςεγῆ
κλαίεσκον, ἔνθεν νυκτέρων φαντασμάτων
ἔχουσι μορφὰς ἄπτεροι πελειάδες.

Vs. 3 absque sensu vulgo legitur *ἔνθα*, quod correxi.

Schol. Eur. Or. 25: *ἡ γὰρ Κλυταιμνήστρα χιτῶνα ὕφανεν οὔτε ταῖς χερσὶν οὔτε τῇ κεφαλῇ ἔκδυσιν ἔχοντα —·*

ἀμήχανον τεύχημα καὶ δυσέκλυτον.

Ipse Scholiastes non obscure testatur poetam scripsisse:

ἀμήχανον τέχνημα καὶ δυσέκδυτον.

Quarum correctionum priorem iam Nauckium proposuisse video (f. 365).

CAPUT II.

ADNOTATIONES AD ALIQUOT SOPHOCLIS FRAGMENTA.

Gravem labem passus est locus, quem ex *Ulixe furente* servavit Schol. Pind. Isthm. VI, 87 sic scribens: *σύντομοι δ' οὐ μόνον Λάκωνες, ἀλλὰ καὶ Ἀργεῖοι· Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ μαινομένῳ*

πάντ' οἶσθα, πάντ' ἔλεξα τἀντεταλμένα,
μῦθος γὰρ Ἀργολιστὶ συντέμνειν βραχύς.

Nemo monitus, credo, non videt adiectivum *βραχύς* esse turpe interpretamentum et quantocyus expellendum. Argivum nescio quem dixisse arbitror:

μῦθος γὰρ Ἀργολιςὶ συντέμνειν ἔφυ·

i. e. *nam oratio Argivis brevis esse assolet;* vel, quod usitatius est:

μύθους (s. *μῦθον*) *γὰρ Ἀργολιςὶ συντέμνειν ἔφυν.*

Interpolator versum de suo interposuisse videtur insigni fragmento *Scyriarum*, quod exstat apud Stobaeum CXXIV 17:

Ἀλλ' εἰ μὲν ἦν κλάουσιν ἰᾶσθαι κακὰ,
καὶ τὸν θανόντα δακρύοις ἀνιςάναι,
ὁ χρυσὸς ἧσσον κτῆμα τοῦ κλάειν ἂν ἦν·
νῦν δ' ὦ γεραιὲ ταῦτ' ἀνηνύτως ἔχει.
[*τὸ μὲν* (s. *τὸν μὲν*) *τάφῳ κρυφθέντα πρὸς τὸ φῶς ἄγειν*]

Versum inficetum, quem uncinis sepsi, frustra correxerunt viri docti scribendo *τὸν ἐν τάφῳ κτὲ*, non intelligentes totum versum nihil aliud esse nisi interpretamentum pronominis *ταῦτ'* in vs. praecedenti; quo tamen minime indigemus, siquidem *ταῦτα* refertur ad vs 1 et 2. Confictus est, nisi fallor, ex parte ad exemplum vs. 7. Sequuntur enim haec:

κἀμοὶ γὰρ ἂν πατήρ γε δακρύων χάριν
ἀνῆκτ' ἂν εἰς φῶς.

Sed aliquanto melius, credo, de mortuo dicitur *ἀνάγεσθαι εἰς φῶς* quam *ἄγειν πρὸς τὸ φῶς*. Praeterea se prodit interpretamentum ipso initio *τὸ μέν*. Tandem quis credat magnum in paucis poetam tam brevi intervallo eadem locutione usum fuisse in re, quam diversissimis modis enuntiare vel *ὁ τυχὼν* possit?

Ad *Argivorum concionem* a nonnullis non absurde refertur fragm. Sophocleum ap. Herodianum *περὶ σχημάτων* p. 57, 58:

Ἐγὼ δ' ἐρῶ σοι δεινὸν οὐδέν, οὔθ' ὅπως
φυγὰς πατρῴας ἐξελήλασαι χθονός,
οὔθ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενὲς
κτείνας, ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται.

Quid sit *αἷμα κτεῖναι* frustra quaeres. Participium *κτείνας* glossema esse iam aliquot abhinc annis conieci in dissertatione Observ. Crit. in fragm. Com. Graec. p. 128. Thes. VII, neque hodie sententiam muto. Iam tunc probabiliter admodum, ut mihi videor, suspicabar poetae manum fuisse hanc:

οὔθ' ὡς ὁ Τυδεὺς ἀνδρὸς αἷμα συγγενὲς
πράξας, ἐν Ἄργει ξεῖνος ὢν οἰκίζεται.

Etenim, quamvis mirum videri possit, tragici dicunt: *αἷμα τινος πράττειν* sive *ἐργάζεσθαι* pro *φονεύειν τινά*. Ita v. c. Eurip. Orest. 280: *εἴργασαι δ' ἐμοὶ μητρῷον αἷμα* et vs. 1139: *κακῆς γυναικὸς αἷμ' ἐπράξαμεν*, et sic passim. Etiam, nisi fallor, *αἷμα δρᾶν* eodem sensu me legere memini, sed iam exempla, quibus hunc usum stabiliam, mihi in promptu non sunt Cf. Cramer. Anecd. III p. 194, 1.

Corruptum codicem Sophoclis consultasse Herodianum existimo, unde in libello *περὶ μον. λεξ.* p. 40, 11 haec scribere potuerit: *τὸ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Λακαίναις δανοτῆς εἰρημένον* „*ἐν ᾗ παύσετ' ἀμερίων μόχθων τε καὶ δανοτῆτος.*“ Ver-

sum enim vitiosum esse metrum evincit. Quare Bergkius pro *δανοτῆτος* proposuit *ἀδρανότητος*. Perperam, ni fallor, quandoquidem hoc vocabulum tum loci sententiae adversatur (*ignaviam* enim s. *imbecillitatem* significans, cum *μόχθων* iungi omnino nequit), tum peccat contra analogiam. Nam ab adiect. *ἀδρανής* formantur *ἀδράνεια* et *ἀδρανία*: *ἀδρανότης* formari nequit nisi ab *ἄδρανος*, quod Graecum non est vocabulum. Praeterea *ἀδρανής* et vocabula inde derivata aliquot seculis Aeschylo seriora esse videntur. Ipse conieci:

ἤδη παύσεται ἀμερίων μόχθων καὶ δ α ϊ ο τ ῆ τ ο ς.

Egregium e *Laocoonte* locum servavit nobis Dionysius Halicarnassensis Ant. I. 8, qui locus constituendus videtur in hunc modum:

Νῦν δ' ἐν πύλαισιν Αἰνέας ὁ τῆς θεοῦ
πάρεσ' ἐπ' ὤμων πατέρ' ἔχων κεραυνίου
νώτου καταστάζοντα βύσσινον φάρος,
κυκλῷ δὲ πᾶσαν οἰκετῶν παμπησίαν·
συνοπάζεται δὲ πλῆθός οἱ, π ό σ ο ν δοκεῖς;
οἳ τῆσδ' ἐρῶσι τῆς ἀποικίας, Φρυγῶν.

Vulgo vs. 3 ponitur distinctio maior post *φάρος* et vs. 4 sine sensu scribitur *κυκλεῖ*, pro quo Nauckius ci. *καλεῖ*. Ego, mutata interpunctione, *κυκλῷ* reponere malui, ex qua correctione *π. οἰκετῶν παμπησίαν* (ita cum Nauckio scripsi pro *παμπληθία*, quamvis Bergkii coniectura *παγκληρία* habet etiam, quo se commendet,) suspensum erit a participio *ἔχων* vs. 2. Vs. 5 sensu parum idoneo legitur *πλῆθος ο ὐ χ ὅ σ ο ν δοκεῖς*, quod mutavi, ut corrigendum esse suspicabar. Tandem vs. 6 virgula a reliquis separavi *Φρυγῶν*, qui Genitivus potius a *πλῆθος* quam ab *ἀποικίας* pendere videatur.

Stob. Flor. CVIII. 51 *Σοφοκλέους*·

Στέργειν δὲ τἀκπεσόντα κεὖ θέσθαι πρέπει
σοφὸν κυβευτήν, ἀλλὰ μὴ ϛένειν τύχην.

Dedi *κεὖ* pro *καὶ* collato eiusdem Soph. fragm. e *Creusa* ap. Stob. IV. 38:

ταῦτ' ἐϛιν ἄλγιϛ', ἣν, παρὸν θέσθαι καλῶς,
αὐτός τις αὑτῷ τὴν βλαβὴν προσθῇ φέρων.

Suidas in voc. *βαιαί—ἰδίως ἀντὶ τοῦ εἷς, Σοφοκλῆς «πότερον ἐχώρει βαιὸς ἢ πολλοὺς ἔχων ἄνδρας λοχίτας»* (O. R. 750) *καὶ ἐν Αἰχμαλωτίσιν·*

ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος ὥστε δεύτερα.

Male habent viros doctos vocabula *ὥστε δεύτερα.* In *ὥστε δευτέραν* [*σπονδήν*] mutat Bergkius, qua coniectura nihil proficimus. Grammaticus locum affert, quo probet aliquando *βαιὸς* a Sophocle positum esse pro *εἷς*. Ad quam rem qui bene animum adverterit, corrigat mecum necesse est:

ἔσπεισα βαιᾶς κύλικος, εἶτα δευτέρας.

(scil. *κύλικος*) i. e. *libavi ex una patera, deinde ex altera.*

Schol. Arist. Ran. 665: *παρὰ τὰ Σοφοκλέους ἐκ Λαοκόοντος·*

Πόσειδον, ὃς Αἰγαίους ἔχεις
πρῶνας, ἢ γλαυκᾶς μέδεις
εὐανέμου λίμνας ἐφ' ὑψηλοῖς σπιλάδεσσι ϛομάτων.

Vitium alere *στομάτων* ipsum metrum docet. Sententia requirit participium alicuius verbi, quo indicetur *mora*. Cogitavi de *πολεύων*, sed mihi non plane satisfacio.

Achill. Tat. Isag. ad Phoen. Arati c. l. *Σοφοκλῆς δὲ Παλαμήδει ἀνατίθησιν· λέγοντα γὰρ Ναύπλιον εἰσάγει·*

οὗτος δ' ἐφεῦρε τεῖχος Ἀργείων ϛρατῷ
σταθμῶν τ' ἀριθμῶν καὶ μέτρων ὁρίσματα.
πάντων δ' ἔτευξε πρῶτος ἐξ ἑνὸς δέκα,
κἀκ τῶν δέκ' αὖθις εὗρε πεντηκοντάδας
† *ὃς χίλι' εὐθὺς ὃς ϛρατοῦ φρυκτωρίαν*
ἔδειξε κἀνέφηνεν οὐ δεδειγμένα.
ἐφεῦρε δ' ἄϛρων μέτρα καὶ περιϛροφὰς
τάξεις τε πάσας οὐράνιά τε σήματα
† *ὕπνου φύλαξεις στιθόα σημαντήρια*
νεῶν τε ποιμαντῆρσιν ἐνθαλασσίοις
Ἄρκτου ϛροφάς τε καὶ Κυνὸς ψυχρὰν δύσιν.

Vs. 2 pro *εὑρήματα* meo Marte scribendum esse putavi *ὁρίσματα* s. *definitiones*. Vs. 4 vulgo legitur *κἀκεῖν' ἔτευξε κτέ*, quibus de meo substitui: *πάντων δ' ἔτευξε πρῶτος κτέ*. Tandem vs. 8 dedi ex coni. mea *τάξεις τε πάσας* pro *τάξεις τε ταύτας*. Vs. 5 et 9 tam misere corrupti sunt, ut sine melioribus libris corrigi iam nequeant. Aliorum coniecturas, quas ex parte adscivi, videas apud Nauckium fr. 396.

Stob. Flor. CVI, 11: *Σοφοκλέους Ἀλήτης.*

δεινόν γε τοὺς μὲν δυσσεβεῖς κακῶν τ' ἄπο
βλαϛόντας εἶτα τούσδε μὲν πράσσειν καλῶς,
τοὺς δ' ὄντας ἐσθλοὺς ἔκ τε γενναίων ἅμα
γεγῶτας εἶτα δυϛυχεῖς πεφυκέναι
οὐ χρῆν τάδ' οὕτω δαίμονας θνητοὺς πέρι
πράσσειν· ἐχρῆν γὰρ τοὺς μὲν εὐσεβεῖς βροτῶν
ἔχειν τι κέρδος ἐμφανὲς θεῶν πάρα,
τοὺς δ' ὄντας ἀδίκους τούσδε τὴν ἐπαξίαν
δίκην, κακῶν τιμωρὸν ἐμφανῆ, τίνειν.
κοὐδεὶς ἂν οὕτως εὐτύχει κακὸς γεγώς.

Vs. 6 valde mihi suspectum est verbum *πράσσειν*, pro quo *τάσσειν* (*constituere*) reponendum esse puto. Vs. 8 revocavi *τούσδε* pro *τοὺς δὲ* e codice Vindobonensi. Praegresso *τοὺς μὲν* (vs. 6) respondet *τοὺς δ' ὄντας κτέ*, deinde *τούσδε* cum

emphasi subiungitur prorsus eadem ratione, qua vs. 1, 2 *τοὺς μὲν—βλαζόντας—τούςδε κτέ.* Tandem de coniectura mea scripsi *τὴν ἐπαξίαν δίκην* pro *τὴν ἐναντίαν δίκην*, quippe quod h. l. sensu idoneo careat.

Stob. Flor. 105, 3. *Σοφοκλέους Τυνδάρεως·*

οὐ χρή ποτ' εὖ πράσσοντος ὀλβίσαι τύχας
*ἀνδρός, πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη ***
διεκπερανθῇ καὶ τελευτήσῃ βίον.
ἐν γὰρ βραχεῖ καθεῖλε κὠλίγῳ χρόνῳ
πάμπλουτον ὄλβον δαίμονος κακοῦ δόσις,
ὅταν μεταστῇ καὶ θεοῖς δοκῇ τάδε·

Vs. 2 delevi *βίος*, quod debetur librario lacunam utcumque explenti. Blomfieldius coniecit *χρόνος*, quod mihi non valde arridet propter finem vs. 4. Nec tamen quod melius reponam reperio. Cogitavi de *πόρος* eo sensu, quo Pindarus Ol. 1, 7, 15 *ἑλίσσων βίου πόρον* dixit; sed *πόρος*, non addito *βίου*, ut *vitae iter* significare possit vereor. In mentem quoque venit, an scribendum esset: *πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη μίτος δ. κ. τ. βίου.* Preterea vs. 4. *κὠλίγῳ* recte offensioni fuit Bergkio, *κοὐ μακρῷ* coniicienti. Aliud quid latere suspicor.

Ath. I p. 17 D. — *Αἰσχύλος γοῦν ἀπρεπῶς που παράγει μεθύοντας τοὺς Ἕλληνας — καὶ Σοφοκλῆς δ' ἐν Ἀχαιῶν συνδείπνῳ·*

ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε· περὶ δ' ἐμῷ κάρᾳ
κατάγνυται τὸ τεῦχος οὐ μύρου πνέον,
ἐλεηλατούμην δ' οὐ φίλης ὀσμῆς ὕπο.

In *ΕΔΕΙΜΑΤΟΥΜΗΝ* (*ἐδειματούμην*), quam lectionem vulgatam iure suspectam habuit Nauckius, latere putavi *ΕΛΕΗΛΑΤΟΥΜΗΝ* i. e. *praeda eram tetri odoris.* Putavi quoque de *ψστρηλατούμην*, sed ipsa veritate reperta hanc suspicio-

nem rursus dimisi. Convenit autem dramati satyrico haud indigna socco metaphora; quali non longe absimilem dixeris eam, qua usus est Aristophanes Pac. 745:

—τυπτομένους ἐπίτηδες,
ἵν' ὁ σύνδουλος σκώψας αὐτοῦ τὰς πληγὰς εἶτ' ἀνέροιτο,
ὦ κακόδαιμον τί τὸ δέρμ' ἔπαθες; μῶν ὑστριχὶς εἰσέβαλέν σοι
ἐς τὰς πλευρὰς πολλῇ στρατιᾷ κἀδενδροκόπησε τὸ νωτον.

Step. Byz. in v. Δωδώνη. Λέγεται καὶ Δωδών, ἧς τὴν γενικὴν Σοφοκλῆς—καὶ δοτικήν·

Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁμίος βροτῶν.

Ita codd. sine varietate. Tunnelius ci. ὁμέστιος, quod recepit Ahrensius. Displicet ea coniectura Nauckio, nec iniuria. Vide an scripserit poeta:

Δωδῶνι ναίων Ζεὺς ὁ μαντεῖος, βροτῶν —

Grammaticus nil curans praeter formam Δωδῶνι non integram sententiam attulisse videtur. Apollinem μαντεῖον vocarunt Eurip. Or. 1666 et Arist. Av. 722. Ζεὺς ὁμόγνιος, de quo cogitabam, huc non quadrat.

Strabo IX p. 399: τὸ Ἀμφιάρειον,.. ὅπου φυγόντα τὸν Ἀμφιάρεων, ὥς φησι Σοφοκλῆς·

ἐδέξατο ῥαγεῖσα Θηβαία κόνις
αὐτοῖσιν ὅπλοις καὶ τετραόρῳ δίφρῳ.

Ita scripsi pro vulgata lectione τετρωρίστῳ, quippe quae forma analogiae legibus adversetur. Verae lectionis vestigia servarunt ii libri, qui habent τετραορίστῳ. Tragici utuntur utraque forma, aut aperta τετράορος aut contracta τέτρωρος. Τετρώριστος dixit nemo unquam nec dicere potuit. Eurip. Suppl. 674: ποιμένες δ' ὄχων | τετραόρων κατῆρχον ἐντεῦθεν μάχης. Sophocles Trach. vs. 507: ὁ μὲν ἦν ποταμοῦ σθένος, ὑψικέρω τετραόρου φάσμα ταύρου.

Plut. Moral. p. 21 F: *πολλὰς γὰρ ἀνθρώπων μυριάδας ἐμπέπληκεν ἀθυμίας περὶ τῶν μυστηρίων (ὁ Σοφοκλῆς) ταῦτα γράψας·*

ὡς τρὶς ὄλβιοι
κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη
μόλωσ' ἐς Ἅιδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ
ζῆν ἔςι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντα δὴ κακά.

Vs. 4 scripsi *πάντα δὴ* pro *πάντ' ἐκεῖ;* nam *ἐκεῖ* errore e vs. praecedenti repetitum esse videtur.

Schol. Plat. p. 965ᵇ 14: *παροιμία αὐτὸ δείξει, ἐπὶ τῶν ἀπιςούντων τι μὴ γενέσθαι—μέμνηται δ' αὐτῆς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Λημνίαις οὕτως·*

ταχὺ δ' αὐτὸ δείξει τοὔργον, ὡς ἔχει, σαφῶς.

Dedi *ὡς ἔχει* (i. e. *quomodo se habeat res*) pro *ὡς ἐγώ.* Meinekio *ὡς δοκῶ* scribendum videtur.

Sunt nonnulla, quae in pulcerrimo loco Euripideo apud Stobaeum LXIII, 6 (nam planissime assentio Nauckio huic, non Sophocli, cui in lemmate tribuuntur, hos versus vindicanti), sunt quaedam, inquam, quae rectius, quam hucusque factum esse video, constitui posse videantur. Adscribam primum totum locum, quemadmodum edendum esse mihi persuadeo, deinde mearum mutationum rationes reddam:

Ὦ παῖδες, ἥ τοι Κύπρις οὐ Κύπρις μόνον,
ἀλλ' ἔστι πολλῶν ὀνομάτων ἐπώνυμος·
ἔςιν μὲν Ἅιδης, ἔςι δ' ἄφθιτος βίος,
ἔςιν δὲ λύσσα μανιάς, ἔςι δ' ἵμερος
ἄκραντος, ἔς' οἰμωγμός· ἐν κείνῃ τὸ πᾶν
σπουδαῖον, ἡσυχαῖον, ἐς βίαν ἄγον.
ἀνθάπτεται γὰρ πλευμόνων ὅσοις ἔνι
ψυχή· τίς οὐχὶ τῆσδε τῆς θεοῦ βορά;

εἰσέρχεται μὲν ἰχθύων πλωτῶν γένη,
χέρσου δ' ἔνεστιν ἐν τετρασκέλει γονῇ,
νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι ποικίλοις πτερόν·
τίν' οὐ παλαίουσ' ἐς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν;
εἴ μοι θέμις, θέμις δὲ τἀληθῆ λέγειν,
Διὸς τυραννεῖ πλευμόνων· ἄνευ δορὸς,
ἄνευ σιδήρου πάντα τοι συντέμνεται
Κύπριδι τὰ θνητῶν καὶ θεῶν βουλεύματα.

Vs. 7. ἀνθάπτεται pro ἐντήκεται iam dudum Meinekium ante me correxisse nunc video. Ego ita coniiciebam, collato loco Aristophaneo e Ranis: πλευμόνων δ' ἀνθάπτεται Ταρτησσία μύραινα κτέ. Vs. 11 correxi vulgatam lectionem: νωμᾷ δ' ἐν οἰωνοῖσι τοὐκείνης πτερόν. Verbum enim νωμᾶν si h. l., ut alibi semper, servat naturam suam transitivam, pronomen ἐκείνης huius loci non esse inde, credo, sine ulla controversia sequitur. Si contra τοὐκείνης mecum in ποικίλοις mutaveris, habebit οἰωνοῖσι suum epitheton, quem admodum vs. 9 ἰχθύων et vs 10 χέρσου-γονῇ. Scrupulus tamen mihi restat, an Venus, cui deae nusquam alibi, quantum ego quidem novi, alae tribuantur, recte dicatur νωμᾶν πτερόν; ideoque suspicabar vs. 11 scribendum esse in hunc modum:

ναίει δ' ἐν οἰωνοῖσι ποικιλοπτέροις.

Sed nimium suspicacem haberi me nolo.

Nec tamen eo magis retinui, qui sequebatur post vs. 11 versus ineptissimus et plane otiosus, quem non iam dudum criticorum obelis confixum esse satis mirari nequeo; quoque admisso, universi loci, pulchri tamquam corporis, harmonia dissolvatur necesse est. Habet autem sic:

ἐν θηρσὶν, ἐν βροτοῖσιν, ἐν θεοῖς ἄνω.

Tandem vs. 16 pro Κύπρις scripsi Κύπριδι, quia male Graecum esse puto Κύπρις συντέμνεται pro συντέμνει τὰ—βουλεύματα. Si quid praeterea novavi, id feci aliis auctoribus, quorum vide, sis, coniecturas apud Nauckium. (fr. 856 inc. fab.) Denique addubito, an recte scribatur vs. 12: nam exspecta-

veris: *παλαίουσ'—καταβάλλει*, non vero *ἐκβάλλει*, quod tamen solum metro convenit.

Eas coniecturas, quibus complurium vocabulorum lacunas explere conemur, plerumque nihil esse praeter lusum quemdam ingenii facile credimus iis qui affirment. Nobis tamen eiusmodi *παρακινδυνεύμασι* neque nimis indulgendum videtur, neque rursus plane abstinendum ab illis. Ad hoc genus pertinet tentamen, quo prodesse conatus sum loco Sophocleo ap Schol. Pind. Pyth. IV, 398. Scribit autem sic: *τοὺς πυρίπνους ταύρους Ἀντίμαχος ἐν Λύδῃ Ἡφαιστοτεύκτους λέγει. Καὶ Σοφοκλῆς δὲ χαλκοῦς βοῦς ἀδερμάτους φησίν·*

*Χαλκοσκελεῖς γὰρ [βοῦς ἀδερμάτους * *]*
[πῦρ οἵπερ] ἐκπνέουσιν πνευμόνων ἄπο·
φλέγει δὲ μυκτὴρ ὡς . . . .

Supplevi ex ingenio, quae septa uncinis vides. Alia comminiscitur Bergkius, cuius suspicionem refert Nauckius (fr. 311).

Macrobius Saturnal. V, 19 duo nobis servavit fragmenta e tragoedia Sophoclis, quae *Ῥιζοτόμοι* inscripta erat, quorum alterum editur in hunc modum:

Αἱ δὲ καλυπταὶ
κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
ἃς ἥδε βοῶσ' ἀλαλαζομένη
γυμνὴ χαλκέοις ἤμα δρεπάνοις.

Frustra quaero, cur Medeam *nudam* hoc negotio functam esse poeta dixerit. Nisi forte putamus id magica arte praescriptum fuisse, librariis potius quam illi istud *γυμνὴ* tribuerim, utpote corruptum ex *πρυμνάς*, quod referatur ad *ῥιζῶν—ἃς κτἑ.* Comparetur v. c. Iliad. λ, 149.

Et antiquos et recentiores interpretes latuisse videtur sensus,

qui ex mea sententia inesse debet fragmento Sophoclis ex *Danae* ap. Suid. in voc. *πεῖρα* — *πεῖρα δὲ καὶ ἡ βλάβη, ὡς ἐν Δανάῃ Σοφοκλῆς·*

οὐκ οἶδα τὴν σὴν πεῖραν· ἓν δ' ἐπίσταμαι·
τοῦ παιδὸς ὄντος τοῦδ' ἐγὼ διόλλυμαι.

Deinde Suidas affert initium *Aiacis:*

Ἀεὶ μέν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε
πεῖράν τιν' ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον.

quo scil. probet *πεῖραν* apud Sophoclem interdum significare *βλάβην*. Verum, quemadmodum nemo hodie in Aiacis loco eam significandi potestatem vocabulo *πεῖρα* tribuerit, sic Danaes fragmento non magis idem demonstrari posse tuto statuemus. Quae autem sit ibi huius substantivi vis optime intelligemus reputantes *verba* esse *Acrisii ad filiam Danaën, postquam haec Persëum iam enixa est*, quod luce clarius apparet ex pron. *τοῦδ'*. Sumta sunt igitur e dialogo inter patrem et filiam. Ille Perseo minitari mortem multisque simul Danaën opprobiis increpare, quod vim sibi fieri passa sit. Haec narrare Jovis artificium, quo sui sibi copiam fecerit et obsecrare patrem, ut ne insontem filiolum interimat. Cuius precibus nequaquam delinitus Acrisius, et parum fidei habens asseverationi filiae *οὐκ οἶδα*, inquit, *τὴν σὴν πεῖραν κτἑ.* Horum verborum igitur quis sensus esse potest praeter hunc: *Ad stuprum quomodo inducta sis, nescio: sed hoc unum novi* cet? Ergo Substantivum *πεῖρα* h. l. significare debet *διαφθορά*, quemadmodum *Ἀττικῶς* verbum *πειρᾶν* valet *διαφθείρειν*. Cf. Moer. in voc. ibique Piersonum.

Absurdum autem est quod vertunt: *calamitatem tuam ignoro cet.*

Corruptissimum fragmentum ex *Andromeda* Sophoclea apud Hesychium in voc. *Κουρίον*, etiamsi, quia praecedentia ignoramus, certa coniectura sanari nequeat, tamen non sine probabilitate multo propius ad codicum scripturam emendari potest, quam hucus-

que a viris doctis factum esse video, quorum diversa tentamina recensentur ab Albertio ad Hesychium Scribitur autem apud Hesychium sic:

Κουρίον· Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ· ἡμιουτὸνκοριον (sic) *ἡρέθη πόλει νόμος γάρ ἐστι τοῖς βαρβάροις θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γέρος* (sic) *τῷ Κρόνῳ.*

In *ΑΝΔΡΟΜΕΔΑΙΗΜΙΟΥΤΟΚΟΡΙΟΝ* (sic enim codex sec. Nauckium. Vulgo *κούρειον.*) delitescit, ni fallor, haec scriptura *ΑΝΔΡΟΜΕΔΑΙΑΖΗΜΙΟΝΤΟΚΟΡΙΟΝ*, et Sophocli reddiderim:

ἀζήμιον τὸ κόριον ἡρέθη πόλει.
νόμος γάρ ἐστι τοῖσι βαρβάροις Κρόνῳ
θυηπολεῖν βρότειον ἀρχῆθεν γέρας.

i. e. ***Culpa vacans puella a civibus delecta est. Est enim mos*** cet.

Ex qua coniectura *ἀζήμιος* h. l. dictum est eadem significandi potestate, qua hoc adiectivum adhibuit Sophocles *Electr.* vs. 1102. Verba esse videntur nescio cuius ad Perseum sciscitantem, *quid Andromeda deliquisset, ut tam crudeli supplicio a civibus suis afficeretur.* In corrigendis vs. 2 et 3 secutus sum aliorum suspiciones admodum probabiles.

Miror homines doctos, quum ad illustrandum breve Sophoclis fragmentum ex *Oenomao* ap. Athen, IX p. 410 c.:

Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκκεκαρμένος.

apposite laudent glossam Hesychii: *Σκυθιστὶ χειρόμακτρον· οἱ Σκύθαι τῶν λαμβανομένων ἐν πολέμοις ἀνθρώπων τὰς κεφαλὰς ἐκδέροντες, τοῖς δέρμασιν ἀντὶ χειρομάκτρων ἐχρῶντο*, miror, inquam, eos non simul inde Sophocli reddidisse, quod scripserat:

Σκυθιστὶ χειρόμακτρον ἐκδεδαρμένος.

Notatur enim hoc versu, quod recte iam ab aliis animadversum est, Oenomai crudelitas in eos, quos Hippodamia cursu superasset.

Stob. Flor. XLVIII, 19 servavit fragmentum e *Tereo*, in quo Procne miseram mulierum miseratur conditionem. *Puellae*, inquit, *in domo paterna vitam agimus felicem*,

6 ὅταν δ' ἐς ἥβην ἐξικώμεϑ' ἔμφρονες,
ὠθούμεθ' ἔξω καὶ διεμπολούμεθα
θεῶν πατρῴων τῶν τε φυσάντων ἄπο·
αἱ μὲν ξένους πρὸς ἄνδρας, αἱ δὲ βαρβάρους,
αἱ δ' εἰς ἄκληρα δώμαθ', αἱ δ' ἐπίρροϑα·
καὶ ταῦτ', ἐπειδὰν εὐφρόνη ζεύξῃ μία,
χρεὼν ἐπαινεῖν καὶ δοκεῖν καλῶς ἔχειν.

Vs. 10 de coniectura mea scripsi ἄκληρα δώματα i. e. *domus egenas*, quale quid sententia requirere videtur. Codd. variant inter. ἀληθῆ et ἀήθη et ἀλυθῆ. Schneidewinus, teste Nauckio, tentaverat: ἀλιτρὰ—ἢδ' ἐπίρροθα, sed vix cuiquam, opinor, ea coniectura placebit. Ipse aliquando mutatione prope nulla scribendum suspicabar: αἱ δ' εἰς ἀγηθῆ δώμαθ' i. e. *tristes inamabilesque domus*, comparatis εὐγαϑής et πολυγηθής. Et nova procudere vocabula licet periculosae sit plenum opus aleae, etiamnunc vix me prohibeo, quominus ita Sophoclem scripsisse perhibeam. Iudicium tamen hac de re me doctioribus permitto.

Stob. X, 25: Σοφοκλέους Τηρεῖ·

Φιλάργυρον μὲν πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.

Compara Soph. Antig. vs. 1055, ubi Creon his verbis increpat Tiresiam:

τὸ μαντικὸν γὰρ πᾶν φιλάργυρον γένος.

Cui ille reponit:

τὸ δέ γε τυράννων αἰσχροκέρδειαν φιλεῖ.

Vulgatur perperam: τὸ δ' ἐκ τυράννων, i. e. *tyrannorum filii et posteri*; at non hoc voluit poeta, verum: *tyrannorum genus i. e. tyranni.* Particularum δέ γε in reponendis conviciis sollemnem usum esse ignorat nemo. Fuit quum minus recte coniicerem: τὸ δ' αὖ κτέ.

Plut. Mor. p. 21 B. ex eadem fabula:

Ἀλλὰ τῶν πολλῶν καλῶν
τίς χάρις, εἰ κακόβουλος
φροντὶς ἐκτρέφει τὸν εὐαίωνα πλοῦτον;

In margine Plutarchi mei, ut meus est mos, adnotaveram „sitne reponendum *ἐκστρέψει* an *ἐκτρίψει*, dubito.” Nunc illud coniecisse Bergkium me docet Nauckius (531). Potuisset quoque scribere *ἀντρέψει*. Aeschyl. Pers. 163:

μὴ μέγας πλοῦτος κονίσας οὖδας ἀντρέψῃ ποδὶ
ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεῶν τινος.

Nihilominus *ἐκστρέψει* recipiendum esse videtur.

Iam opem ferre conabimur loco fere conclamato e Sophoclis *Aegeo* apud Schol. Od. *η* 106, qui ita scribit: *τὰ φύλλα τῆς αἰγείρου—εὐκίνητα ῥᾳδίως καὶ ὑπὸ τυχούσης αὔρας, ὡς Σοφοκλῆς ἐν Αἰγεῖ·*

ὥσπερ γὰρ ἐν φύλλοισιν αἰγείρου μακρᾶς,
κἂν ἄλλο μηδέν, ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα
κινήσῃς αὔραις ἀνακουφίζει πτερόν.

Ita codices; Nauckius tentat: *κινηθὲν αὔραις ἀγανὰ* (vel *βαιὰ*) *κουφίζει πτερόν*, cui coniecturae vellem interpretationem addidisset. Vitium autem metricum in medio versu tolletur facillime, si reputaveris *ΑΥΡΑΙCΑΝΑΚΟΥΦΙΖΕΙ* pari iure significare *αὔρα κἀνακουφίζει* ac *αὔραις ἀνακουφίζει*. In reliquis medicina est incertior. Loci tamen sensus eo ducere videtur, ut corrigamus:

ἀλλὰ τοὐκείνης κάρα
κλίνει τις αὔρα κἀνακουφίζει πεσόν.

Locutione *ἀνακουφίζειν κάρα* usus est poeta in *Oedipo* quoque *Rege*, vs. 23 nobili loco:

πόλις — ἄγαν
ἤδη σαλεύει κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

Non expedio versum e *Phaedra* Sophoclea apud Hesych. in voc. *Κυλλαίνων κάτω*·

ἔσαιν' ἐπ' οὐρὰν ὦτα κυλλαίνων κάτω.

Ahrensius apud Didotium religiose vertit: *ad caudam aures demittentem*. Minime nego fieri potuisse, ut ipse Ahrensius tam mira specie animal oculis suis conspexerit; mihi, cui tale monstrum videre nondum contigerit, liceat corrigere:

ἔσαινεν οὐρᾷ τὦτε κυλλαίνων κάτω,

et sic iam aliquot abhinc aetatibus summum Hemsterhusium coniecisse video, nisi quod minus recte *τὦτα* scribi iusserit. Codex habet:

ἐσταιεπουρανὦτικυθλάννων καὶ τό.

Versus ex eodem dramate apud Stob. CV. 39 sic videntur legendi:

ὡς εὐτυχοῦντα, πάντας ἀριθμήσας, βροτῶν
οὐκ ἔστιν ὄντως ὄντιν' εὑρήσεις ἕνα.

(Vulgo *τὸ δ' εὐτυχοῦντα πάντ' ἀριθμῆσαι κτἑ.*) i. e. *quippe in universo mortalium numero neminem unum vere felicem invenies.* *Ἀριθμήσας* est Ionicus a minore, quemadmodum *ἀριθμός* tribrachys est v. c. ap. Eurip. Troad. 476: *οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως κτἑ.* Ut vero locum correxi, sententiam relativam esse suspensam ab iis, quae apud Sophoclem praecederent, vix est quod moneam.

Satis mirari nequeo ab omnibus, quot sciam, editoribus et in his a Nauckio quoque lectionem aperte falsam alii, quae omnes numeros veritatis habet, praelatam esse in praeclaro *Aleadarum* fragm. apud. Stob. XCI, 27:

Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισιν εὑρίσκει φίλους,
αὖθις δὲ τιμάς, εἶτα τῆς ὑπερτάτης
τυραννίδος θακοῦσιν αἰσχίστην ἕδραν κτἑ.

Laudantur per totum locum divitiarum privilegia, quare

duce sententia statim corrigebam ἡδίστην, ignorans eam ipsam lectionem exstare in cod B. Stobaei.

Non illepidam nobismet ipsis medicinam excogitasse videmur, qua vita et salus reddatur ῥήσει e Sophoclis *Tamyride* ap. Athen. IV, p. 175 F., de qua emendanda iam desperarunt viri docti. Ecce lectio codicis A:

οἴχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη
λύρα μοναύλοις τεχειμωντεως ναος στέρημα κωμασάσης,

et sic reliqui, nisi quod in ms Epit. est *μόναυλοί τε*. Praecedunt autem apud Athenaeum verba haec: *τοῦ δὲ μοναύλου μνημονεύει Σοφοκλῆς μὲν ἐν Θαμύρᾳ* (l. *Θαμύριδι* cum Schweigh.) *οὕτως*.

Ne longus sim, locum sic restitui posse arbitror, ut legamus:

Ὤιχωκε γὰρ κροτητὰ πηκτίδων μέλη,
Λύρα, μόναυλοί θ', οὓς τύχη, χειμὼν ὅπως
ναὸς τέρεμνα, κωμάσασ' (*ἀνήρπασεν*)!

Ipsa Thamyridis victi a Musis verba esse videntur lamentantis de aspera sua sorte. Cf. Hom. Il. B 599:

Αἱ δὲ χολωσάμεναι πηρὸν θέσαν, αὐτὰρ ἀοιδὴν
θεσπεσίην ἀφέλοντο καὶ ἐκλέλαθον κιθαριστύν.

Exclamavit igitur:

Perierunt enim modulata pectidum carmina,
lyra, monaulique, quos fortuna, ceu hiems
navigii tabulas, furibunda fregit!

Quod ad verbum *κωμάζειν* attinet, non male comparabitur Euripidis locus in *Phoen.* 355:

Ὄλοιτο τάδ'· εἴτε σίδαρος,
εἴτ' ἔρις, εἴτε πατὴρ ὁ σὸς,
εἴτε τὸ δαιμόνιον κατεκώμασε
δώμασιν Οἰδίποδα.

Similiter verbum *ἐπικωμάζειν* *de adversa fortuna petulanter irruenti* Graece adhiberi potest.

Pessime quoque habitus est locus, quem e *Salmoneo*, satyrico dramate, affert Galenus vol. IX p. 385 sic scribens: *πέμφιξ δοκεῖ ἐπὶ τῆς πνοῆς Σοφοκλῆς λέγειν—ἐν Σαλμωνεῖ σατύροις·*

καὶ τάχ' ἂν κεραύνια
πέμφιξι βροντῆς καὶ δυσοσμίας λάβοι.

Dobraeus coniecit *πέμφιξ σε·* Madvicus *δυσοσμία*, quo nihil proficimus; Nauckius *δυσομβρίας* parum probabiliter; tandem Brunckius *βάλοι* pro *λάβοι*. Equidem *βροντῆς* interpretamentum esse suspicor duorum vocabulorum praecedentium, ae dedisse poetam:

καὶ τάχ' ἂν κεραυνίᾳ
πέμφιγι [μισθὸν] δυσσεβείας ἂν λάβοι.

ex qua coniectura haec verba sunt nescio cuius Salmonei impietatem coram aliis reprehendentis. Possis quoque:

καὶ τάχ' ἂν κεραυνία
πέμφιξ σε, μισθὸς δυσσεβείας, ἂν βάλοι.

quo facto oratio fit alicuius, qui regem ipsum hortetur, ut ab impietate desistat. Eustath. p. 1681 63: *περὶ δὲ Σαλμωνέως φασὶν οἱ νεώτεροι* (nempe *Ὁμήρου* i. e. tragici) *ὡς ἄρα ἀνὴρ ἀσεβὴς ἦν ἀντιβροντῶν καὶ ἀνταςράπτων τῷ Διί, δι' ἃ καὶ ἐκεραυνώθη.*

Erotian. p. 200: *παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς κερχνώδη ἀγγεῖα λέγεται τὰ τραχείας ἀνωμαλίας ἔχοντα, ὡς καὶ Σοφοκλῆς περὶ τῆς ἀποταυρουμένης φησὶν Ἰοῦς·*

Τραχὺς χελώνης κέρχνος ἐξανίςαται.

Κέρχνος Graece dicitur *raucitas* vocis, quare vide an locus corruptissimus ita sanandus sit, ut legamus:

Τραχὺς δὲ φωνῆς κέρχνος ἐξανίεται.

i. e. *aspera vocis raucitas* (qualis boum esse solet) *emittitur*, nempe ab Ione.

Ovid. Metam. I, 636:

Et conata queri mugitus edidit ore,
Pertimuitque sonos, propriaque exterrita voce est.
(Fr. est 259 ap. Nauckium.)

Ex eodem *Inacho* chori particula legitur ap. Schol. Arist. Pac. vs. 531: *ὅτι ἡδέα τὰ μέλη Σοφοκλέους, περιέργως δέ τινες εἰς τὰ ἐν τῷ Ἰνάχῳ περὶ τοῦ ἀρχαίου βίου καὶ τῆς εὐδαιμονίας·*

Εὐδαίμονες οἱ τότε γέννας ἀφθίτου λαχόντες.

Omisi, quod additur post *λαχόντες*, vocabulum *θείου*. Nam aut dittographia ex *ἀφθίτου* natum, aut eius vocabuli interpretamentum esse mihi persuadeo. Aliter iudicarunt Bergkius et Nauckius, quorum ille scripsit *ἀφθίτου θείας*, hic *λαχόντες ἰσοθέου*.

Stob. XLV, 11. *Σοφοκλέους·*

πολλῶν καλῶν δεῖ τῷ καλῶς τιμωμένῳ,
μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος.

Nauckius vs. 1 corrigit sic:

πολλῶν πονῶν δεῖ τῷ καλόν τι μωμένῳ.

Egregiam emendationem fortasse perficias rescribendo multo lenius:

πολλῶν παλῶν δεῖ τῷ καλόν τι μωμένῳ;

i. e, multis luctationibus opus est ei, qui magni quiddam molitur. Optime sic vs. 2 respondet: *μικροῦ δ' ἀγῶνος*. Saepe ita sensu translato verbo *παλαίειν* Graeci utuntur.

Stob. CXVII, 4. *Σοφοκλέους·*

Οὐκ ἔςι γῆρας τῶν σοφῶν, ἐν οἷς ὁ νοῦς
θείᾳ ξύνεστιν ἡμέρᾳ τεθραμμένος.

Meinekius vs. 2 scribendum suspicatur:

θειῷ ξύνεσιν ἱμέρῳ τεθραμμένος.

Malim:

ἤθει ξύνεσιν ἡμέρῳ κεκραμένος.

Omisi cum Bergkio vs. 3, qui huc non pertineat.

Athen. XI p. 783 fin.: *λέγουσι δὲ καὶ πρόχουν ἄρυσιν. Σοφοκλῆς·*

κακὴ κακῶς σὺ πρὸς θεῶν ὀλουμένη,
ἡ τὰς ἀρύσεις ὧδ' ἔχουσ' ἐκώμασας.

Ex ingenio addidi *κακή*, quod abest a codicibus, quodque quo errore exciderit, palam est. Mirum correctionem adeo certam facilemque non iamdudum ab aliis esse factam.

Plut. Moral. p. 458: *καὶ τὸν Νεοπτόλεμον Σοφοκλῆς καὶ τὸν Εὐρύπυλον ὁπλίσας «Ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητα» φησὶν*

ἐρρηξάτην ἐς κύκλα χαλκέων ὅπλων.

Codicum vestigia premens conieci:

μεσομφάλοις δόρη
ἐρρηξάτην κύκλοισι χαλκέων ὅπλων.

i. e. *fregerunt hastas contra clypeos.* Clypei vero a poeta ornate dicuntur *μεσόμφαλοι κύκλοι χαλκέων ὅπλων.* Similiter Agathias apud. Athen. X: 454 d. literam Θ vocat *μεσόμφαλον κύκλον*, quippe quae clypei formam accurate referat. Corruptela sic videtur explicanda, ut ponamus librarium nescio quem olim in libro situ ac madore corrupto, invenisse hanc scripturam: *..Ε..ΟΜ..ΑΛΟΙ..ΔΟΡΗ ΦΗΣΙΝ* et de sententia securum supplevisse *ἐκόμπασ' ἀλοιδόρητά φησίν*, quum debuisset *μεσομφάλοις δόρη φησίν*, et similiter vs. 2, quum superesset *ΚΥΚΛ*, supplevisse *ἐς κύκλα* pro *κύκλοισι.*

Clemens Alex. Strom II, p. 494 εὖ γοῦν ἡ τραγῳδία ἐπὶ τοῦ Ἅιδου γράφει·

> πρὸς δ' οἷον ἥξεις δαίμον', ὦ γέρον, τάχα!
> ὃς οὔτε τοὐπιεικὲς οὔτε τὴν χάριν
> οἶδεν, μόνην δ' ἔςερξε τὴν καλῶς δίκην.

Vs. 1 correxi malesanam librorum scripturam δαίμον' ὡς ἐρῶτα. Nauckius coniecit ἐξερῶ τάχα, quod misere languet. Nemo potuit sic loqui nisi ad *senem*.

Athen. II, p. 39, F: Σοφοκλῆς δέ φησι »τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον.« Versum restituere possis scribendo:

> (ἔςιν) τὸ μεθύειν πημονῆς λυτήριον.

Post φησι facile ἐςι excidere potuisse quis neget?

Plut. Mor. p. 625 D.: Σοφοκλῆς περὶ τῶν γερόντων·

> Βραδεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ
> μόλις δι' ὠτὸς ἔρχεται τρυπωμένου·
> πόρρω δὲ λεύσσων, ἐγγύθεν δὲ πᾶς τυφλός.

Sophocles nihil aliud dicit quam hoc: *senes surdi sunt, neque acute cernunt nisi e longinquo.* Surdorum autem ad aures non *tarda*, opinor, sed *gravis* vox, quamvis haec quoque difficulter (μόλις), penetrare potest; quare videndum, an tragico dignius sit:

> Βαρεῖα μὲν γὰρ ἐν λόγοισι προσβολὴ
> μόλις δι' ὠτὸς ἔρχεται τρυπωμένου· κτέ.

Schol. Eur. Or. vs. 480: συνελθοῦσά σου τῷ γήρᾳ ὀργὴ ἀπαίδευτόν σε ποιεῖ. καὶ Σοφοκλῆς·

> ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ κοπὶς
> ἐν χειρὶ θήγει, ἐν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

Scripserim:

> ἐν χειρὶ θηκτή, σὺν τάχει δ' ἀμβλύνεται.

i. e. *manu acui potest, sed mox obtunditur*. Vs. 1 *κοπίς*, olim pro *νοτίς* coniectura repositum a Valckenaerio, habent codd. Ven. 471 et Vat. 909 teste Nauckio.

Glossa Sophoclea apud Grammaticum Coislinianum p. 237 *ὀστιβογμεύς* haud dubie corrupta est ex *στίβον ὀγμεύει* ap. Soph. Philoct. 163.

Eustath. p. 1908: *σέλας οὐ μόνον πυρός ἀλλὰ καὶ ἡλίου, ὅθεν παρὰ Σοφοκλεῖ ἡ ὀπή, ὡς ἐν ῥητορικῷ εὕρηται λεξικῷ.* Sophocles Oed. Col. vs. 94 dixerat:

σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι παρηγγύα
ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.

Hinc Eustathio reddas *ἡ ἀστραπὴ* pro *ἡ ὀπή*. Sed ipse locus Sophocleus, quem adscripsi, an ex omni parte sanus sit, iure dubitari potest. Certe verbum *παρεγγυᾶν*, quod proprie pertinet ad rem militarem (= *παραγγέλλειν;* vide Moeridem in voce) alibi vel *imperare* vel *hortari* vel denique *commendare*, *committere* significare solet: hoc unico loco significandi vim habet a superioribus longe diversam scil. *promittendi*. Suspicio inde augetur, quod vs 94 nullo opus est verbo finito, siquidem Infinitivus *ἥξειν* optime suspensus esse potest a verbo *ἔλεξε* vs. 88, unde vs. 91 pendet Inf. *κάμψειν*. Quae quum ita sint, non male conieceris Sophoclem olim scripsisse:

σημεῖα δ' ἥξειν τῶνδέ μοι φερέγγυα.
ἢ σεισμόν, ἢ βροντήν τιν', ἢ Διὸς σέλας.

Tertium argumentum, quo et vulgata impugnetur lectio et haec mea coniectura commendetur, hoc est, quod verbum *παρεγγυᾶν* apud *solum* Euripidem *semel*, quantum scio (Suppl. 702, idque propria significandi potestate) adhibitum esse invenies, dum *φερέγγυος* (vocabulum proprie Ionicum) apud tragicos poetas sit usu tritissimum. *Σημεῖα* autem *φερέγγυα* idem valet, ac si in oratione pedestri dicas *σημεῖα πιστὰ* s. *ἀσφαλῆ* s. *ἀξιόχρεα.*

CAPUT III.

ADNOTATIONES AD EURIPIDIS FRAGMENTA.

Stob. Flor. LXV, 1: *Εὐριπίδου Αἰόλῳ·*

ἴδοιμι δ' αὐτῶν ἔκγον' ἄρσεν' ἀρσένων·
πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος,
πλείςης γὰρ ἀρετῆς τοῦθ' ὕπαρχον ἐν βίῳ·
τὴν ἀξίωσιν τῶν καλῶν τὸ σῶμ' ἔχειν.

Vs. 3 ex ingenio correxi vulgatam scripturam: *πλείςη γὰρ ἀρετὴ τοῦθ' κτὲ.* Sensus enim hic est: ***nam plurimae hoc virtutis principium est, si quem corporis forma ad praeclara facinora provocet.***

Stob. XLIII, 20. ex ead. fab.:

Vs. 5 *ἃ μὴ γὰρ ἔστι τῷ πένηθ', ὁ πλούσιος*
δίδωσ'· ἃ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι τιμώμεθα.

Pro *τιμώμεθα*, in quo iure haeserunt viri docti, cod. Paris. *A* habet *πειθώμεθα*, *B* *πειθόμεθα*. Dindorfius recepit Bergleri coniecturam *θηρώμεθα*, quae scriptura vulgata sanequam longe praestantior. Attamen codicum lectiones magis commendare mihi videntur hanc correctionem:

ἃ δ' οἱ πλουτοῦντες οὐ κεκτήμεθα,
τοῖσιν πένησι χρώμενοι μισθούμεθα.

i. e. ***quae vero divites non habemus, ea pauperum opera pro mercede nobis comparamus.***

Ib vs. 5 pro *γάρ ἐστι* correxi *γὰρ ἔςι*. Ceterum vetus superstitio, Dativi iota elidi non posse, satis hoc et aliis locis refellitur.

Plut. praec. reip. ger. 28:

Ἄκραντα γάρ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεός,
καὶ πρὸς παθόντων κἀν κακοῖσι κειμένων
σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μ α ί ν ο μ α ι.

Verba sunt Casandrae ex Euripidea fabula *Alexandro;* quam vatem infelicissimam poeta, credo, induxerat loquentem aliquanto concinnius in hunc modum:

— *σοφὴ κέκλημαι, πρὶν παθεῖν δὲ μ α ι ν ο λ ί ς.*

Vocabulo usus est Euripides Or. 823; Aeschylus Suppl. 101.

Ratio fugit Nauckium, quum Euripidis fragm. ex *Alexandro* ap. Clem. Alex. Strom. VI, 2 § 10 ita corrigendum censeret, ut legeretur:

χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίῳ μαθὼν
ἢ χρηστὸν ὄντα γνώσομαί σ' ἤ τ ο ι κακόν.

pro codicum scriptura *σε ἢ κακόν.* Nempe res est certissima Graecos antiquiores non aliter dixisse quam *ἤτοι* (s. *ἢ*) — *ἤ*, contra numquam ratione inversa *ἢ—ἤτοι,* neque *ἤτοι—ἤτοι.* Carpitur *ἢ—ἤτοι* iure a Grammaticis et Atticistis, estque labentis Graecitatis indicium. Aliorum coniecturas in h. l. vide ap. Nauck. fr. 61 Quarum quamvis nulla mihi placet, ipse non magis habeo, quod certum sit. Poeta quidem digna foret huiusmodi oratio:

χρόνος δὲ δείξει σ', ᾧ τεκμηρίῳ μαθεῖν
ἢ χρηστὸν ὄντα σ' ἢ κακὸν δυνήσομαι.

sed multum abest, ut ita eum scripsisse perhibeam. Fortasse acquiescendum in Grotii correctione *σέγ' ἢ κακόν.*

Cramer. An. Gr. Ox. t. III, p. 194, 1: *Δηλοῖ καὶ τὸ α ἷ μ α πολλάκις καὶ τὸν φόνον αὐτόν· τοιοῦτον δέ τι δοκεῖ τὸ παρ' Εὐριπίδῃ ἐν τῷ διὰ Ψωφῖδος Ἀ λ κ μ α ί ω ν ι·*

Αἷμα γάρ (φησι) σὸν μήτηρ ἀπενίψατο.

τουτέςι· καθάρσει τινὶ τὸν τῆς μητροκτονίας ἀπενίψατο μολυσμόν. Δηλοῖ μὲν οὖν τὸ αἷμα τὸν φόνον.

Ex ipsa, credo, Grammatici interpretatione liquido apparet corrupta esse vocabula *σὸν* et *μήτηρ*. Hartungius suspicatur:

— — *αἷμα γάρ τὸ μητέρος ἀπενίψατ'*

Bothius

ὅδ' αἷμα γάρ σοι μήτριον ἀπενίψατο.

cum quibus coniecturis non optime quadrat Grammatici explicatio. Ego facio cum Wagnero, e Chori cantico versus ductos esse opinanti, et choriambos hosce latere suspicor:

αἷμα γὰρ μυσαρὸν μητρὸς ἐνίψατο,

cl. Orest. v. 1634: — *αἷμα μητρὸς μυσαρὸν ἐξειργασμένος.* In vulgatis verbum compositum *ἀπενίψατο* ex interpretatione, quae subiungitur, fluxisse crediderim; nam tragicis h. s. verbum simplex frequentissimum est (cf. Soph. O. R. 1228; Eur. I. T. 1338; Suppl. 765): compositum *ἀπονίζειν* vereor, ut apud illos reperiatur.

Stob XLIII, 22 *Εὐριπίδου Ἀλκμήνης·*

ἀτρέκεια δ' ἄριςον ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου πέλει.

E verbis corruptissimis facili negotio elicias hunc octonarium trochaicum:

ἀτρέκει' ἄριςον ἀνδρὸς ὅπλον ἐνδίκου πέλει.

i. e. ***veritas optimum est viri iusti scutum*** vel, quod eodem redit, senarios hosce:

ἀτρέκεια δὲ

ἄριςον ἀνδρὸς ὅπλον ἐνδίκου πέλει.

Vulgata lectio originem debere videtur huiusmodi in antiquo codice scripturae: *ἀνδρὸς* $\overset{\text{ὅπλον}}{\text{ἐνδίκου}}$ *πέλει*; unde primum natum est: *ἀνδρὸς ἐν ὅπλον δίκου πέλει*, deinde correctoris nescio cuius sagacitate: *ἀνδρὸς ἐν πόλει δικαίου πέλει.*

Stob. XCIX, 16 Εὐριπίδου Ἀλκμήνῃ·

ἀλλ' οὐ γὰρ ὀρθῶς ταῦτα γενναίως δ' ἴσως
ἔπραξας· αἰνεῖσθαι δὲ δυςυχῶν ἐγὼ
μισῶ· λόγος γὰρ τοὔργον οὐ νικᾷ ποτε.

Bothius recte intelligens vs. 2 requiri primam personam pro ἔπραξας, male coniecit ἔπραξά σ', qua mutatione vel gravius altero vulnus sententiae intulit. Legendum propono:

ἔπραξ'· ἐπαινεῖσθαι δὲ κτέ.

Arist. Thesm. 1065 sqq.:

ὦ νὺξ ἱερὰ
πῶς μακρὸν ἵππευμα διώκεις
ἀςεροειδέα νῶτα διφρεύουσ'
αἰθέρος ἱερᾶς
τοῦ σεμνοτάτου δι' Ὀλύμπου;

Adnot. Schol.: τοῦ προλόγου Ἀνδρομέδας εἰσβολή. Scripsi locum, ut edidit Meinekius in recentissima editione Aristophanis ap. Tauchnizium.

Male Nauckium (fr. 114) uncinis inclusisse ἀςεροειδέα vel potest apparere ex Ennii loco, quem ipse attulit, Andromed. fr. 1: (nox) *quae cava caeli* signitenentibus *conficis bigis*. Contra iure eidem suspectum est ἱερᾶς, pro quo propter praegressa verba: ὦ νὺξ ἱερὰ vereor, ut sufficiat cum Nauckio reponere ἱρᾶς. Fortasse scribendum: αἰθέρος ἁγνᾶς, cl. Aesch. Prom. 280.

Chori particula, quam ex *Andromeda* servavit Stob. Ecl. Phys. I, 6, 22, metro scripta est dochmiaco sic restituendo:

— — τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς
ὅπῃ μοῖραν (δὴ) διεξέρχεται,
στρέφει δ' ἄλλοτ' ἀλλόσ' εἰς ἁμέραν;

vs. 2 ὅπῃ μοίρας δι. et vs. 3 ἄλλως ἄλλους vulgo scribitur.

Stob. Flor. CXXIII, 4 *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

τὸ ζῆν ἀφέντες τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.
κενόν γ'· ὅταν γὰρ ζῇ τις εὐτυχεῖ Κρέον.

Scripserim:

A. τὸ ζῆν ἀφέντα σε κατὰ γῆς τιμῶσ' ἴσως.
B. κενόν γ'· ὅταν γὰρ ζῇ τις, εὐτυχεῖν χρεών.

Egregia vs. 2 emendatio debetur Musgravio.

Stob. LXIII, 4. *Εὐριπίδου Ἀνδρομέδας·*

Ἀνδρὸς δ' ὁρῶντος εἰς Κύπριν νεανίου
ἄπρακτος ἡ τήρησις, ἢν γὰρ φαῦλος ᾖ
τἄλλ', εἰς ἔρωτα πᾶς ἀνὴρ σοφώτατος.
κἢν μὴ προσῆται Κύπρις, ἥδιστον λαβεῖν.

Vs. 2 scripsi *ἄπρακτος* pro *ἀφύλακτος* ex Nauckii coniectura; vs. 3 *σοφώτατος* meo Marte pro *σοφώτερος*, et vs 4 pro *HNΔAN* dedi *KHNMH*.

Stob. XXXVI, 10. *Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ·*

κόσμος δὲ σίγη ϛεγανὸς ἀνδρὸς οὐ κακοῦ·
τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
κακὸν δ' ὁμίλημ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

Vs. 1 vulgo legitur: *κόσμος δὲ σίγης στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ*, quam scripturam ob duplicem causam ferri non posse crediderim, primum quia *ϛέφανος*, ubi sensu translato adhibetur, *victoriae praemium* [1]) non *ornamentum* significare solet, deinde quia, si hoc concedatur (quod tamen neutiquam facimus) *ϛέφανος* l. n. a poeta hoc non illo sensu esse adhibitum, inepte loquacem ipsum poetam fuisse dicamus necesse est, qui scribere potuerit: *ornamentum taciturnitatis ornamentum esse viri probi.* His de causis igitur *ΣΙΓΗΣΣΤΕΦΑΝΟΣ* e *ΣΙΓΗ-*

---

[1]) Sic. v. c. Eurip. ap. Stob. LI, 14 vs. 3 et passim.

ΣΤΕΓΑΝΟΣ corruptum esse sumus suspicati. Verto: *taciturnitas arcanorum servans decus est viri honesti.* Ita demum rectissime opponitur: *τὸ δ' ἐκλαλοῦν τοῦθ'* κτἑ.

Stob. LXX, 10 ex ead. fab.

πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς
ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα.

Corruptum esse *ἀνδρῶν* intellexerunt Meinekius et Nauckius, quorum ille *ἀρχῶν*, hic *ἀμφοῖν* coniecit, quarum coniecturarum neutra mihi placet. Nauckius conferri iubet fr. Eurip. 524, 3 et Theodectae fr. 3, non reputans, recepta ista lectione, simul *σπείρειν* in *φῦναι* esse mutandum. Mihi venit in mentem, an forte poeta dederit:

ἐσθλῶν ἀπ' ἀλόχων εὐγενῆ σπείρειν τέκνα.

collato vs. notissimo e Phoenissis:

μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.

Stob. CVIII, 3 *Εὐρ. Ἀντιόπῃ·*

Μὴ νύν γε λύπει σαυτὸν ἐξειδὼς ὅτι
πολλοῖς τὸ λυποῦν ὕςερον χαρὰν ἄγει,
καὶ τὸ κακὸν ἀγαθοῦ γίγνεται παραίτιον.

Vs 1 pro *μὴ οὖν θέλε λυπεῖν* scripsi: *μή νύν γε λύπει;* deinde *ἐξειδὼς* et *πολλοῖς* pro *εἰδὼς* et *πολλάκις* cum Hermanno. Ceterum rectius Menandro quam Euripidi hunc locum tribui merito suspicati sunt Dobraeus et Nauckius (fr. 174).

Stob. LXII, 12 *Εὐρ. Ἀντιόπῃ·*

. . *τὸ δοῦλον οὐχ ὁρᾷς ὅσον κακόν;*

Suppleverim: [*ἐπεὶ*] *τὸ δοῦλον—κακόν.*

Coniunctionis *ἐπεί*, quae facile cauda nominis proprii, quod praecedit, absorberi potuerit, usum in rogatione nemo ignorat.

Stob. XCIII, 13 *Εὐρ. Ἀντιγόνης·*

ἀνδρὸς φίλου δὲ χρυσὸς ἀμαθίας μέτα
ἄχρηςος, εἰ μὴ κἀρετὴν ἔχων τύχοι.

Adi. *φίλου* iure suspectum habet Nauckius. Mihi in *ΑΝΔΡΟΣΦΙΛΟΥ* latere videtur *ΑΝΔΡΟΣΑΦΝΕΟΥ*. Quae suspicio si vera est, poetae reddendum:

ἀνδρὸς ἀφνεοῦ δὲ χρυσὸς κτὲ.

Deinde vs. 2 malim: *ἄχρηςον, εἰ μὴ κτὲ.*

Stob. XLIX, 5. *Εὐρ. Ἀντιγόνης·*

Οὔτ' εἰκὸς ἀρχὴν οὔτ' ἐχρῆν ἄνευ νόμου
τύραννον εἶναι· μωρίαν δ' ὀφλισκάνειν,
ὃς τῶν ὁμοίων βούλεται κρατεῖν μόνος.

vs. 1 *ἀρχὴν* (i. e. *omnino*) pro *ἄρχειν* scripsi ex coniectura mea, *ἄνευ νόμου* pro *εἶναι νόμου* cum Badhamio, et vs. 2 *μωρίαν δ' ὀφλισκάνειν* ex ingenio pro *μωρία δὲ καὶ θέλειν*, quae librorum scriptura librario deberi videtur veterem lacunam stolide explenti de suo.

Tiber. *περὶ σχημάτων* in Walz. Rhett. Gr. vol. VIII p. 477, 10.

Δαναός, ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ,
Νείλου λιπὼν κάλλιςον εὐκταίης ὕδωρ
(ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοὰς
Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν ταχῇ χιών,
τέθριππ' ἔχοντος ἡλίου κατὰ χθόνα),
ἐλθὼν ἐς Ἄργος ᾤκισ' Ἰνάχου πόλιν
Πελασγιώτας δ' ὠνομασμένους τὸ πρὶν
Δαναοὺς καλεῖσθαι νόμον ἔθηκ' ἀν' Ἑλλάδα.

Diodorus Siculus I, 38 aliique scriptores, apud quos hi versus exstant, pro *εὐκταίης* habent *ἐκ γαίας*, quae lectio, quamvis vulgo recepta est, me iudice peius depravata est quam illa. Alius aliud coniecerunt vv.dd., quorum suspiciones recenset Wagne-

rus (fr. 227), quibus adde Nauckii (fr. 230) coniecturam, ἧς γαίας legendum esse putantis. Accedat tandem haec mea, in *EYICTAIHC* latere *EYCTAΛHC* et manum Euripideam esse hanc:

Νεῖλον λιπὼν κάλλιςον εὐςαλῆς ὕδωρ κτέ.

Vs. 5 pro τεθριππεύοντος, quae est codicum scriptura, recte emendatum videtur τέθριππ' ἔχοντος, sed quod in fine vs. legitur κατὰ χθόνα non magis sanum esse arbitror quam, quod habet Tiberius, κατ' αἰθέρα. Nec tamen habeo, quod reponam.

Stob XXIX, 14 ex eadem fabula.

Οὐκ ἔςιν ὅςις ἡδέως ζητῶν βιοῦν
εὔκλειαν εἶτ' ἐκτήσατ' ἀλλὰ χρὴ πονεῖν.

Scripsi εἶτ' ἐκτήσατ' pro vulgata scriptura εἰςεκτήσατ', quae nihili est; in quam coniecturam Nauckium quoque incidisse video. Nihil autem frequentius est quam εἶτα sic post participium illatum, et in his ipsis fragmentis affatim est exemplorum. Sic. v. c. Stob. IX, in *Inus* fragm. vs. 3:

μηδ' ὡς κακὸς ναύκληρος εὖ πράξας ποτὲ
ζητῶν τὰ πλείον' εἶτα πάντ' ἀπώλεσεν.

cf. Stob. LXXIII, 31 et Suid v. *Αὐτός τι.*

Praeferenda igitur, quia lenior, haec medicina videtur illi, quam excogitavit Cobetus v. cl. Mnem. IX p. 119, ubi sic scribit: *Supererat EY**** EKTHΣAT, quod stulte explevit Graeculus. Admonuimus iam ante εὐδοξίαν ἐκτήσατ' esse supplendum.* Videndum tamen, ne sit periculosius eidem homini eam tribuere imperitiam, ut stolide fingat verbum, quale est εἰσκτήσασθαι, et simul satis acuminis, ut vocabulum, quod a sententia requiratur, ex ingenio possit supplere idque tale, quale est εὔκλεια, poeticum et prorsus Euripideum. Utitur v. c. noster eo substantivo in sententia plane eadem in *Andromeda* ap. Stob. Flor. XXIX, 30:

εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων.

Sic quoque ap. Stob. ibid. 7:

πόνος γάρ, ὡς λέγουσιν, εὐκλείας πατήρ

et Stob. LI, 7:

τίς δ' ἄμοχθος εὐκλεής;

Promiscue autem cum hoc substantivo adhibet vocabulum pedestri orationis proprium *εὐδοξία*, v. c. ap Stob. LI, 4 in *Archelao* vs. 2 sq.:

οὐδεὶς γὰρ ὢν ῥάθυμος εὐκλεὴς ἀνὴρ
ἀλλ' οἱ πόνοι τίκτουσι τὴν εὐδοξίαν.

Fateor tamen me subdubitantem meam Nauckiique coniecturam sequi maluisse, et propter magnam auctoritatem, quam habet apud me egregia crisis Cobetiana, et ob meam, si cum illo me comparem, imperitiam. Nolui vero sententiam meam reticere memor praecepti, quod in scholis ipse vir summus discipulis nobis dare solebat, *nemini temere esse credendum.*

Pessime depravatum est *Archelai* particula apud Orion. Anthol. III, 1 p. 44 ed. Schneid.

εἰ τῶν δικαίων γὰρ νόμοι τ' αὐξήματα
μεγάλα φέρουσι, πάντα δ' ἀνθρώποις
τάδ' ἐστι χρήματ', ἤν τις εὐσεβῇ θεόν.

Nauckius e coniectura sua edidit:

σὺν τῷ δικαίῳ γὰρ νόμοι γ' αὐξήματα
μεγάλα φέρουσι πάντ' ἐν ἀνθρώποις * * *κτέ.*

in qua scriptura praeter alia vitiosa est particula *γε* post *γὰρ* illata. Labens scilicet metrum fulcro aliquo indigebat. Quod in libris est *τ'* sanissimum est, modo scribatur *ταὐξήματα*, quod viderunt Schneidewinus Meinekius, alii, quorum coniecturas vide apud Wagnerum (fr. 256). Nemo tamen omnium, quod iure mireris, animadvertit *νόμοι* sententiae subiectum omnino esse non posse. Aut iam omnia me fallunt, aut pro *ΝΟΜΟΙ* lenissima mutatione reponendum est *ΔΟΜΟΙ* et scribendum:

Οἱ τῶν δικαίων γὰρ δόμοι ταὐξήματα
μεγάλα φέρουσιν (i. e. *μέγα αὔξονται*) *κτέ.*

Ad sententiam conferatur fragm. ex Erechteo apud Stob. III, 18 vs. 11 sqq.:

ἀδίκως δὲ μὴ κτῶ χρήματ', ἢν βούλῃ πολὺν
χρόνον μελάθροις ἐμμένειν· τὰ γὰρ κακῶς
οἴκους ἐσελθόντ' οὐκ ἔχει σωτηρίαν.

Reliqua, quamvis de sententia satis constet, adeo corrupta sunt, ut manum abstineri satius esse arbitrer.

Dubito an integram sententiam excerpserit Stobaeus XXXIV, 2, ubi affert *Archelai* fragmentum:

Ἁπλοῦς ὁ μῦθος, μὴ λέγ' εὖ· τὸ γὰρ λέγειν
εὖ δεινόν ἐςιν, εἰ φέροι τινὰ βλάβην.

Suspicor:

τῆς ἀληθείας ἔφυ
ἁπλοῦς ὁ μῦθος κτέ.

Cf. Eurip. Phoen. 469 et Aeschyl. ap. Stob. XI, 8.

Corruptelam passus videtur locus ex eadem fabula apud Stobaeum CV, 31:

πάλαι σκοποῦμαι τὰς τύχας τὰς τῶν βροτῶν
ὡς εὖ μεταλλάσσουσιν· ὃς γὰρ ἂν σφαλῇ,
εἰς ὀρθὸν ἔςη, χὠ πρὶν εὐτυχῶν πιτνεῖ.

Unusquisque enim facile videt adverbium *εὖ* huius loci non esse, idque intellexisse videtur interpres Latinus apud Didotium; nam vertit: *dudum contemplor casus humanos, quantas mutationes subeant;* ad sensum loci rectissime, non ad scripturam vulgatam, quae ita videtur immutanda, ut legamus:

ὅσον μεταλλάσσουσιν· κτέ.

Ad eandem fabulam sunt qui referant versum incerti auctoris ap. Herodian. *περὶ σολοικ.* in Boisson. An. Gr. vol. III p. 245, *καὶ πάλιν ἀντὶ αἰτιακῆς γενικήν·*

τιμᾶν Μακεδόνων εἵνεκ' εὐανδρησίας.
non aliam, credo, ob causam, quam quia fit Macedonum mentio. Utut est, neque Euripides neque alius poeta Atticus in diverbio scribere potuit *εἵνεκα*, et *εὐανδρησία* neminem unquam Graecorum dixisse arbitror. Suspicor olim lectum fuisse:

— *τιμᾶν, Μακεδόνων ἕνεκα τῆς εὐανδρίας.*

Fortasse *εὐανδρησίας* originem debet huiusmodi lectioni *ἕνεκα* *εὐανδρίας* (*τῆς* suprascr.), suprascripto articulo a librario, quem errore omiserat.

Non expedio versum, quem Stobaei codex Vindobonensis XLIII, 12 refert ad Euripidis *Augen:*

δεινὴ πόλις νοσοῦσ' ἀνευρίσκειν κακά,

nisi forte *ἀνευρίσκειν κακά* significat: *mala excogitare consilia.* Quoties tamen hic versus mihi venit in mentem, nescio quo casu accidit, ut semper cogitando reponam:

δεινὴ φύσις νοσοῦσιν εὑρίσκειν ἄκη.

Stob. XLIX, 3 ex eadem fabula:

κακῶς δ' ὄλοιντο πάντες, οἳ τυραννίδι
χαίρουσιν ἀνόμῳ τ' ἐν πόλει μοναρχίᾳ·
τοὐλεύθερον γὰρ ὄνομα παντὸς ἄξιον,
κἂν σμίκρ' ἔχῃ τις, μεγάλ' ἔχειν νομίζεται.

Vs. 3 vulgo scribitur *χαίρουσιν ὀλίγῃ κτέ*, quod frustra *ὀλιγαρχίαν* significare contendunt, cuius regiminis ne ipsius quidem mentionem hic ferri posse arbitror. Reposui id, quod sententia requirere videbatur.

Intelligitur enim monarchia, qualem describit Plato in Politico p. 302 E.: *μοναρχία τοίνυν ζευχθεῖσα μὲν ἐν γράμμασιν ἀγαθοῖς, οὓς νόμους λέγομεν, ἀρίστη πασῶν τῶν ἕξ* (*πολιτειῶν*)· *ἄνομος δὲ χαλεπὴ καὶ βαρυτάτη ξυνοικῆσαι.* Nec tamen absurde scripseris:

οἳ τυραννίδι
χαίρουσι χαλεπῇ τ' ἐν πόλει μοναρχίᾳ.

Bothius coniecit *ὀλόῃ*. Erat quoque, quum pro *ΟΛΙΓΗΙ* Euripidi *ΟΜΗΙ* i. e. *ὠμῇ* reddendum esse putarem, et nunc quoque, sitne hoc an *ἀνόμῳ* praeferendum, dubius haereo.

Stob. Flor. III, 1. *Εὐριπίδου Αὔγης* (cod. Vind.):

πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας
οὐχ ἡ τύχη γε· τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Viri docti corrupta esse videntes vocabula *οὐχ ἡ τύχη γε* alius aliud coniecerunt. Bothius ci.: *οὐχ ἥ τυχήσῃ* (sc. *τις*), quod vel vulgata lectione videtur esse corruptius. Nec placet mihi quidem Hermanni suspicio *ἔχει τύχη σε;* Ahrensius edidit *οὐχ ἡ τύχη σε* (scil. *διώκει*), quod speciem habere possit, verum tamen non est. Meinekius post *ἐλπίδας* nonnihil intercidisse statuit: probabiliter, Nauckio iudice. At lacunas suspicari est sacra quaedem anchora, qua non nisi desperata in re utendum esse iudico. Fingo mihi duos interlocutores, senem et iuvenem, quorum hic (vel haec), quamvis fortuna utens adversa, spe futurae prosperitatis animum suum pascere non desistat, ille contra talem spem inanem esse ratus adolescentem his verbis hortetur:

πτηνὰς διώκεις, ὦ τέκνον, τὰς ἐλπίδας.

cui respondeat iuvenis:

οὐκ εὐτύχησα· τῆς τύχης δ' οὐχ εἷς τρόπος.

Verum est me non fuisse felicem; sed Fortunae non una ratio est. Cf. Horatianum illud: *non si male cras, et olim sic erit.*

Facile corrigi potest levis error in longo fragmento, quod ex *Autolyco satyrico* affert Athenaeus X p. 413 c. vs. 4 sq.:

πῶς γάρ, ὅςις ἐστ' ἀνὴρ
γνάθου τε δοῦλος νηδύος θ' ἡσσημένος,
κτήσαιτ' ἂν ὄλβον εἰς ὑπερβολὴν πατρός.

Requiritur enim haud dubie Participium temporis Praesentis

ἡσσώμενος, quemadmodum recte scriptum invenies v. c. in AGATHONIS loco ex incerto dramate apud Aristotelem Ethic. Eudem. III, 1 p. 1230, 1 Bekk.:

Φαῦλοι βροτῶν γὰρ τοῦ πονεῖν ἡ σ σ ώ μ ε ν ο ι
θανεῖν ἐρῶσιν.

Stob. VIII, 1; *Εὐριπίδου Β ε λ λ ε ρ φ ό ν τ ῃ·*

δόλοι δὲ καὶ σκοτεινὰ μηχανήματα
χρείας ἀ ν ά ν δ ρ ο υ φάρμακ' εὕρηται βροτοῖς.

Substantivum *χρείας* iniuria suspectum habet Nauckius (fr. 290), nam rectissime *doli et clandestina consilia* vocantur *medicamina necessitatis*, sed iure mireris, cur *χρεία* dicta sit *ἄνανδρος* a poeta. Ne multa: Euripides *ἄνανδρα* vocat eiusmodi medicamina i. e. *viro indigna*. Reposuerim igitur:

χρείας ἄ ν α ν δ ρ α φάρμακ' εὕρηται βροτοῖς.

Possis quoque sensu nonnihil diverso:

——— *ἀ ν ά ν δ ρ ο ι ς* ——— *βροτοῖς.*

i. e. *ignavis—mortalibus.*

Criticorum diligentiam hucusque effugisse videtur absurdum vitium, quo maculatus est locus, ceteroquin satis expeditus, e *Bellerophonte* apud Stobaeum X, 7:

Ὡς ἔμφυτος μὲν πᾶσιν ἀνθρώποις κάκη·
ὅςις δὲ π λ ε ῖ σ τ ο ν μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται, τῷδε συγγνώμη μὲν οὔ,
πλείω δε μισθὸν μείζονος τόλμης ἔχων
τὸν τῶν ψεγόντων ῥᾷον ἂν φέροι λόγον.

Ipsa enim ratio oppositorum vs. 4 sqq. luculenter demonstrat, pro *πλεῖστον* requiri ipsum contrarium. Hoc igitur nomine probabiliter correxeris:

ὅςις δὲ π α ῦ ρ ο ν μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν κτέ.

Sed praeterea, quia causa redditur sententiae: *πᾶσιν ἀνθρώποις*

κακίαν ἔμφυτον εἶναι, pro *δὲ* malim *γάρ*, quapropter vide, an scribere praestet:

ὅςις γὰρ ὀλίγον μισθὸν εἰς χεῖρας λαβὼν
κακὸς γένηται κτέ.

Versu quinto legebatur *τὸν τῶν λέγοντων—ψόγον*, quam lectionem correxi praeeunte Jacobsio.

Nimis patienter tulerunt editores versum manifesto interpolatum in fragmento Euripideo, sive e *Bellerophonte* sumtum sit, sive e *Danae*, apud Stob. Flor. XCI, 4:

Ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιςον βροτοῖς.
ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοίας ἔχει,
οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατήρ·
[οἵας σὺ χοἱ σὲ δώμασιν κεκτημένοι]
εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Versum inutilem et inficetum, quem uncinis sepsi, habent Athenaeus IV, p. 159 B, et Sextus Empir. p. 663, 23. Omittit Stobaeus et, quod maximum est, non agnovit Seneca Epist. 115, sic locum vertens:

pecunia ingens generis humani bonum,
cui non voluptas matris aut blandae potest
par esse prolis, non sacer meritis parens;
tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
merito illa amores coelitum atque hominum movet.

Praeterea vs. 2 cum Sexto Empirico et Stobaei cod. Vindobonensi dedi *τοίας* pro *τοιάσδ'*, in quo illud post interpolatum versum abiisse probabile est. Versu 3tio, postquam iam vs. 1 dixerat *βροτοῖς*, minus eleganter poeta *ἀνθρώποισιν* intulisse videri potest, quare haud scio an melius recipiatur Athenaei lectio: *οὐ παῖδες ἐν δόμοισιν, οὐ φίλος πατήρ.*

Justin. Mart. de monarch. p. 130: *καὶ ἐν Βελλεροφόντῃ·*

Φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς;
οὐκ εἰσίν, οὐκ εἴσ', εἴ τις ἀνθρώπων θέλει
μὴ τῷ παλαιῷ μῶρος ὢν χρῆσθαι λόγῳ·
σκέψασθε δ' αὐτὰ μὴ ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις
γνώμην ἔχοντες. φήμ' ἐγὼ τυραννίδα κτέ.

Γνώμην ἔχειν ἐπί τινι idem valet, ac si in pedestri oratione dicas *τὴν γνώμην προσέχειν*, vel *τὸν νοῦν*, vel nude *προσέχειν τινὶ* s. *πρός τι;* neque igitur interpretari licet, ut fieri video, *non verbis meis fidem habentes;* et requiritur ipsum contrarium quam id, quod est in vulgatis, *μὴ—ἔχοντες*. Invitat enim Bellerophontes spectatores, ut, missa vetere existimatione, animum advertant ad ea, quae ipse dicturus sit. Quo facto, suam doctrinam sic exponere incipit: *φήμ' ἐγὼ κτέ.* Quae si recte disputavi, satis, credo, apparet non sufficere Bothii correctionem *σκέψασθε δ' αὐτοὶ* legentis, quam Nauckius recepit. Ego suspicor:

Σκέψασθε δ' αὔτ' ἄλλῃ, 'πὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις
γνώμην ἔχοντες· φήμ' ἐγὼ τυραννίδα
κτείνειν τε πλεί̣ςους κτημάτων τ' ἀποςερεῖν.

Quae sequuntur ibidem plana sunt et apte decurrunt usque ad vs. 13:

οἶμαι δ' ἂν ὑμᾶς, εἴ τις ἀργὸς ὢν θεοῖς
εὔχοιτο καὶ μὴ χειρὶ συλλέγοι βίον,
τὰ θεῖα πυργοῦσιν αἱ κακαί τε συμφοραί.

Alii alia coniiciunt, quorum suspiciones enumerat Wagnerus (fr. 293). Ipse, ne longus sum, suspicor:

μαθεῖν, ἀπείργειν εἰ σθένουσι συμφοράς

(scil. *οἱ θεοί*), collato fragm. ex *Hippolyto* (449 b. ap. Wagnerum):

καὶ τόνδ' ἀπείργειν οὐδ' ὁ παγκρατὴς σθένει
Ζεὺς κτέ.

Leniore tamen mutatione et sensu vix minus commodo coniiciebam:

οἶμαι δ' ἂν ὑμῶν εἴ τις — — —
— — — — — — — — — — — —
παθεῖν ἀγυρτοῦ νιν τάχιϛα συμφοράς.

ΠΑΘΕΙΑΓΥΡΤΟΥΝΙΝ et *ΤΑΘΕΙΑΠΥΡΓΟΥΣΙΝ* parum inter se differunt. Utra sit verior correctio, me peritiores diiudicanto.

Stob. Flor. CV, 19: *Εὐριπίδου Βελλεροφόντου·*

ποῦ δὴ τὸ σαφὲς θνατοῖ-
σιν βιοτᾶς, θοαῖσι μὲν
ναυσὶ πόρον πνοαὶ κατὰ
βένθος ἅλιον ἰθύνουσι· τύχας δὲ θνη-
τῶν τὸ μέγ' εἰς οὐδὲν πολὺς
χρόνος μεθίστησι τὸ μεῖον αὔξων.

Restitui ex parte numeros. Vs. 5 vulgo *τὸ μὲν μέγ'* et vs. 6 *τὸ δὲ μεῖον* legebatur, quas particulas, arguente metro, ut librariorum additamenta expunxi; praeterea omisi articulum, qui in libris est ante *πολύς*.

Stob. LXIV, 5, *Εὐρ. Δανάῃ·*

ἔρως γὰρ ἀργὸν κἀπὶ τοῖς ἀργοῖς ἔφυ·
Cap. 85 extr. καίτοι ςρατιῇ τῇδ', ἣν νῦν ἐγὼ ἔχω, ἐπὶ Νισαίαν ἐμοῦ βοηθήσαντος, οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι πλέονες ὄντες προσμῖξαι, ὥς' οὐκ εἰκὸς νηΐτῃ γε αὐτοὺς τῷ ἐν Νισαίᾳ ςρατῷ ἴσον πλῆθος ἐφ' ὑμᾶς ἀποςεῖλαι. Requiro ἀποςελεῖν; et τῷ ἐκεῖ ςρατῷ cum cod. Palatino. Quidam codd. in verso ordine ἔχω ἐγώ. Pronomen abesse malim. Ceterum graviore vulnere laborare ultimam periodi partem in aprico est. Ibidem § 4 scribendum videtur: κίνδυνόν τε τοσόνδ' ἀνερρίφαμεν pro Aoristo ἀνερρίψαμεν.

Cap. 88 § 1: καὶ [περὶ] τοῦ καρποῦ φόβῳ ἔγνωσαν οἱ πλείους ἀφίςασθαι. Dele praepositionem, quae vim infert Graecitati. Cf. cap. 84 § 2: ὅμως δὲ διὰ τοῦ καρποῦ τὸ δέος ἔτι ἔξω ὄντος πεισθὲν τὸ πλῆθος. Similiter illic scripserim: τοῦ καρποῦ τῷ φόβῳ.

Cap. 89 § 2 lege: ὁ μὲν Δημοσθένης πρότερος πλεύσας; opponitur enim Cap. 90 § 1: ὁ δ' Ἱπποκράτης ὕςερος ἀφικνεῖται.

Cap. 89 extr.: οὐ γὰρ πω Ἱπποκράτης παρελύπει ἐν τῇ γῇ ὤν. Suspicor: ἐν τῇ γῇ ἤδη ὤν. Praeterea malim οὐδὲν γὰρ κτὲ., qua tamen novatione fortasse opus non est.

Cap. 90 init: Δήλιον ἐτείχιζε τοιῷδε τρόπῳ [τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος]. Ipso loco, quo legitur, alienissimo interpretamentum arguitur. Petitum est e Cap. 76.

Cap. 91 extr.: ἡγεμονίας οὔσης αὐτοῦ. Fortasse: τῆς ἡγεμονίας οὔσης αὐτῷ τότε.

Cap 92 init.: καί εἰσι δήπου πολέμιοι, ἐν ᾧ τε ἂν χωρίῳ

καταληφθῶσι κτέ. Lege ἐν ὅτῳ τ' ἂν κτέ. Ibid. § 3: πάτριον θ' ὑμῖν ςρατὸν ἀλλόφυλον ἐπελθόντα κἀν τῇ οἰκείᾳ κἀν τῇ τῶν πέλας ὁμοίως ἀμύνεσθαι. Ἀθηναίους δέ, καὶ προσέθ' ὁμόρους ὄντας πολλῷ μάλιςα δεῖ. Scribendum: — ἀμύνεσθαι, Ἀθηναίους δὲ — μάλιςα δή. In vicinia repone: οἳ καί, μὴ ὅτι τοὺς ἐγγύς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄπωθεν πειρῶνται δουλοῦσθαι, inserto ὅτι post μή.

Cap. 93 § 2: τῷ δ' Ἱπποκράτει ὄντι περὶ τὸ Δήλιον ὡς [αὐτῷ] ἠγγέλθη, ὅτι — πέμπει. Abiiciatur pronomen, quod scabram reddit orationem.

Cap. 103 § 5: ἀπροσδόκητος προσπεσών. Cod. Par. ἐπι (m. 2)
προσπεσών. Auribus sane gratius foret: ἀπροσδόκητος ἐπιπεσών. Praeterea aliquis praetulerit ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσών, cl Cap. 72 § 2: οἱ ἱππῆς ἀπροσδοκήτοις ἐπιπεσόντες τοῖς ψιλοῖς, ubi ne quis inversa ratione ἀπροσδόκητοι scribendum esse contendat, inspiciat mihi Lib. VI cap. 69, unde discat, Thucydidem huic vocabulo transitivam vim tribuere contra reliquorum scriptorum usum. Ex eadem observatione complures loci Thucydidei corrigantur.

Cap. 109 § 3: πόλεις δ' ἔχει (Ἀκτὴ) Σάνην μὲν — παρ' αὐτὴν τὴν διώρυχα, ἐς τὸ πρὸς Εὔβοιαν πέλαγος τετραμμένον. Quasi dicas Cymen, Euboeae oppidum, spectare mare Icarium! In uno codice D aliquantum praesidii est: habet Εὐοίαν. Geographica suadet τὸ πρὸς Σιθονίαν πέλαγος, ut intelligatur sinus SINGITICUS. Nec sane inter ΕΥΟΙΑΝ et ΣΙΘΟΙΑΝ permultum intercedit discriminis. Librarius, quid illud sibi vellet ignorans, confidenter reposuit quod nunc habent, uno tantum excepto, libri omnes.

Cap. 110 § 1: ἀφικόμενος ἔτι καὶ περὶ ὄρθρον. Haec pauca verba sufficiant, ut intelligas reponendum esse: ἀφικόμενος νυκτὸς ἔτι κατὰ τὸ περίορθρον. Similiter corrigas Lib. II Cap. 3 § 4: ἐπεὶ δ' ὡς ἐκ τῶν δυνατῶν ἑτοῖμα ἦν, φυλάξαντες (τηρήσαντες Thom. Mag. in ὀρθρεύω, non male)

ἔτι νύκτα καὶ αὐτὸ τὸ περίορθρον, ἐχώρουν ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐπ᾽ αὐτούς. Nempe requiro: ἔτι νυκτὸς κατ᾽ αὐτὸ τὸ περίορθρον ἐχώρουν κτέ. Ad τηρήσαντες intellige τοὺς Θηβαίους, et iunge verba: ἔτι—ἐχώρουν cum sqq. Intelligitur autem ea pars noctis, quae describitur a poeta Iliad. VII, 433:

Ἦμος δ᾽ οὔτ᾽ ἄρ᾽ πω ἠώς, ἔτι δ᾽ ἀμφιλύκη νύξ.

Cap. 112 med.: τῷ τείχει πεπτωκότι καὶ οἰκοδομουμένῳ. Lege: κἀνοικοδομουμένῳ.

Cap. 118 § 4 e codd. haud dubie reponendum: τῶν ἀπὸ τοῦ Νισαίου pro vulgatis: τῶν παρὰ τοῦ Νίσου.

Cap. 125 § 1: ὅπερ φιλεῖ μεγάλα ϛρατεύματα ἀσαφῶς ἐκπλήγνυσθαι. Lege ὥσπερ φιλεῖ κτέ.

Cap. 129 med.: ἐχώρουν ἐς τοὺς Μενδαίους. Imo ἐπὶ κτέ. Ibidem § 4: καὶ ἐς ὀλίγον ἀφίκετο πᾶν τὸ ϛράτευμα τῶν Ἀθηναίων νικηθῆναι. Vide an reponendum sit: καὶ παρ᾽ ὀλίγον ἀφίκετο—νικηθῆναι i. e. *parum abfuit, quin vinceretur.*

Cap. 130 § 6 expunge aut Μένδην aut πόλιν.

Cap. 135 § 1: τοῦ γὰρ κώδωνος παρενενεχθέντος οὕτως ἐς τὸ διάκενον ἡ πρόσθεσις ἐγένετο. Iam Cobetum Mnem. V p. 385 verissime monuisse video: παρενεχθέντος ἐν τοσούτῳ in vulgatis delitescere.

Lib. V, Cap. 2, § 3: ναῦς δὲ περιέπεμψε δέκα ἐς τὸν λιμένα [περιπλεῖν]. Similiter dubito an περιπεμφθεῖσαι genuinum sit Cap. 3: καὶ αἱ νῆες ἅμα περίπλεον ἐς τὸν λιμένα [περιπεμφθεῖσαι]; nisi forte scribendum αἱ περιπεμφθεῖσαι.

Cap. 6 expunge duo additamenta: Ἀνδρίων ἀποικίᾳ et τὴν Θασίων ἀποικίαν. Illud e IV c. 88 extr., hoc e IV c. 107 stolide huc retractum est. Posterius arguitur articulo male apposito. In eiusdem capitis § 5 requiritur: τὸ δ᾽ ὁπλιτικὸν ξύμπαν ἤθροιϛο pro ἠθροίσθη, ut recte sequitur ἐτετάχατο.

Cap. 9 § 9: καὶ ὑμεῖς, ὦνδρες ξύμμαχοι, ἀκολουθήσατε ἀνδρείως. Memoratur e Lugdunensi codice portentosa lectio

γρ. ἀνδρείως
γενδρείως, corrupta haud dubie ex hacce *γενναίως*, quam reperi in codice, quem contuli Parisiis.

Cap. 12: *καθίςαντο*, ὅτι αὐτοῖς ἐδόκει μὴ καλῶς ἔχειν. Lege *μεθίςαντο* κτὲ.

Cap. 18 init.: Σπονδὰς ἐποιήσαντο—περὶ μὲν τῶν ἱερῶν τῶν κοινῶν θύειν *καὶ ἰέναι* καὶ μαντεύεσθαι καὶ θεωρεῖν κατὰ τὰ πάτρια τὸν βουλόμενον. Corrupta sunt vocabula *καὶ ἰέναι*. Mihi quidem nihil occurrit, quod aptius reponatur quam hoc: θύειν *ἐξεῖναι* καὶ μαντεύεσθαι κτὲ. Cf. Cap. 28 § 1, Cap. 43 § 3. Mox pro *δικαίῳ* χρήσθων καὶ ὅρκοις e quibusdam codd. emendaverim *δίκαις* χρήσθων κτὲ.

Cap. 29: Μαντινῆς δ' αὐτοῖς καὶ οἱ ξύμμαχοι [αὐτῶν] πρῶτοι προσεχώρησαν—τοῖς γὰρ Μαντινεῦσι μέρος τι τῆς Ἀρκαδίας κατέςραπτο [ὑπήκοον].

Cap. 31 fin: Βοιωτοὶ δε καὶ Μεγαρῆς ταὐτὸ λέγοντες ἡσύχαζον, *περιορώμενοι* ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ νομίζοντές σφισι τὴν Ἀργείων δημοκρατίαν αὐτοῖς ὀλιγαρχουμένοις ἧσσον ξύμφορον εἶναι τῆς Λακεδαιμονίων πολιτείας. Goellerus interpretatur: *quod a Lacedamoniis contemnerentur.* Ideone, o bone, aliquis quiescat, quod contemni se ab adversario intelligat? Accedit, quod hoc sensu Graecum est *ὑπερορώμενοι*. Quid delitescat, non contendo me reperisse: monstrum ali certissimum est. Cogitavi de reponendo: *πολυωρούμενοι*.

Cap. 35 init. expungatur emblema: οἵ τε Ἀθηναῖοι καὶ (οἱ) Λακεδαιμόνιοι.

Cap. 50 § 1: pro *ἀπομόσαι*—ἦ μὴν ἀποδώσειν, lego *ἐπομόσαι* κτὲ. Aristophanes: καὶ νὴ Δί' ἀποδώσειν *ἐπώμνυς* τοὺς θεούς.

Cap. 51 ultimum vocabulum ἐτελεύτα exsulato; idem valet de capite 56.

Cap. 59 prope finem abiectum velim Ἀργείοις et init. cap 60 τῶν Ἀργείων.

Cap. 60 § 6 excidisse quaedam suspicor sic redintegranda: τόν τε Θράσυλον *(καὶ τὸν Ἀλκίφρονα)* —ἤρξαντο λεύειν·

(καὶ ὁ μὲν ἀποθνήσκει,) ὁ δὲ καταφυγὼν περιγίγνεται. Nempe vix intelligitur, cur Thrasylum lapidibus obruant, dum ne verbum quidem fiat de Alciphrone, eidem crimini obnoxio. Et in proxime praegressis utrumque intelligit scribens: ἔτι ἐν πολλῷ πλείονι αἰτίᾳ εἶχον.—τοὺς σπεισαμένους.

Cap. 61 med.: πείσαντες ἐκ τῶν λόγων τοὺς ξυμμάχους. Lege διά. In vicinia non expedio haec: οὗτοι δ' ὅμως καὶ πεισθέντες ὑπελείποντο πρῶτον, ἔπειτα δ' ὕςερον καὶ οὗτοι ἦλθον, nisi, expuncto ὕςερον, legatur: καὶ αὐτοὶ ἦλθον.

Cap. 63 versus fin.: ἔργῳ γὰρ ἀγαθῷ ῥύσεσθαι τὰς αἰτίας ςρατευσάμενος· ἢ τότε ποιεῖν αὐτοὺς ὅτι βούλονται. Voculam *ΤΟΤΕ*, dittographia natum e sequenti *ΠΟΙΕΙΝ*, deleverim. Praeterea nescio, an non scripserit Thuc., quod in ea re dici solet: ἔργῳ γὰρ ἀγαθῷ ἀπολύσεσθαι τὰς αἰτίας.

Cap. 65. Sine damno omitti potuerunt verba: δηλῶν τῆς ἐξ Ἄργους ἐπαιτίου ἀναχωρήσεως τὴν παροῦσαν ἄκαιρον προθυμίαν ἀνάληψιν βουλομένην εἶναι, quamvis fatendum est, orationem tum bene Graecam esse tum probe Thucydideam. Quare nunc dubito, an recte ea suspecta habuerim. Iudicent alii. Contra persuasissimum mihi est, mox § 4 verba: τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους ab interpolatore esse invecta; neque Scholiastes ea agnovisse videtur. Ibidem malim βοηθήσοντας pro βοηθοῦντας.

Cap. 68 prope init.: ἀριθμὸν δὲ γράψαι — οὐκ ἂν ἐδυνάμην ἀκριβῶς. Utique reponendem οὐκ ἂν δυναίμην (i. e. οὐ δύναμαι), quod exstat in marg. cod. I, qui in textu habet δυναμην (sic).

Cap. 72 § 1: ξυνέβη οὖν αὐτῷ ἅτ' ἐν' αὐτῇ τῇ ἐφόδῳ καὶ ἐξ ὀλίγου παραγγείλαντι κτὲ. Corrige δι' ὀλίγου. Cf. Cap. 65 § 5, 66 § 1, 69 § 2.

Cap. 73 § 1 lege: τὸ τῶν Ἀργείων καὶ (τῶν) συμμάχων ςράτευμα.

Cap. 75 § 4 pro τῇ προτέρᾳ ἡμέρᾳ legatur τῇ προτεραίᾳ, deleto substantivo.

Cap. 75 § 6: *καὶ ἐν τούτῳ ξυγκαταλιπόντες ἅπαντες τῷ τειχίσματι φρουράν.* Deleverim *ἅπαντες* cum cod. *B.*

Cap. 77 init. expunge alterum *ἀποδιδόντας.*

Cap. 80 init. pro *ἐγεγένητο* requiro Aor. *ἐγένετο*, cf. 78 extr.

Cap. 98 extr.: *τοὺς δὲ μηδὲ μελλήσοντας γενέσθαι* (scil. *πολεμίους*) *ἄκοντας ἐπάγεσθε.* Imo vero: *μέλλοντας γενήσεσθαι.* Error natus videtur ex huiusmodi scriptura *μέλλον-*

ησ ησ
τας γενέσθαι, corrupta in hanc *μέλλοντας γενέσθαι.*

Cap. 102 extr. *μετὰ δὲ τοῦ δρωμένου ἔτι καὶ σῆναι ἐλπὶς* (scil. *ἡμῖν*) *ὀρθῶς.* Imo *ὀρθοῖς.*

Cap. 103 med. *ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς ὄντες.* Reponendum esse *σμικρᾶς* docui iam alibi. Eurip. *Hippol.* vs. 1158: *δέδορκε μέντοι φῶς ἐπὶ σμικρᾶς ῥοπῆς.*

Cap. 109 extr. lego, inserta particula conditionali, *ὥς' οὐκ εἰκὸς ἐς νῆσόν γ' ἂν αὐτοὺς —περαιωθῆναι.*

Cap. 113 extr. abesse malim vocabula: *καὶ πιςεύσαντες.*

Cap. 116: *ὡς αὐτοῖς τὰ διαβατήρια [ἱερὰ ἐν τοῖς ὁρίοις] οὐκ ἐγίγνετο.* Deleo turpe emblema.

Liber VI Cap. I extr.: *καὶ τοσαύτη οὖσα [ἐν] εἴκοσι ςαδίων μάλιςα μέτρῳ τῆς θαλάσσης διείργεται τὸ μὴ κτὲ.*

Cap. 2 § 4 extr. *καὶ ἡ χώρα ἀπ' Ἰταλοῦ βασιλέως τινὸς Σικελῶν τοὔνομα τοῦτ' ἔχοντος, οὕτως [Ἰταλία] ἐπωνομάσθη.*

Cap. IV § 3: *Γέλαν — ἐποίκους ἀγαγόντες — ἔκτισαν.* Ex codd. receptum oportuit *ἀποίκους.* Nam *ἔποικοι* ii dicuntur, qui deductae iam coloniae postmodo accedunt.

Cap. 6 § 2 *οἱ Σελινούντιοι Συρακοσίους ἐπαγόμενοι — κατεῖργον.* Lege *ἐπαγαγόμενοι.* In eadem § pro *διαφθείροντες* requiro *διαφθείραντες* cum Stephano, qui ita Vallam legisse recte suspicatur.

Cap. 10 § 4: *τάχ' ἂν δ' ἴσως, εἰ δίχα κτὲ.* Lege *τάχα δ' ἂν* cum aliis libris, expuncto interpretamento *ἴσως.* In sqq., addito *ἄν*, malim: *πρὶν ἄν, ἣν ἔχομεν, βεβαιωσώμεθα.*

Cap. 14 extr. lego: *καὶ ἑκὼν εἶναι μηδὲν βλάψῃ* pro *ἢ ἑκὼν κτὲ.*

Cap. 26 induxerim vocabula, *πράσσειν ᾗ ἂν αὐτοῖς δοκῇ ἄριστα εἶναι Ἀθηναίοις*, quippe interpretamentum praegressi: *αὐτοκράτορας εἶναι*. Si genuina sunt, certe scribendum: *καὶ περὶ στρατιᾶς τε πλήθους καὶ κτέ.*

Cap. 27 § 3. Hinc corrigatur PLUTARCH. *in Alcibiade* Cap. 20: *ὡς ἀπὸ μιᾶς ἐπὶ νεωτερισμῷ συνωμοσίας πεπραγμένῳ*. Nam legendum est: *ἐπὶ νεωτερισμοῦ συνωμοσίᾳ κτέ.*

Cap. 29 § 3: *ῥήτορας ἐνιέντες, οἳ ἔλεγον νῦν μὲν πλεῖν αὐτὸν κτέ.* Post *πλεῖν* vide, annon exciderit *δεῖν*. In § 2 init. *καὶ ἐπεμαρτύρετο μὴ ἀπόντος περὶ αὐτοῦ διαβολὰς ἀποδέχεσθαι*, expuncto pronomine, scribas: *μὴ ἀπόντος πέρι διαβολὰς κτέ.*

Cap. 31 § 5 med.: *τῶν δ' ἰδιωτῶν ἅ τε περὶ τὸ σῶμά τις καὶ τριήραρχος ἐς τὴν ναῦν ἀναλώκει.* Repetitis duabus literis, scribam: *καὶ τριήραρχος, ὅσ' ἐς τὴν ναῦν κτέ.*

Cap. 33 § 2: *πρόφασιν μὲν Ἐγεσταίων συμμαχίᾳ κτέ.* Imo: *ἐπ' Ἐγ. κτέ.* Ib. § 4 non minus turpi errore legitur: *οὐδ' ὅτι μεγάλῳ στόλῳ ἐπέρχονται, ἀνωφελεῖς ἀλλὰ—πολὺ ἄμεινον.* Non foret in hac sententia *ἀμείνονες* absurdius quam est *ἀνωφελεῖς*, pro quo scriptum oportere *ἀνωφελές* paene pudet me significare. Initio § 6 certum est, Thuc. dedisse *ὥσπερ* pro *ὅπερ*, quidquid obloquitur Poppo similesque huic criticastri.

Cap. 38 § 4: *μάλιστα γὰρ δοκῶ ἄν μοι οὕτως ἀποτρέπειν τῆς κακουργίας.* Lego *τὰς κακουργίας*. Ibidem mox reponas: *πότερον ἄρχειν δὴ* pro *ἤδη*.

Cap. 39 init. expungatur aut *ἄριστα* post *ἄρχειν*, aut *βελτίστους* post *ἄριστα*.

Cap. 40 in ipso fine requiro: *πειράσεται διασώζειν*

Cap. 42 § 2 lege: *ἐς Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν* pro vulgatis: *καὶ ἐς τὴν Ἰτ. κτέ.*

Cap. 58 § 1 expungas vocabula *τοὺς ὁπλίτας* post *τοὺς πομπέας*. In ipso initio scribo *ἀγγελθὲν* pro *ἀγγελθέντος*.

In fine legitur: *μετὰ γὰρ ἀσπίδες καὶ δόρατος εἰώθεσαν τὰς πομπὰς ποιεῖν.* Corrigerem *πέμπειν* vel *ποιεῖσθαι*, nisi haec verba vetus scholium potius quam Thucydidea esse putarem.

Cap. 61 § 1 extr. post vocabula: *μετὰ τοῦ αὐτοῦ λόγου* eorum interpretamentum: *καὶ τῆς ξυνωμοσίας ἐπὶ τῷ δήμῳ* delendum est, scripto deinde *ὑπ' ἐκείνου ἐδόκει πραχθῆναι.* Paucis interpositis, lege: *πρὸς Βοιωτοὺς πράσσοντες*, expuncta vocula *τι*, quae originem debet sequenti literae *π* in *πράσσοντες*. Mox lege: *καί τινες* (pro *τινα*) *μίαν νύκτα κτἑ.*

Cap. 68 init. *ἐπὶ τὸν αὐτὸν ἀγῶνα.* Lege: *ἐπὶ τοιοῦτον ἀγῶνα.* Ib. § 2 vers. finem lege *ὥσπερ ἡμᾶς*, expuncto *καί.*

Cap. 72 init. inverso ordine malim: *ἐς Κατάνην καὶ Νάξον.*

Cap. 80 § 3 init. dele *οἱ Συρακόσιοι* et mox scribe: *εἰ καὶ μὴ πείσομεν*, inserto *καί.* § 4 emendo *τιμήσονται* pro Fut. Pass. *τιμηθήσονται.*

Cap. 87 § 2 extr. *οὐκ ἄκλητοι [παρακληθέντες δὲ] ἥκειν.*

Cap. 92 med. *τὴν οὐκ οὖσαν ἀνακτᾶσθαι* dici nequit. Scribe *οὐκέτ' οὖσαν.*

Cap. 96 vocabulum ultimum *παραγίγνωνται* mutetur in *παραγίγνοιντο.*

Cap. 97 med. corrigo: *ὡς ἕκαστος τάχους εἶχον* pro *εἶχε.*

Liber VII.

Cap. 15 med. *διὰ [νόσον] νεφρῖτιν.*

Cap. 17: *καὶ ἐκ τῆς ἄλλης Πελοποννήσου οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ αὐτῷ τρόπῳ [πέμψοντες].*

Cap. 27 § 2: *ὅθεν ἦλθον [ἐς Θρᾴκην] ἀποπέμπειν.* Mox § 3 Attico more scripserim: *καὶ ἐν τοῖς πρώτῃ* pro *πρώτοις.*

Cap. 36 § 3: *καὶ τὴν ἐν τῷ μεγάλῳ λιμένι ναυμαχίαν, οὐκ ἐν πολλῷ πολλαῖς ναυσὶν οὖσαν, πρὸς ἑαυτῶν ἔσεσθαι.* Scholiasta interpretatur: *οὐκ ἐν πολλῷ] διαστήματι δηλονότι.* Quin reponimus, *οὐκ ἐν καλῷ πολλαῖς κτἑ.* i. e. in *loco non idoneo* magnae navium multitudini? Sequentia § 4 duobus importunissimis liberanda sunt interpretamentis *διεκπλεῖν* et *ὥστε μὴ περιπλεῖν.* Cf. Schol.

Cap. 52 prope finem: ἀπολαμβάνουσι κἀκεῖνον ἐν τῷ [κοίλῳ καὶ] μυχῷ τοῦ λιμένος. Cf. VII cap. 4.

Cap. 53 prope finem expunge τὴν ναῦν post ἀφεῖσαν, nam intelligitur e praegressis ὁλκάδα,

Cap 57 § 2: Αἰγινῆται [οἳ τότε Αἴγιναν εἶχον], καὶ ἔτι Ἑστιαῆς [οἱ ἐν Εὐβοίᾳ Ἑστίαιαν οἰκοῦντες] ἄποικοι ὄντες ξυνεστράτευσαν. Ibid. § 9: Δωριῆς ἐπὶ Δωριᾶς μετ' [Ἀθηναίων] Ἰώνων ἠκολούθουν; quo emblemate periit omnis orationis nitor.

Cap. 58 furcis expelle magistelli nescio cuius additamentum, quod ipso sermonis colore se prodit: δύναται δὲ τὸ νεοδαμῶδες ἐλεύθερον ἤδη εἶναι. An forte putas Nostri aequales ignorasse, quid hoc vocabulum significaret? Aut cur Lib. V 34, ubi de illo hominum genere primam mentionem fecit, idem docere dedignatus est? Sunt autem huiusmodi additamenta eo imprimis nomine perniciosa, quod veterum scriptorum, a quibus ea profecta esse vel eruditi credunt, fidem arrogare sibi solent et auctoritatem. Verum esse, quod autumo, documento sint, quae Goellerus disputat ad V cap. 34.

Cap. 69: πατρόθεν τ' ἐπονομάζων καὶ αὐτοὺς ὀνομαστὶ καὶ φυλήν. Quid orationis hoc est? An igitur etiam *tribum* appellabant πατρόθεν. Apage ineptias! et Thucydidi redde: πατρόθεν τ' ἐπονομάζων αὐτοὺς καὶ ὀνομαστὶ καὶ κατὰ φυλήν.

Cap. 73 § 3: καὶ οὐκέτι ἔπειθεν αὐτοὺς ὁ Ἑρμοκράτης. Perperam e codd. hanc lectionem in ordinem receperunt editores, quum antea rectissime ederetur: καὶ οὐκ ἔπειθεν. Particula ἔτι dittographia nata est ex duabus primis literis vocabuli sequentis Quod enim hodie vulgatur, significaret Hermocratem primo quidem persuasisse ducibus, deinde vero non amplius.

Cap. 75 init. pro ἡ ἀνάστασις scribendum videtur ἡ ἀπανάστασις. Nam ἀνάστασις est, qualis describitur v. c. Lib. II cap. 14 extr. Ἀπανίστασθαι contra sollemni usu dicitur de exercitu, qui re infecta abducitur.

Cap. 78 init. lege: ὁ μὲν Νικίας τοιαῦτα παρακελευόμενος.

Vulgatur *τοιάδε*. Utriusque vocabuli, quamvis certum et constans est apud veteres Atticos discrimen, frequens est in codd. confusio.

Liber VIII.

Cap. I § 3: *καὶ τὰ τῶν συμμάχων ἐς ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι*, Locutionem hic obviam non possum non vocare in dubium. Cogitavi de reponendo *ἐς ἀσφάλειαν τίθεσθαι*. Sed retinet me cogitatio, in ea re Graecos dicere solere *ἐν ἀσφαλεῖ*. Videndum igitur an forte Thuc. dederit: *καὶ τὰ τῶν συμμάχων ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι*, deleta praepositione, quae originem debeat initio sequentis vocabuli, ut sensus sit: *et quod ad socios attinet securitatem sibi comparare.* Malim tamen: *κἀπὸ τ. σ. ἀσφάλειαν ποιεῖσθαι.* i. e. *a sociis.* Etenim socii Atheniensium post cladem Siculam ad adversarios deficere coeperant, deque ea re in proxime praegressis scriptor loquitur.

Cap 15 init.: *Ἐς δὲ τὰς Ἀθήνας ταχὺ ἀγγελία τῆς Χίου ἀφικνεῖται.* Propter ductuum similitudinem post *ἀφικνεῖται* facile exidere potuit *ὅτι ἀφίςαται*, vel *ὅτι ἀφέςηκε*. Ita forma orationis similis erit huice (I. 61): *ἦλθε τοῖς Ἀθηναίοις εὐθὺς ἡ ἀγγελία τῶν πόλεων ὅτι ἀφεςᾶσι.* Fortasse tamen nihil novandum.

Cap. 26 med. *κατέπλευσαν ἐς Λέρον πρῶτον* [*τὴν πρὸ Μιλήτου νῆσον*]. Huiusmodi additamenta geographica magna ex parte a sciolis iam antiquitus veterum scriptis invecta esse satis constat. Hic interpolatio eo luculentior est, quo certius novimus Lerum insulam non pro Mileto sed prope Icarum et Pathmum sitam fuisse. Interpolator autem *Laden* insulam in codice suo legisse videtur, nisi forte memoriae hunc lapsum esse credere mavis. Cf. autem cap. 17 extr. et 27 init. Solus liber Vat. servavit *Λέρον*, unde Bekkerus recepit. Reliqui *Ἐλεόν*, variis accentibus spiritibusque.

Cap. 28. *Ἀμόργην ζῶντα λαβόντες* [*Πισσούθνου νόθον υἱόν, ἀφεςῶτα δὲ βασιλέως*] Delevi male repetita e cap. V. In sqq., quod ad *δαρεικὸν* additur, *ςατῆρα* suspectum est; et procul

dubio interpolata sunt in fine capitis vocabula *ἐς τὴν Μίλητον*, addita nimirum ad illustrandum Genitivum loci *αὐτοῦ*, qui opponitur vocabulis *ἐς τὴν Χίον*.

Cap. 29 extr.: *ἐς γὰρ πέντε ναῦς καὶ πεντήκοντα τρία τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός*. Vocabula *καὶ πεντήκοντα* delent unanimi fere consensu viri docti. Multae in h. l exstant coniecturae, quas singulas refellere longum est. Vocab. *καὶ πεντήκοντα* continent veram lectionem, dum *πέντε* male repetitum est e praegressis. Pro *τρία* contra requiritur *τριάκοντα*, ut recte coniecit Meiboomius. Lego: *ἐς γὰρ πεντήκοντα ναῦς τριάκοντα τάλαντα ἐδίδου τοῦ μηνός*. Ita salva res est, nam subductis rationibus videbis singulos milites accepisse $3^3/_5$ obolos, cui rei optime conveniunt, quae modo dixerat: *ὅμως δὲ παρὰ πέντε ναῦς* (i. e. *πλὴν ε̄ νεῶν* Schol.) *πλεῖν ἀνδρὶ ἑκάστῳ ἢ τρεῖς ὀβολοί*. Universum enim navium numerum 55 navium fuisse novimus, de quo si quinque, quae exceptae fuerant, demseris, restant illae L naves, quas Thucydidi restituimus.

Cap. 56 init.: *καὶ βασιλεῖ ἐξεῖναι ἀεὶ ἐπὶ τοὺς αὐτοῦ λυπηροὺς τοὺς ἑτέρους ἄγειν*. Usus requirit: *κ. β. ἐ. ἐπὶ τοὺς ἀεὶ αὐτῷ λ. τ. ε. α.* Init. cap. sequentis: *καὶ* [*τῷ*] *βασιλεῖ*.

Cap. 48 med.: *βασιλεῖ τ' οὐκ εὔπορον εἶναι καὶ Πελοποννησίων ἤδη ὁμοίως ἐν τῇ θαλάσσῃ ὄντων καὶ πόλεις ἐχόντων ἐν τῇ αὐτοῦ ἀρχῇ οὐκ ἐλαχίστας*. Reiskius non male pro *ὄντων* coniecit *ἰσχυόντων*. Ego vel graviore vulnere locum laborare iudico. Nil amplius requirerem, si scriberetur: *Πελοποννησίων ἤδη ὁμολογουμένως θαλασσοκρατούντων καὶ πόλεις ἐχόντων κτέ.*

Cap. 52 extr. *κρατεῖν βασιλέα τῶν πόλεων, ὧν ποτε* [*καὶ πρότερον*] *ἢ αὐτὸς ἢ οἱ πατέρες ἦρχον*.

Cap. 55 init.: *ἀφιγμένοι ἤδη ἐπὶ τὰς τ. Α. ναῦς*. Requiritur *εἰς* pro *ἐπί*.

Cap. 66 init.: — *ἐπεὶ ἕξειν γε τὴν πόλιν, οἵπερ καὶ μεθίστασαν, ἔμελλον*. Malim *τὴν πολιτείαν*. Cf. cap. 74 non ita

procul a fine: *καὶ ἀντειπεῖν ἔςιν οὐδὲν πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν πολιτείαν.*

Cap. 69 extr.: *ἔφερον δὲ αὐτοῖς τοῦ ὑπολοίπου χρόνου παντὸς αὐτοὶ καὶ ἐξιοῦσιν ἐδίδοσαν.* Fort. *φέρειν δ' αὐτὸν* (scil. *τὸν μισθὸν*) *τοῦ ὑπολοίπου χρόνου παντὸς αὐτοῖς κ. ε. ἑ.*

Cap. 71 § 1: *πρὸς αὐτὰ τὰ τείχη τῶν Ἀθηναίων.* Legatur *Ἀθηνῶν.*

Cap. 72 § 2: *οἱ γὰρ τότε τῶν Σαμίων ἐπαναςάντες τοῖς δυνατοῖς [καὶ ὄντες δῆμος] μεταβαλλόμενοι αὖθις κτἑ.* Non minus certum est § 5 vocabula *ἐν τῇ νηὶ πλέοντας*, quae stupide et ignoranter adscripta sint ad *Παράλους*, quantocyus esse expellenda. Leviter ea scilicet suspecta fuerunt Abreschio.

Cap. 74 init.: *τὴν δὲ πάραλον [ναῦν] κτἑ.*

Ib. § 2: *τοὺς δ' ἄλλους ἀφελόμενοι τὴν ναῦν καὶ μετεμβιβάσαντες ἐς ἄλλην ςρατιῶτιν [ναῦν] ἔταξαν φρουρεῖν κτἑ.*

Cap. 77: *οἱ δ' ὑπὸ τῶν τετρακοσίων πεμφθέντες ἐς τὴν Σάμον [οἱ δέκα πρεσβευταὶ] ὡς ταῦτα κτἑ.*

Cap. 79 § 3: *προῄσθοντο γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῆς Μιλήτου ναυμαχησείοντας.* Scribe *δὴ τούς.* Minus recte Reiskius proposuit *αὖ τούς*, nam voculae *αὖ* hic locus non est.

Cap. 80 § 2: *καὶ ἅμα καὶ τὸ Βυζάντιον ἐπεκηρυκεύετο αὐτοῖς ἀποςῆναι.* Ultimum vocabulum mihi suspectum est. Abesse certe malim.

Cap. 84 initio: *τὸ πλῆθος [οἱ ναῦται].* Quin obtemperamus Haackio manifestum emblema expungi iubenti?

Cap. 89 fin.: *ἠγωνίζετο οὖν εἷς ἕκαςος αὐτὸς [πρῶτος] προςάτης τοῦ δήμου γενέσθαι.* Expunxi *πρῶτος*, quippe prognatum e vocabuli sequentis capite. Praeterea requiro *ἠγωνίζοντο.*

Cap. 90 § 1: *πρέσβεις τ' ἀπέςελλον [σφῶν] ἐς τὴν Λακεδαίμονα.* Pronomen errore repetitum est e proxime praegressis: *κἀπειδὴ τὰν τῇ Σάμῳ σφῶν ἐς δημοκρατίαν;* qui error fuit eo proclivior, quod utrobique eadem sequitur praepositio.

Cap. 96 initio omnino probandum, quod iam Dukerum video coniecisse, *ὡς ἠγγέλθη* pro *ὡς ἦλθε.* Similiter, quod suspica-

bar in cap. 97 fere medio: *ἐγίγνοντο δὲ καὶ ἄλλοι ὕστερον ἐν πυκνὶ ἐκκλησίαι*, corrigere occupavit Kuhnius, nisi quod *πυκνί*, omissa praepositione, minus recte proposuit. Editur autem *πυκναὶ ἐκκλησίαι*.

Cap. 101 prope finem *διὰ ταχέων παραπλεύσαντες Λέκτον καὶ Λάρισαν καὶ Ἁμαξιτὸν κτέ.* Locorum situs postulat, ut transponatur: *Λέκτον καὶ Ἁμαξιτὸν καὶ Λάρισαν.* Similiter cap. 107 melius scriberetur: *καὶ κατιδόντες κατὰ Πρίαπον καὶ Ἁρπάγιον τὰς ἀπὸ τοῦ Βυζαντίου ὀκτὼ ναῦς ὁρμούσας.*

CAPUT XI.

AESCHINEA.

CONTRA CTESIPHONTEM § 3: *ἐὰν δέ τις τῶν ἄλλων βουλευτῶν ὄντως λάχῃ κληρούμενος προεδρεύειν.* Expungatur manifestum emblema *κληρούμενος*. Longe tamen turpius interpretamentum vel potius scholium integrum legitur in vicinia § 4 extr.: *ἡ προεδρεύουσα φυλὴ [τὸ δέκατον μέρος τῆς πόλεως].*

Ib. § 17: *πρὸς δὲ δὴ τὸν ἄφυκτον λόγον, ὅν φησι Δημοσθένης.* Imo vero *φήσει*. Similiter § 28 scripserim *ἀντιδιαπλέξει* pro *ἀντιδιαπλέκει*.

§ 24 duplex glossema delendum in verbis: *ὁ μὲν νομοθέτης κελεύει ἐν τῷ δήμῳ [ἐν Πυκνὶ τῇ ἐκκλησίᾳ] ἀνακρίνειν τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον κτέ.*

§ 38: *ἀλλ' οὐκ ἔχει ταῦθ' οὕτως· μήθ' ὑμεῖς ποτε εἰς τοσαύτην ἀταξίαν τῶν νόμων προβαίητε, οὔτε ἠμέληται περὶ τῶν τοιούτων τῷ νομοθέτῃ.* Lege: *ἀλλ' οὐκ ἔχει ταῦθ' οὕτως (μή γ' ὑμεῖς—προβαίητε) οὐδ' ἠμέληται κτέ.*

§ 41: *ἐγὼ διδάξω ὑμᾶς προειπὼν ὧν ἕνεκα οἱ νόμοι ἐτέθησαν οἱ περὶ τῶν ἐν θεάτρῳ κηρυγμάτων· γινομένων γὰρ*

τῶν ἐν ἄςει τραγῳδῶν ἀνεκήρυττόν τινες κτέ. Suspicor: —κηρυγμάτων· ἀγωνιζομένων γὰρ κτέ.

§ 43: κἀκεῖνοι μὲν μετὰ ψηφίσματος πείσαντες ὑμᾶς οὗτοι δ' ἄνευ ψηφίσματος. Vocabula μετὰ ψηφίσματος abesse malim, et hic et § 42 extr. Eandem ob causam suspectum habeo τὸν ςέφανον in fine § 46.

§ 54: ὡς ἄρα τῇ πόλει τέτταρες ἤδη γεγένηνται καιροὶ, ἐν οἷς αὐτὸς πεπολίτευται. Scribendum: ἐν οἷς αὐτὸς καλῶς πεπολίτευται, cl. § 61 fin.: ἐπινεύσατέ μοι πρὸς θεῶν τὸν πρῶτον τῶν τεττάρων καιρῶν μὴ καλῶς αὐτὸν πεπολιτεῦσθαι.

§ 57: τῆς μὲν σωτηρίας τῇ πόλει τοὺς θεοὺς αἰτίους γεγενημένους —, τῶν δ' ἀτυχημάτων ἁπάντων Δημοσθένη [αἴτιον γεγενημένον]. Delenda, quae uncinis sepsi.

§ 63: τῷ κήρυκι τῷ ἀπὸ τοῦ Φιλίππου. Libri ὑπό. Wolfius et Valckenaerius παρά coniecerunt, fortasse recte. Ego tamen expungere malim praepositionem cl. § 67: οἱ Φιλίππου πρέσβεις.

§ 74 expungatur et Φιλοκράτης et Δημοσθένης.

§ 94: ὥςε τὰς ἐξ Ὠρεοῦ συντάξεις καὶ τὰς ἐξ Ἐρετρίας, τὰ δέκα τάλαντα ὁρώντων φρονούντων βλεπόντων ἔλαθον ὑμῶν ὑφελόμενοι. Cogitavi de reponendo παρόντων, sed vide annon melius corrigatur: ἐγρηγορότων φρονούντων κτέ.

§ 99: καὶ γὰρ τοῦθ' ἄνθρωπος ἴδιον [καὶ οὐ κοινὸν] ποιεῖ. Induxi interpretamentum.

§ 100: μεςὸν δ' ἐλπίδων οὐκ ἐσομένων. Reddas Aeschini: οὐκ ἐκγενησομένων.

§ 113: ἐπειργάζοντο τὸ πεδίον. Rectissime utitur verbo ἐπεργάζεσθαι, quod sollemni usu adhibetur *de agris alienis contra ius et fas colendis*. Hinc corrigendum videtur § 119: ἐπειργασμένον τουτὶ τὸ πεδίον pro ἐξειργασμένον.

§ 122: ἤδη δὲ πόρρω τῆς ἡμέρας οὔσης προελθὼν ὁ κῆρυξ ἀνεῖπε. Minus recte Hamakerus legendum proponit ὄντος pro οὔσης. Nam haud dubie delendum est participium invectum a sciolo. Graecum est πόρρω τῆς ἡμέρας, ut πόρρω τῆς νυκτός et τῶν νυκτῶν, non addito participio.

§ 124. Vocabula: ἐκκλησίαν γὰρ — καὶ χρωμένους τῷ θεῷ non Aeschini sed veteri cuidam grammatico tribuenda esse iudico. Iudices enim illa, credo, docendi non erant. In eadem § scribatur: πολὺς δ' ἔπαινος ἦν τῆς ἡμετέρας πόλεως, deleto κατά ante τῆς, porro τέλος δὲ παντὸς τοῦ συλλόγου pro τ. δ. π. τ. λόγου, cl. § 126 extr.

§ 131: ἀπαίδευτος ὢν καὶ ἀπολαύων κἀμπιμπλάμενος τῆς—ἐξουσίας. Quam ἀπαιδευσίαν hac criminatione tribuat orator Demostheni, non perspicio. An forte dederat: ἀναιδὴς ὢν κτέ?

§ 140: καὶ τὸν πόλεμον—τοῦτον πάλιν [τὸν αὐτὸν πόλεμον] ἐπήγαγε. Suspecta mihi vocabula cancellis munivi. In vicinia lege ἐνταῦθα δή pro ἐνταῦθ' ἤδη.

§ 154: μελλόντων ὥσπερ νυνὶ τῶν τραγῳδῶν γίνεσθαι. Taylorus ἀγωνίζεσθαι. Aut sic scribendum, aut εἰσιέναι, cl. § 204.

§ 157: ἀγομένας γυναῖκας καὶ παῖδας εἰς δουλείαν, πρεσβύτας ἀνθρώπους, πρεσβύτιδας γυναῖκας ὀψὲ μεταμανθάνοντας τὴν ἐλευθερίαν. Suspicor: ἀγομένους παῖδας καὶ γυναῖκας ε. δ. πρ. ἄνδρας, κτέ. Fortasse tamen, eiectis vocabulis ἀνθρώπους et γυναῖκας, legi praestat: πρεσβύτας πρεσβύτιδας ὀψὲ κτέ.

§ 164: καὶ χρυσοκέρων ἀποκαλῶν καὶ κατέστεφθαι φάσκων, εἴ τι πταῖσμα συμβήσεται Ἀλεξάνδρῳ, κτέ. Requiritur καταστέψεσθαι pro κατεστέφθαι.

§ 167: σὺ γὰρ ἂν κώμην ἀποστήσαις; An forte post κώμην excidit καὶ μίαν? Fortasse tamen sufficit: σὺ γὰρ κἂν κώμην ἀποστήσαις;

§ 175: Ὁ γὰρ Σόλων [ὁ παλαιὸς νομοθέτης]. Abiiciatur tandem inutile scioli additamentum.

§ 190 expungatur ὁ γραμματεύς.

§ 253: ἔλιπε μὲν τὴν [ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου] τάξιν ἀπέδρα δ' ἐκ τῆς πόλεως.

De Falsa Legatione.

§ 34: *φθέγγεται τὸ θηρίον τοῦτο προοίμιόν τι σκοτεινόν τε καὶ τεθνηκὸς δειλίᾳ, καὶ μικρὸν προαγαγὼν — ἐσίγησε.* Suspicor: *φ. τ. θ. τουτὶ προοίμιόν τε σκοτεινόν τι ἐκτεθνηκὼς δειλίᾳ, καὶ μικρὸν κτἑ.* Codd. *aghm.*: *προοίμιον σκοτεινὸν καὶ τεθνηκός. df.*: *π. σ. τι καὶ τ. ekl.*: *π. τε τεθνηκός τι καὶ σκοτεινόν.* Tandem ς: *π. σκοτεινὸν τε καὶ τεθνηκός.* Fortasse *ἐκτεθνηκὸς* (scil. *θηρίον*) servari potest, sed praefero constructionem ad synesin.

§ 42 deleverim vocabula *καὶ βίῳ* post verba: *ἐν τοσούτῳ χρόνῳ.* Non minus suspectum habeo Participium *λέγοντες* in ipso initio § 46. In vicinia dudum rescriptum oportuit *ψεύσαιμι* pro *φευσαίμην — τὰς ἐλπίδας.*

§ 50: *ἐπειδὴ δ' ἀνεγνώσθη »ἀπέχετε« ἔφη »τὴν ἀπόκρισιν καὶ λοιπὸν ὑμῖν ἐςι βουλεύσασθαι.«* Simpliciter scribendum *»ἔχετε« κτἑ.*, ut praepositionem e sequenti *ἀπόκρισιν* male huc retractum esse suspicemur. Cum vulgata scriptura perperam comparari solet *ἀπέχειν τὴν χάριν* (in fragm. com. Anon. ap. Mein. vs. 679). Hoc enim propterea rectissime dicitur, quod Graecum est *ἀποδιδόναι χάριν.* Contra *ἀπόκρισιν ἀποδιδόναι* et cum usu pugnat et cum ratione.

§ 123: *κἀκείνης μὲν ἅμα κατηγορῶν οὔ φῄς κατηγορεῖν, τῆς δ' ἐπὶ τοὺς ὅρκους κατηγορεῖς.* Malim *κατηγορεῖν.*

§ 142: Dele *τύραννος* post *Φάλαικος.*

§ 145: *διαβολὴ δ' ἀδελφόν ἐςι καὶ συκοφαντία.* Deleto *καί* cum codice *d*, scribe *συκοφαντίᾳ.*

§ 153: *ἡγεῖται δ' ὅταν τι ψεύδηται τῶν λόγων ὅρκος κατὰ τῶν ἀναισχύντων ὀφθαλμῶν.* Suspicor: *ὅρκος καὶ δάκρυα ἐκ τῶν ἀ. ὀ.*. Cf. § 156.

§ 162: *ἐν δὲ τούτοις, ὡς ἔοικεν, ἐγὼ διαφανὴς ἦν.* Sententia postulat *τοσούτοις.*

CAPUT XII.

DEMOSTHENICA.

De Corona § 2 extr.: *ἀλλὰ καὶ τὸ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται καὶ προῄρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως ἐᾶσαι χρήσασθαι.* Praegressa non suadent sed postulant, ut rescribatur *ἑκάτερος*.

§ 14: *καὶ περὶ ὧν ἐνίων [μεγάλας καὶ] τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι διδόασι τιμωρίας.*

§ 17: *πικρὰ καὶ μεγάλα ἔχουσαι τἀπιτίμια.* Georgius Lecapenus non agnovisse videtur vocabula *τὰ μεγάλα*. Vide *Schaeferum* ad h. l.

§ 33: *καὶ μηδὲν ἔχοιθ' ὑμεῖς ποιῆσαι.* Lege: *ἔχοιτ' ἔθ' ὑμεῖς κτέ.*

§ 34: *λόγον οὐδένα ἐποιούμην ἕτερον.* Requiro *ἑτεροῖον*. Mox § 35 pro *ἔχηθ' ἡσυχίαν* libri deteriores melius praebent *ἄγηθ'*. Cf. § 36, § 79.

§ 45 post *δωροδοκούντων* expungatur interpretamentum: *καὶ διαφθειρομένων ἐπὶ χρήμασι.* § 48 abiiciatur alterum *καιρός*. Similiter § 69 post *αὐτεπαγγέλτους* deleverim *ἐθελοντάς* et 72 extr vocabula: *ταῦτα Φιλίππῳ διετέλουν.* In § 102 extr. abiiciatur *τοὺς πλουσίους*.

§ 106: *φέρε δὴ καὶ τὸν καλὸν κατάλογον.* Imo vero: *τὸν παλαιὸν κατάλογον*, scil. *τὸν ἐκ τοῦ προτέρου νόμου.*

§ 145: *καίπερ ἀθλίως [καὶ κακῶς] τῶν στρατηγῶν πολεμούντων.*

§ 169 extr. vocabula: *ἦν γὰρ ὁ κῆρυξ — ἡγεῖσθαι* vix genuina esse reor. Inde autem magna illa in codd. varietas. Dudum

postquam haec scripsi, video idem iam placuisse Dobraeo. Et optimo iure quidem; sunt enim plane ridicula.

§ 243 post *ἀσθενοῦσι μέν* dele interpretamentum *τοῖς κάμνουσιν.*

De Falsa Legatione § 97: *νῦν δ' οἶμαι πολλῶν αἴτιος οὗτος.* Post *πολλῶν* suspicor excidisse vocabuli: *καὶ κακῶν.* Plurima est h. l. in MS varietas *πολλῶν αἴτιος οὗτος ΣΦ.* Sed *Σ* hab in mg. *γρ. πολλῶν κακῶν οὗτος αἴτιος.* Contra in *Φ*: *γρ. πολλῶν ἄλλων ἐςὶ κακῶν αἴτιος οὗτος.* Deteriorum librorum scripturas addere nihil attinet.

§ 113 dele supplementum: *ἀλλ' Αἰσχίνης οὑτοσί.*

§ 119: *ταῦτ' οὐχὶ βοᾷ* [*καὶ λέγει*] *ὅτι κτἑ.*

§ 115: *ἐπειδὴ δ' ἀπολώλεσαν οἱ Φωκῆς ὕςερον ἡμέραις πέντ' ἢ ἕξ, καὶ τέλος εἶχε τὸ μίσθωμα ὥσπερ ἂν ἄλλο τι τούτῳ, καὶ ὁ Δέρκυλος κτἑ.* Latere suspicor: *καὶ τέλος εἶχε τὸ μίσθωμα, ὥσπερ ἂν ἐργολάβῳ τινι, τουτῳί, καὶ κτἑ.*, quae sic correcta interprete non egent.

§ 136: *ὡς ὁ μὲν δῆμος ἐςιν ἀςαθμητότατον πρᾶγμα τῶν πάντων καὶ ἀσυνθετώτατον ὥσπερ εν θαλάττῃ πνεῦμα* (*κῦμα* Markl.) *ἀκατάςατον ὡς ἂν τύχῃ κινούμενον.* Miram quantam cum his similitudinem referunt verba incerti poetae apud Dion. Chrys. Or. XXXII p. 664 ed. Reisk., quae verba Meinekius sic constituit in Fragm. com. Graec. tom IV p. 615:

δῆμος ἄςατον κακόν
καὶ θαλάττῃ πάνθ' ὅμοιον ὑπ' ἀνέμου ῥιπίζεται
καὶ γαληνὸς ἐντ' ἠχῷ πρὸς πνεῦμα βραχὺ κορύσσεται
κἤν τις αἰτία γένηται τὸν πολίτην κατέπιεν.

Quo loco non *ἐντυχών* cum Meinekio, sed *ἂν τύχῃ* legendum esse, quivis facile mihi concedat. Ceterum vel sic correcti versus mendosi sunt.

Subnascitur autem mihi eos comparanti cum loco Demosthe-

nico suspicio haec verba non comico tribuenda esse poetae, sed alicui tragico Demosthene antiquiori, cuius versus illi haec scribenti obversati sint. Quam suspicionem confirmare videntur formae *κορύσσεσθαι* et *κῆν*. Vix autem de alio auctore quam de Euripide cogitari potest. Cum eodem loco apte Taylorus comparat, quae leguntur ap. Appianum B. Civ. III c. 23 extr.: *ὁ δὲ δῆμός ἐστιν, ὥσπερ καὶ σὺ* (verba sunt M. Antonii ad Octavium iuvenem) *τῶν Ἑλληνικῶν ἀρτιδίδακτος ὢν ἔμαθες, ἀστάθμητον, ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ κῦμα κινούμενον, ὁ μὲν ἦλθεν ὁ δ' ἀπῆλθεν.*

§ 163: *οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα.* Fortasse: *οὐδ' ἐνεποίησαν κτἑ.* Cod. Σ man. pr. omittit *οὐδένα.*

§ 192: *ἵνα τοίνυν εἰδῆθ', ὅτι οὐ μόνον τῶν δημοσίᾳ πώποτ' ἐληλυθότων ὡς Φίλιππον ἀνθρώπων ἀλλὰ καὶ τῶν ἰδίᾳ καὶ πάντων οὗτοι φαυλότατοι καὶ πονηρότατοι γεγόνασι.* Lege *ἰδίᾳ ἁπάντων οὗτοι κτἑ.* Codex Ω solus *καί* omittit.

§ 217: *κρίσιν — προσήκει ποιεῖν.* Imo *ποιεῖσθαι.*

§ 270 expungatur *γραμματεῦ.*

Contra Leptinem.

§ 28: *οὐκοῦν οἱ μὲν ἐλάττω κεκτημένοι τοῦ τριηραρχίας ἄξια ἔχειν ἐν ταῖς εἰσφοραῖς συντελοῦσιν εἰς τὸν πόλεμον, οἱ δ' ἐφικνούμενοι τοῦ τριηραρχεῖν εἰς ἀμφότερα ὑμῖν ὑπάρξουσι χρήσιμοι.* Quid sibi velit istud *ἀμφότερα* vel hebetissimus quisque statim intelligit, neque igitur opus est interpretamento *καὶ τριηραρχεῖν καὶ εἰσφέρειν*, quod post *χρήσιμοι* additur in MS et editionibus.

§ 31 scribendum: *ὅτι πλείστῳ ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπεισάκτῳ σίτῳ χρώμεθα.* Vulgo: *ὅτι πλείστῳ τῶν πάντων ἀνθρώπων κτἑ.* Cf. de Coron. § 87: *ὁρῶν δ' ὅτι σίτῳ πάντων ἀνθρώπων πλείστῳ χρώμεθ' ἐπεισάκτῳ.* In quibusdam codd. *ἁπάντων* servatum est.

§ 141: *πρῶτον μὲν πόνοι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἐπὶ τοῖς*

τελευτήσασι δημοσίᾳ ταφὰς ποιεῖσθε καὶ λόγους ἐπιταφίους, ἐν οἷς κοσμεῖτε τὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργα. Manifestum est, opinor, requiri: ἐπὶ τοῖς ἐν πολέμῳ τελευτήσασι *κτέ.* Deinde recte Dindorfius, praeeunte Schaefero, correxit: *δημοσίᾳ ποιεῖτε λόγους ἐπιταφίους.*

§ 149: *καὶ μὴν καὶ Γελάρχῳ πέντε τάλαντ' ἀποδοῦναι γέγραφεν οὗτος, ὡς παρασχόντι τοῖς ἐν Πειραιεῖ* τοῦ δήμου. Duo ultima vocabula e proxime sequentibus perperam huc retracta esse videntur.

Contra Midiam. § 103: *καὶ γὰρ οὔτ' ἀνεκρίνατο ταύτην ὁ συκοφάντης ἐκεῖνος, οὔθ' οὗτος οὐδενὸς ἕνεκ' αὐτὸν ἐμισθώσατο πλὴν ἵν' ἐκκέοιτο πρὸ τῶν ἐπωνύμων καὶ πάντες ὁρῷεν, « Εὐκτήμων Λουσιεὺς ἐγράψατο Δημοσθένη Παιανιέα λιποταξίου » καί μοι δοκεῖ κἂν προσγράψασθαι τοῦθ' ἡδέως, εἴ πως ἐνῆν, ὅτι Μειδίου μισθωσαμένου·* Post haec additur *γέγραπται*, merum additamentum librarii non intelligentis, e praegressis mente repetendum esse *ἐγράψατο.*

§ 129: *πάντα μὲν δὴ τὰ τούτῳ πεπραγμένα οὔτ' ἂν ἐγὼ δυναίμην πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν οὔτ' ἂν ὑμεῖς ὑπομείναιτ' ἀκούειν, οὐδ' εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ ὑπάρξειε πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν τό τ' ἐμὸν καὶ τὸ τούτου προστεθὲν* οὐκ ἂν ἐξαρκέσειεν. Lubet hariolari: *καὶ οὐδ' ἄν, εἰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἡμῶν ὕδωρ (ἐμοὶ μόνῳ) ὑπάρξειε, πρὸς τὸ λοιπὸν πᾶν* οἶμαι ἐξαρκέσαι; eiectis vocabulis manifesto interpolatis: *τό τ' ἐμὸν καὶ τὸ τούτου προστεθέν.*

§ 146: *ἀλλ' ὅμως οἱ κατ' ἐκεῖνον ὑμέτεροι πρόγονοι οὐδενὸς* ἕνεκα *τούτων αὐτῷ συνεχώρησαν ὑβρίζειν αὐτούς.* Inserui vocabulum ad sensum plane necessarium, quod post *οὐδενός* facillime elabi potuisse nemo negaverit.

§ 160: *ἐγὼ καὶ τοῦτο διδάξω, ἄνωθεν δέ· ἐγένοντο εἰς Εὔβοιαν κτέ.* Sic locus videtur restituendus, una litura deletis quae interponuntur: *βραχὺς γάρ ἐσθ' ὁ λόγος ὃν λέξω, κἂν*

ἄνωθεν ἄρχεσθαι δοκῇ. Leguntur nempe haec § 78, paucis mutatis; unde olim ad illustrandam locutionem *ἄνωθεν* h. l. in margine adscripta, mox, uti fit, textui se insinuasse putanda sunt. Aliter Dobraeus Adv. I, part. 2 pag. 464. Dindorfium in editione Oxoniensi, praeterea vocabula *ἄνωθεν δέ* expunxisse video; dubito num recte fecerit; ita enim interpolationis origo erit obscurior.

§ 171: *ὑμεῖς γὰρ — ἐχειροτονήσατε τοῦτον — ἵππαρχον, (ἐφ' ἵππου) ὀχεῖσθαι (ἰδίου) διὰ τῆς ἀγορᾶς (ἐν) ταῖς πομπαῖς οὐ δυνάμενον κτέ.* Uncis inclusa addidi, quae excidisse suspicor, cl. § 174 extr.: *ἱππαρχῶν τοίνυν, τί οἴεσθε τἄλλα; ἵππον οὐκ ἐτόλμησεν ὁ λαμπρὸς καὶ πλούσιος οὗτος πρίασθαι, ἀλλ' ἐπ' ἀλλοτρίου τὰς πομπὰς ἡγεῖτο, τοῦ Φιλομήλου τοῦ Παιανιέως ἵππου*, quem locum adscripsi, ut mihi persuadeo, emendatiorem quam vulgo editur. Est enim vulgata lectio haec: *ἱππαρχῶν τοίνυν, τί οἴεσθε τἄλλα; ἀλλ' ἵππον, ἵππον οὐκ κτέ.*, quam lectionem duplici dittographia depravatam esse nemo monitus non videt.

§ 179 sic lego: *εἰ κατελάμβανον, ἄνθρωπε, θέαν, καὶ μὴ τοῖς κηρύγμασιν, ὡς σύ με φῄς, ἐπειθόμην, τίνος ἐκ τῶν νόμων εἶ σὺ κύριος καὶ ὁ ἄρχων αὐτός;* Pro *εἰ* scripsi *καί* et *σύ* inserui ante *κύριος*, utrumque de coniectura. Praeterea nescio annon rectius scriberetur: *ἢ ὁ ἄρχων αὐτός.*

§ 185: *καὶ τοὺς μὲν πτωχοὺς τοὺς δὲ καθάρματα τοὺς δ' οὐδὲν ὑπολαμβάνων εἶναι.* Verior lectio servata § 199, unde haec, si nondum factum est, corrigantur.

Contra Aristocratem.

Alterum Argumentum sic incipit: *Ἡ Εὔβοια* [*μία*] *νῆσος κτέ.* Dittographia *μία* natum esse puto ex *βοια*.

§ 25 extr. *τηνικαῦτα γὰρ εὐσεβὲς ἤδη κολάζειν* [*εἰδόσιν*] *εἶναι.* Qui legerit praecedentia, eum cur expunxerim *εἰδόσιν* latere nequit.

§ 35 non mirer, si vocabula: *καὶ οὐδὲ ἐν τῇ ἡμεδαπῇ ἄγειν κελευόντων τῶν νόμων, σὺ δίδως ἄγειν πανταχόθεν* ab interpolatore, praecedentia male interpretanti profecta sint. Confidentius in extrema § deleo *κακοῦν* post *λυμαίνεσθαι*.

§ 46: *ἐὰν πέρα ὅρου, φησίν, ἐλαύνῃ [ἢ φέρῃ] ἢ ἄγῃ*. Additum est *ἢ φέρῃ* a sciolo, qui meminerat formulae *ἄγειν καὶ φέρειν*, quae ab hoc loco prorsus aliena est. Bonum factum in hac eadem § mox recte sequi: *ἐκ μὲν δὴ ταύτης δίδωσιν ἐλαύνειν καὶ ἄγειν, πέρα δ' οὐκ ἐᾷ τούτων οὐδέτερον ποιεῖν;* quae verba planissime evincunt verum esse, quod perhibebam.

§ 128: *εἰ μὲν γὰρ ἐπ' ἄλλο τι ταύτην τὴν ἄδειαν ἐλάμβανε [τὴν ἐκ τοῦ ψηφίσματος] ἢ τὰ Κερσοβλέπτου πράγματα, ἧττον ἂν ἦν δεινόν.* Cf. praecedentia.

§ 142: *ἐν δὴ Λαμψάκῳ τινὲς ἄνθρωποι γίγνονται δύο· Θερσαγόρας ὄνομα αὐτῷ, θατέρῳ δ' Ἐξήκεςος.* Sic ex optimis codd. edidit Bekkerus, quam tamen scripturam depravatam esse extra omnem dubitationem positum est. Haud sane parum tolerabilior est lectio, quam offerunt codd. *ks αὐτῶν θατέρῳ, τῷ δ';* sed tutius videtur optimorum librorum fidem sequenti, sed repetito eodem vocabulo, legere: *Θερσαγόρας ὄνομ' αὐτῶν θατέρῳ, θατέρῳ δ' Ἐξήκεςος.*

§ 143: *ἧκε μὲν γὰρ ὁ Θερσαγόρας καὶ ὁ Ἐξήκεςος εἰς Λέσβον.* Legatur: *ἧκον μὲν κτὲ.*

§ 149: *μισθουμένου Τιμοθέου πάλιν αὐτὸν καὶ τὸ ςράτευμα τούτῳ μὲν οὐ μισθοῖ κτέ.* Requiro: *τούτῳ μὲν αὐτὸν οὐ μισθοῖ*, cll. §§ 150, 154, 158 162, 180 et passim.

§ 154: *ὀλιγωρήσας τῶν ὅρκων [καὶ παραβὰς αὐτούς] κτέ.*

§ 220 extr. *ὑπερβάς*, male repetitum e superioribus, exsulato.

Contra Androtionem.

§ 38: *ἴσως ἀναβήσεται καὶ συνερεῖ τῇ βουλῇ Φίλιππος καὶ Ἀντιγένης καὶ ὁ ἀντιγραφεὺς καί τινες ἄλλοι, οἵπερ ἐκεῖ*

δι' ἑαυτῶν εἶχον μετὰ τοῦτον τὸ βουλευτήριον καὶ τούτων τῶν κακῶν εἰσὶν αἴτιοι. Collata § 40, facile deprehendas in *ΟΙΠΕΡΕΙΕCΙ* delitescentem veram scripturam *ΟΙΠΕΡΥCΙ;* itaque Demostheni reddendum est: *καί τινες ἄλλοι, οἳ πέρυσι δι' ἑαυτῶν εἶχον μετὰ τοῦτον τὸ βουλευτήριον.* Certo enim exemplo doceri velim, id quod auctore grammatico in Anecd. Bekk. p. 188 perhibetur, *ἐκεῖ* apud scriptorem probe Atticum adhiberi posse pro *τότε.*

§ 51: *καὶ μηδεὶς ὑπολαμβανέτω με λέγειν ὡς οὐ χρῆν εἰσπράττειν τοὺς ὀφείλοντας. Χρῆν γάρ. ἀλλὰ πῶς; ὡς ὁ νόμος κελεύει, τῶν ἄλλων ἕνεκα· τοῦτο γάρ ἐςι δημοτικόν.* Si cum his contuleris § 50 init: *εἶτ' ἔχων τούτους* (*τοὺς ἕνδεκα* scil.) *ἦγεν ἐπὶ τὰς τῶν πολιτῶν οἰκίας* et § 52 extr.: *τὴν ἰδίαν οἰκίαν ἑκάςῳ δεσμωτήριον καθίςῃ, τοὺς ἕνδεκα ἄγων ἐπὶ τὰς οἰκίας*, fortasse mihi assentieris suspicanti: *ὡς ὁ νόμος κελεύει, ἄνευ τῶν ἕνδεκα.* Vide tamen Dobraeum in Adv. p. 469, qui ex interpretatione Ulpiani: *ἀδυνάτων καὶ πενήτων* male concludere mihi videtur eum legisse *τῶν πολλῶν.* Utut est, ea lectio nihil vulgatae praestaret. Imo plane insulsum et supervacuum est dicere *populare id esse, quod plurimorum gratia fiat.*

§ 52 cum s. omittendum videtur *πώποτε* post *πότε.*

§ 68: *εἰ γὰρ ἀνθρώπων πόλις — ὡμολογεῖτ' εἶναι, οὐκ ἂν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι τὰς ὕβρεις ἠνέσχεσθε τὰς τούτου.* Legendum: *οὐδ' ἂν ὡς, ὦνδρες Ἀθηναῖοι, κτέ.* et mox *δούλους κἀκ δούλων ἀποκαλῶν*, addita praepositione *ἀπό.*

Addam paucas miscellaneas observationes in Demosthenem, sicubi quid memoratu dignum in margine editionis, quam manibus tero, Bekkerianae inter legendum a me adnotatum reperio, quod virorum doctorum adhuc diligentiam effugisse videatur.

Olynth. I § 20: *καὶ μίαν σύνταξιν εἶναι* [*τὴν αὐτὴν*] *τοῦ*

τε λαμβάνειν καὶ τοῦ ποιεῖν τὰ δέοντα. Ibid § 28: *καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον.* Imo *ἐκεῖ.*

Olynth. II § 10 extr.: *τοῦτο δ' οὐκ ἔνι [νῦν] ἐν τοῖς πεπραγμένοις Φιλίππῳ.* Nulla est h. l. vis adverbii temporalis, quae dittographia orta videtur e vocabulo praecedenti et sequenti, ut *ENIEN* depravatum sit in *ENINYNEN*. Similiter § 11 init. *ἅμα*, quod recte omisit optimus codex Σ, propagatum e praegresso *ὑμᾶς*. Contrario errore ibidem vocula periisse videtur in his: *καὶ ὅπως τις λέγει κάλλιςα καὶ τάχιςα οὕτω (πλεῖς') ἀρέσκει μοι.* Ibidem § 13 extr. turpi additamento liberabo: *μίμους γελοίων καὶ ποιητὰς αἰσχρῶν ᾀσμάτων, [ὧν εἰς τοὺς συνόντας ποιοῦσιν ἕνεκα τοῦ γελασθῆναι] τούτους ἀγαπᾷ καὶ περὶ αὐτὸν ἔχει.* § 24: *καὶ τοὺς μὲν ἄλλους σεσώκατε πολλάκις πάντας καὶ καθ' ἕν' αὐτῶν ἕκαςον ἐν μέρει.* Lege: *πολλάκις, καὶ σύμπαντας καὶ καθ' ἕν' αὐτῶν ἕκαςον.* § 30 init.: *δεῖ δὴ ταῦτ' ἐπανέντας καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἔτι καὶ νῦν γενομένους κτὲ.* Corrigas: *κἂν ὑμῶν αὐτῶν κτὲ.*

Olynth. III § 24: *ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες οὐδ' ἐφίλουν αὐτοὺς ὥσπερ ὑμᾶς οὗτοι νῦν.* Potuerat: *οὐδὲ φιλεῖν ἔφασκον αὐτούς κτέ.* Sed vulgatae lectioni plus inest ironiae, nec quidquam movendum. Ne quis, ut olim ipse suspicabar, *ἐφήλουν* scribendum coniiciat, moneo hoc verbum ab oratoribus plane ignorari. In vicinia rescripserim: *ὑπήκουε δ' ὁ τοσαύτην* (pro *ταύτην*) *τὴν χώραν ἔχων αὐτοῖς βασιλεύς.* Per vulgatam lectionem vv. dd. intelligunt *Macedoniam*, quod, ut alia mittam, nimis obscure enuntiatum foret. Ibid. § 30: *καὶ ἀγαπητὸν ἦν παρὰ τοῦ δήμου τῶν ἄλλων ἑκάςῳ καὶ τιμῆς καὶ ἀρχῆς καὶ ἀγαθοῦ τινὸς μεταλαβεῖν.* Malim *τῶν πολιτῶν ἑκάςῳ.* § 31 initio dubito an *ὁ δῆμος* post *ὑμεῖς δ'* genuinum sit.

Contra Philippum I § 7: *συνελόντι δ' [ἁπλῶς] ἢν ὑμῶν αὐτῶν ἐθελήσητε γενέσθαι κτέ.* Lege *ἢν ἐν ὑμῶν κτέ.* *Ἁπλῶς* interpretamentum esse suspicor participii *συνελόντι.* Ibid. § 20: *καὶ πῶς ταῦτ' ἐθελήσετε ποιεῖν;* Fingit sibi Demosthenes

Athenienses ita se ipsum interrogantes, quare corrigas aut *ἐθελήσεις*, cui lectioni proxime accedit scriptura cod. optimi Σ *ἐθελήσει*, aut, quod equidem praestare opinor, *ἐθέλεις σύ*. Ibid. § 29 extr.: *πόθεν οὖν ὁ πόρος τῶν χρημάτων, ἃ παρ' ἡμῶν κελεύω γενέσθαι, (ἔςαι), τοῦτ' ἤδη λέξω* revocavi vocabulum *ἔςαι*, quod vocabulo praecedenti absorptum esse suspicor.

De Halonneso § 25 expunge vocabula: *τὸ ψήφισμα τὸ τοῦ Φιλοκράτους*, male repetita e praegressis § 24. Ibidem § 31: *καὶ εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος κτὲ.* Lege tribus literis repetitis: *εἰς τὰς πόλεις εἰσβιασάμενος κτὲ.* Ibidem § 42 interpretamenta expunxi in his: *καὶ τὰ μὲν ὑμέτερα εἶναι ἐγκτήματα* [*ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ*], *τα δ' αὐτῶν κτήματα* [*ὡς ἐν οἰκείᾳ*]. Quas emendationes egregie confirmat optimi Par. Σ scriptura: *ὡς ἐπ' ἀλλοτρίᾳ* exhibentis. Est enim haec ipsa sollemnis Scholiorum veterum forma. Postmodo librarii *ἐπί* in *ἐν* de industria refinxisse videntur. Ibidem § 43 expunge *γραφὴν* post *παρανόμων* et § 44 una litura deleantur verba: *ἐπειδὴ δ' ὑμεῖς οὐ δύνασθε, αὐτός φησι τοῦτ' ἀναγκάσειν αὐτοὺς ποιῆσαι.* Ib. § 45 mireris *tempora* (*τοὺς κροτάφους*) sedem *cerebri* vocari; pro *τοῖς κροτάφοις* exspectaveris *ταῖς κορυφαῖς*, sed vulgatam lectionem agnoscunt Longinus et Hermogenes. Cf. Adnot. Dobraei p. 367.

Contra Philippum IV § 29: *ἀλλ' ὅταν μὲν ἐκεῖνος παρασκευάζηται, ἀμελήσαντες τοῦ ποιεῖν ταὐτὸ* [*καὶ ἀντιπαρασκευάζεσθαι*] *κτὲ.* Haud vidi magis!

Pro Megalopolitis § 23: *Ἡδέως δ' ἂν πυθοίμην τῶν* [*λεγόντων*] *καὶ τοὺς Θηβαίους μισεῖν φασκόντων καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους, πότερα ἑκάτεροι μισοῦσιν, οὓς δὴ μισοῦσιν, ὑπὲρ ὑμῶν καὶ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν, ἢ ὑπὲρ μὲν Λακεδαιμονίων Θηβαίους, ὑπὲρ δὲ Θηβαίων Λακεδαιμονίους* [*ἑκάτεροι*]. Fallitur, si quis expuncto participio *λεγόντων* haec salva esse putat. Ex *ἑκάτεροι* enim apparet, corrigendum esse: *ἡδέως δ' ἂν πυθοίμην καὶ τῶν τοὺς Θηβαίους μισεῖν φασκόντων καὶ*

τῶν τοὺς Λακεδαιμονίους κτέ. Et *καὶ τῶν* revera habent codd. FY. Praeterea a fine expunxi *ἑκάτεροι*, idque, ut opinor, non sine causa.

Contra Aphobum I § 20: *λόγον αὐτὸς ἀπενήνοχεν ἀναλωμάτων οὐκ εἰς σιτία τοῖς ἀνθρώποις ἀλλ' εἰς ἔργα.* Ultima recte explicantur a vetere nescio quo interprete his verbis: *τὸν εἰς τὴν τέχνην ἐλέφαντα* (*λέγει* scil.) *καὶ μαχαιρῶν λαβὰς καὶ ἄλλας ἐπισκευάς, ὡς ἐργαζομένων* (*ταῦτα* scil.) *τῶν δημιουργῶν.* Minus tamen recte hodie hoc scholium in textu legitur, unde in marginem, quaeso, releges. Cf. § 10. Ibidem § 24: *αὐτοὶ δὲ λῆμμα μὲν παρ' αὐτῶν ἐν δέκα ἔτεσιν* [*οὐδὲν*] *ἐμοὶ γεγενημένον ἀποφαίνουσιν, ἀλλ' οὐδὲ μικρὸν κτέ.* Deleta virgula post *ἀποφαίνουσιν*, sponte excidet turpe emblema *οὐδέν*. Formulae *ἀλλ' οὐδὲ* exempla citat Dobraeus in Aristoph. Add. p. 122. Quibus exemplis h. l. addatur. Cf. §§ 14, 16, 49, 51, 52, 57, II § 3. Ibidem § 47 requiro: *πρὸς τοὺς συνεπιτρόπους ἀπογράψαντα*, addita praepositione *συν*.

Contra Zenothemin § 5: *ὡς οὐδὲν εἰδώς.* Malim *ὡς οὐδὲν δὴ εἰδὼς* cum ironia. § 11: *πρεσβευτὴν ἐκ βουλῆς τινὰ λαμβάνομεν γνώριμον οὑτωσί.* Imo *τουτουί.* Ibidem mox: *οὗτος ὁ πεμφθεὶς ὑφ' ἡμῶν, Ἀριστοφῶν ὄνομα* [*αὐτῷ*], *ὃς καὶ τὰ κτέ.* § 15: *τοῦτο γὰρ ἦν τοὔνομα τῷ τὸν σῖτον εἰσαγαγόντι* [*τῷ τὰ χρήμαθ' ἡμῖν ὀφείλοντι*]. Proxime autem § 14 praecesserant haec: *ἦν δ' οὗτος ὁ ἡμῖν τὰ χρήματ' ὀφείλων.* § 25: *ὁ γὰρ ἄνθρωπος* [*ὁ Πρῶτος*]; aut sic corrige, aut, quod Dindorfium praeeunte Schaefero fecisse video, scribe *ὁ γὰρ Πρῶτος*, deletis reliquis.

Contra Onetorem I § 32: *δάκρυσι κλάων.* Cf. Dion. Cass. 59, 27.

Contra Phormionem § 22: *ἐνθένδε μὲν γὰρ ἐξέπλει οὐκ ἐνθέμενος εἰς τὴν ναῦν τὰ χρήματα καὶ ὑποθήκην οὐκ ἔχων ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς χρήμασιν ἐπιδανεισάμενος.* Requiritur *οὐ παρασχών.* Cf. § 7: *οὔτε γὰρ τὴν ὑποθήκην παρέσχεν, οὔτε τὰ χρήματ' ἐνέθετ' εἰς τὴν ναῦν.*

Contra Eubulidem § 24: πῶς ἔνεστιν [ἢ πῶς δυνατὸν] τούτους ἅπαντας μὴ μετ' ἀληθείας ὑπάρχοντας κατεσκευάσθαι; § 26: οἴεταί τις οὖν ὑμῶν ἐᾶσαι ποτ' ἂν τοὺς δημότας ἐκεῖνον τὸν ξένον καὶ μὴ πολίτην ἄρχειν παρ' αὐτοῖς, ἀλλ' οὐκ ἂν κατηγορεῖν. Lege: ἐκεῖνον ὄντα ξένον κτέ. Optimi codd. ΓΣΦ articulum post ἐκεῖνον ignorant, eumque in ed. Oxoniensi omisit Dindorfius. At participio in tali sententia carere nullo pacto possis. § 42: τῷ μὲν εἰς ἐμὲ ἥκοντι κινδύνῳ νῦν μὰ τὸν Δία οὐχὶ συμφέρον πρᾶγμα ποιήσασα — τῇ μέντοι ὑπαρχούσῃ πενίᾳ ἴσως καὶ ἀναγκαῖα καὶ ἁρμόττοντα [ποιοῦσα]. Similiter § 54 deleatur male repetitum ἦγον post Ἀπόλλωνος πατρῴου. § 55: ἀλλ' ἁπλῶς, ἐν οἷς ὁ πάππος ὁ πρὸς πατρός, ὁ ἐμὸς πατήρ, ἐνταῦθα καὶ αὐτὸς φαίνομαι δημοτευόμενος. Repetenda videntur cum emphasi vocabula ἐν οἷς post πατρός. Dindorfius edidit: καὶ ὁ ἐμὸς πατήρ. § 56: τῶν ἀποψηφισαμένων Ἁλιμουσίων ἐμοῦ κτέ. Lego: τῶν ἀπεψηφισμένων μου Ἁλιμουσίων. § 61 οὓς τὸ δικαστήριον κατεδέξατο expunge invecta e praegressis in § 60.

Contra Neaeram § 3 dele vocabula καὶ πολέμου post συμβάντος καιροῦ τῇ πόλει τοιούτου. § 4 init. expungatur βουλεύων. § 43: οὔτε γὰρ ἀπὸ τῆς πολιτείας προσήει Στεφάνῳ τουτῳὶ ἄξιον λόγου· οὐ γὰρ κτέ. Inseratur οὐδέν post λόγου. § 48: κάλει μοι μάρτυρας τοὺς συνόντας αὐτοῖς, requiro: τοὺς συγγεγονότας κτέ. § 57 vocabula: ἐποιήσατο τὸν παῖδα καὶ ἀνέλαβεν ὡς αὑτόν sine damno sententiae abesse poterant: praeterea offensioni sunt ultima illa ἀνέλαβεν ὡς αὑτόν, quia paucissimis interpositis sequitur: ἀνέλαβεν αὐτόν — ἐρράισεν. § 85: ἵν' εἰδῆθ', ὅτι οὐ μόνον προσῆκεν αὐτὴν ἀπέχεσθαι τῶν ἱερῶν τούτων τοιαύτην οὖσαν καὶ τοιαῦτα διαπεπραγμένην, τοῦ ὁρᾶν καὶ θύειν καὶ ποιεῖν τι τῶν νομιζομένων ὑπὲρ τῆς πόλεως πατρίων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων τῶν Ἀθήνησιν ἁπάντων. Nescio annon praestiterit: καὶ ποιεῖν τι τῶν πατρίων ὑπὲρ τῆς πόλεως, ἀλλὰ καὶ κτέ. Similiter initio § 79 expunxerim interpretamentum νομιζομένων. Mox (§ 85) legitur: ἐφ' ᾗ γὰρ

ἂν μοιχὸς ἁλῷ γυναικί, οὐκέτ' ἔξεςιν αὐτῇ ἐλθεῖν εἰς οὐδὲν τῶν ἱερῶν τῶν δημοτελῶν εἰς ἃ (male ὁ vulgo) καὶ τὴν ξένην καὶ τὴν δούλην [ἐλθεῖν] ἐξουσίαν ἔδοσαν οἱ νόμοι καὶ θεασομένην *καὶ ἱκετεύσουσαν* εἰσιέναι. Expunxi ἐλθεῖν male repetitum, sed praeterea suspicor: *καὶ θύσουσαν*, non enim adhiberi solet ἱκετεύειν eo sensu, quo εὔχεσθαι. Quae sequuntur ἀλλὰ —ἁλῷ abesse malim; quibus eiectis, novo interpretamento liberanda sunt ipsa sequentia: ἐὰν δὲ [εἰσίωσι καὶ] παρανομῶσι, νηποινεὶ πάσχειν κτέ. § 90: ἵνα κύριος ὢν αὐτὸς αὑτοῦ ἕκαςος σκοπῆται πρὸς αὑτόν, ὅντινα μέλλει πολίτην ποιήσεσθαι, εἰ ἄξιός ἐςι τῆς δωρεᾶς [ὁ μέλλων λήψεσθαι]. § 98 scribe: οὐκ εἶχον ὅτι χρήσαιντο (pro χρήσωνται), ut recte legitur v. c. § 109. In § 104 suspectum est ultimum vocabulum αὐτοῖς post ἀνάγνωθι. § 108: εἶτα τὴν τοιαύτην καὶ περιφανῶς ἐγνωσμένην ὑπὸ *πάντων* γῆς περίοδον εἰργασμένην. An post πάντων excidit *καὶ ἀνὰ πᾶσαν*? Fallitur procul dubio Schaeferus alludi putans ad locutionem athleticam περίοδον νικᾶν s. ἀναιρεῖσθαι. Ceterum ne additis quidem, quae dixi, locum satis sanum esse reor. § 121: πρόξενόν τε τὸν τελευτήσαντα καὶ Ἀρίςωνα τὸν νῦν ὄντα. Malim: τὸν νῦν ἔτ' ὄντα. Cf. or. pro Phormione § 29: ἔδωκε τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Τιμοδήμῳ τῷ νῦν ἔτ' *ὄντι* [καὶ ζῶντι], ubi expungendum censeo turpe, quod adhaeret, interpretamentum. Alia ratio est locorum, qualis v. c. *de Corona* § 72.

Addantur haec pauca:

Contra Aristocratem § 19: ἀλλὰ ποιησάσθω τὴν ἀκρόασιν ὡδί· ὅταν μὲν λέγω περὶ τῶν νόμων, ἀφελὼν ὅτῳ τὸ ψήφισμα εἴρηται καὶ ὁποίῳ τινί, σκοπείσθω πότερον παρὰ τοὺς νόμους ἢ κατ' αὐτοὺς εἴρηται. Sic lege, abiectis, quae vulgo inseruntur post ὡδί verba: καὶ σκοπεῖσθε (σκοπείσθω) ὡς δίκαια ἐρῶ, quibus admissis, divellitur orationis nexus et cogitandi turbatur serenitas. Ibidem § 40 male abundant vocabula: ὅθεν ὠνόμακεν ἀγορὰν ἐφορίας. § 111 expunge τὸν Μακεδόνα. § 125: ὑπὲρ τοῦ μὴ παθεῖν corrige: μή *τι* παθεῖν, ut recte ibi-

dem sequitur: ἵνα μή τι πάθωσι. § 149 extr.: ὃν ἀκριβῶς ᾔδει τῶν ὄντων ἀνθρώπων ἐχθρότατα ὑμῖν διακείμενον. Lege: ἁπάντων ἀνθρώπων. Cod. k., om. τῶν ὄντων, exhibet: ἁπάντων ἀνθρώπων, sed, addito τῶν ὄντων, cod. *u*.

τὴν χεῖρα, καθάπερ αἱ γυναῖκες, κατέφαγεν
πάμπολλα καὶ ταχύτατα.

Non difficilius est Ephippi *Geryonem* ap. Ath. IX p. 370 C. liberare prava forma *ἐπιστρόφως*, quia vera lectio *ἐπιστρεφῶς* servata est I p. 65 c., ubi idem fragmentum perperam tribuitur Eubulo, ut recte indicavit Casaubonus. Non magis potuit Menander scribere, quae ei tribuuntur a Stobaeo Flor. XCIII 14:

τῷ μὲν τὸ σῶμα διατεθειμένῳ κακῶς
χρεία'στ' ἰατροῦ κτέ.

sed scripsit *γὰρ διακειμένῳ*, quemadmodum recte legitur apud Philippidem in *Olynthia* apud eundem CXIII 17:

οὐ χαλεπόν ἐστι τῷ κακῶς διακειμένῳ
εἰπεῖν τιν' εὐθενοῦντα »μὴ κακῶς ἔχε",
πύκτῃ τ' ἐπιτιμᾶν οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ
αὐτὸν μαχεσθαι δ' οὐκέτ' ἐστι ῥάδιον.
[*ἕτερόν τι τοῦ λέγειν ἐστὶ τὸ πεπονθέναι*].

In ultimo versu emendando, si dicere fas est, operam perdidit magnus Porsonus, qui rescribi iussit:

ἕτερόν τι τὸ λέγειν ἐστὶ τοῦ πεπονθέναι.

Nam vel ita correcta haec verba male cohaerent cum superioribus, quae requirerent aliquid in hunc sensum: *ἕτερον τι τὸ παραινεῖν ἐστι τοῦ ποιεῖν τὸ παραινούμενον.* Nullus igitur dubito quin una litura delenda sint.

Non magis probari potest forma Perfecti *ὁδοιπεπορήκαμεν*, quae ex virorum doctorum coniectura hodie recepta est in brevi fragmento, quod ex Philippidi *Laciadis* servavit Pollux in Onomastico IX 38:

ὀρθῶς γε τὴν ῥύμην ὁδοιπεπορήκαμεν.

Non sic erat corrigenda librorum scriptura *ὠ δ ο ι π ο ρ ή κ α μ ε ν* neque, quod Dobree voluit, mutanda in *ὀδωπορήκαμεν* vel *ὀδωπορήσαμεν*, quae sunt extremae barbariei, sed restituendum est, quod solum metro admittitur, tempus Futurum:

ὀρθῶς γε τὴν ῥύμην ὁ δ ο ι π ο ρ ή σ ο μ ε ν.

Nusquam apud antiquiores me legere memini formam mediam *εὐδοκιμεῖσθαι*, quo sensu constanti usu dicunt *εὐδοκιμεῖν*. Contra apud sequiores, quales sunt PLUTARCHUS et DIODORUS, illa forma nihil est usitatius. Unde prona suspicio est ab ipso Diodoro vitio inquinatos esse vss. anonymi poetae, cuius verba ab eo afferuntur XII 15:

ὁ παισὶν αὐτοῦ μητρυιὰν ἐπεισάγων
μήτ' ε ὐ δ ο κ ι μ ε ί σ θ ω μήτε μετεχέτω λόγου
παρὰ τοῖς πολίταις κτέ.

et corrigendum esse *ε ὐ δ ο κ ι μ ε ί τ ω.*

Κόρον δ' ἔχει, ait Pindarus, *καὶ μέλι καὶ τὰ τέρπν' ἄνθε' ἀφροδίσια.* Quanto vero magis id emendationum genus, cuius ope non nova aliqua lux affulgeat obscuris veterum locis! Quare redeo ad illos et experiar, an hic illic felici manu possim *πῆμα νόσου ἀποστρέψαι.*

Φαρμάκων igitur *παιωνίων δεῖ* SOPATRI loco ex *Καταψευδομένου*, quem servavit Athen. IX 377 F. Quis enim ex tradita scriptura intellegat, quid coquus ibi dicat vs. 21 sqq.:

ἐν ὅσῳ προσέρχετ' ἐξ ἀγορᾶς ὁ παῖς
μικρὰ δ ι α κ ι ν ή σ ω (l. *δ ι α μ ν ή σ ω* cum Jacobsio) *σε περὶ τοῦ πράγματος,*
ἵνα τῷ λαλεῖν λάβωμεν εὔκαιρον χρόνον?

Ait enim *se dicturum, ut dicendi nanciscatur opportunitatem*, quod quo sensu accipiendum sit, me quidem latet.

Apertum est aut vs. intercidisse, unde olim suspensa fuerint illa *ἵνα — χρόνον*, aut ea ipsa verba corrupta esse. Cui hoc placet is fortasse probabit:

τ ί ν α γ ὰ ρ λ ά β ο ι μ' ἂ ν μ ᾶ λ λ ο ν εὔκαιρον χρόνον;

sive: *τ ί ν α μ ᾶ λ λ ο ν ἂ ν λ ά β ο ι μ ε ν εὔκαιρον χρόνον;*

Sed, quoniam iusto violentius huiusmodi remedium esse videtur, nec facile lenius aliud reperies, probabilius me iudice statuemus quaedam ante hunc versum periisse.

Una tantum litera resarciri potest damnum, quod scribae intulerunt verbis incerti poetae comici servatis a grammatico in Crameri Anecd. p. 176. 16, ubi sic scribit: — *ἢ παρὰ τὸ πετῶ. ἔνθεν τὸ πέσημα καὶ πεσεῖν. τί βούλομαι τραγικὸν καταπέσημα.* Quae verba quantilli negotii erat emendare hoc exemplo: — *ἔνθεν τὸ πέσημα·*

καὶ πεσεῖν τι βούλομαι

τραγικὸν κάτω πέσημα!

Non aeque facile aut certum remedium paratum est incerti poetae verbis apud Plutarchum *de virtute* p. 100 F. *Καὶ γάρ*, ait philosophus, *ὁ καθεύδουσι τοῦ σώματος ὕπνος ἐστὶ καὶ ἀνάπαυσις, τῆς δὲ ψυχῆς πτοῖαι καὶ ὄνειροι καὶ ταραχαὶ διὰ δεισιδαιμονίαν.*

Ὅταν δὲ νυστάζοντά μ' ἡ λύπη λάβῃ

ἀπόλλυμ' ὑπὸ τῶν ἐνυπνίων

φησί τις. *Moestitia* somnolentum *tenere* fortasse sed *occupare* nullo modo potest. Intellegam:

ὅταν δὲ νυστάζοντά μ' ἡ κλίνη λάβῃ κτέ.

Sed maioris momenti erit emendatio loci lepidissimi, quem ex *Nauago* Ephippi comoedia affert Athenaeus IX 509 C. ita scribens: *Ἕρμιππος ἐν Ναυάγῳ Πλάτωνά τε αὐτὸν καὶ τῶν γνωρίμων τινὰς κεκωμῴδηκεν ὡς καὶ ἐπ' ἀργυρίῳ συκοφαντοῦντας — λέγει δ' οὕτως·*

Ἔπειτ' ἀναστὰς εὔστοχος νεανίας
τῶν ἐξ Ἀκαδημείας τις ὑπὸ Πλάτωνα καὶ
Βρυσωνοθρασυμαχειοληψικερμάτων
πληγεὶς ἀνάγκῃ ληψιλογομίσθῳ τέχνῃ
συνὼν τις οὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν κτέ.

Quae verba corruptissima certa emendatione sic restitui possunt in integrum:

Ἔπειτ' ἀναστὰς εὔστοχος νεανίας
τῶν ἐξ Ἀκαδημείας τις ὑπὸ Πλατωνικο-

βρυσωνοθρασυμαχειοληψικερμάτου
πληγεὶς ἀνάγκης, λεπτολογομίσθῳ τέχνῃ
συνὼν τι κοὐκ ἄσκεπτα δυνάμενος λέγειν κτέ.

Manifestum est, ut de ceteris taceam, quod hodie absque sensu vulgatur ληψιλογομίσθῳ (λιψιγομίσθῳ est in codd.) pro λεπτολογομίσθῳ inde depravatum esse, quod scribae oculi aberrarunt ad superscriptum illud ληψικερμάτου [1]). Frequens fuit is mendorum origo, potestque huius rei observatio tum aliis locis quam plurimis prodesse tum praeclaro cuidam fragmento PHILEMONIS *Thebanorum* ap. Stob. Floril. LXII 8, quod sic scribitur:

Ἐμοῦ γάρ ἐστι κύριος μὲν εἷς ἀνήρ,
τούτου δὲ καὶ σοῦ μυρίων τ' ἄλλων νόμος,
ἑτέρων τύραννος, τῶν τυραννούντων φόβος,
δοῦλοι βασιλέων εἰσίν, ὁ βασιλεὺς θεῶν,
ὁ θεὸς ἀνάγκης. πάντα δ' ἂν σκοπῇς, ὅλως
ἑτέρων πέφυκεν ἥττον', ὧν δὲ μείζονα.
τούτοις ἀνάγκη ταῦτα δουλεύειν ἀεί.

Permirum est neminem dum, quod certe sciam, haesisse in primo vocabulo versus 3tii, quo repente solvitur nexus argumentationis. Haec tamen est adeo pellucida, ut sit uniuscuiusque, qui hoc agat, perspicere, non aliter olim scriptum esse potuisse quam hocce modo:

νόμου τύραννος, τῶν τυραννούντων φόβος κτέ.

Apparet autem librario fraudi fuisse initium vs. 6ti:

ἑτέρων πέφυκεν ἥττονα κτέ.

Aeque manifestum est inter vs 3tium et 4tum quaedam intercidisse, siquidem non exponitur, quod exponendum fuerat, quinam sint *regum servi*, quemadmodum *rex* est *servus deorum*, *deus necessitatis*.

Denique cum Dobreo ultimum vs. sic corrigo:

οὕτως ἀνάγκη πάντα δουλεύειν ἀεί.

1) Fortasse, quia vs. superiore iam mentio facta est de mercede, eo progredi licet ut suspicemur λεπτολογομύθῳ, quo simul respiciatur Platonis et Platonicorum mythos dialogis suis inserendi consuetudo.

Una litera mutata sana erunt Menandri verba ex *Androgyno* servata a Photio s. v. *Λαμία· ἔστι δέ*, ait, *καὶ πόλις Θεσσαλίας ὅθεν ὁρμηθέντες οἱ Ἕλληνες μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον, Ἀθηναίων ἡγουμένων, τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιησάμενοι τὸν Ἀντίπατρον ἐνίκησαν. Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ·*

πλήσας γὰρ ἔφερεν ἐκ παρατάξεώς ποθεν
τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

Nisi enim me omnia fallunt, sermo est ibi de homine, qui ex pugna quadam dicitur rediisse tot acceptis vulneribus, quot in celeberrimo illo proelio Lamiaco utrimque illata sint. Qualem hyperbolen a comoedia non alienam esse vix est quod moneam. Itaque scribam:

πληγὰς γὰρ ἔφερεν ἐκ παρατάξεώς ποθεν
τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

Menandrea emendans non possum non facere mentionem egregii fragmenti, servati a Stobaeo Flor. XCVIII 8, quod infra adscribam auctum quatuor versibus, quos aliunde assumere mihi contigit:

Ἅπαντα τὰ ζῷ' ἔστι μακαριώτερα
καὶ νοῦν ἔχοντα μᾶλλον ἀνθρώπου πολύ.
τὸν ὄνον ὁρᾶν ἔξεστι πρῶτα τουτονί·
οὗτος κακοδαίμων ἐστὶν ὁμολογουμένως·
τούτῳ κακὸν δι' αὐτὸν οὐδὲν γίγνεται,
ἃ δ' ἡ φύσις δέδωκεν αὐτὰ ταῦτ' ἔχει.
ἡμεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν
αὐτοὶ παρ' αὑτῶν ἕτερα προσπορίζομεν.
λυπούμεθ' ἂν πτάρῃ τις· ἂν εἴπῃ κακῶς,
ὀργιζόμεθ'· ἂν ἴδῃ τις ἐνύπνιον, σφόδρα
φοβούμεθ'· ἂν γλαὺξ ἀνακράγῃ, δεδοίκαμεν·
(ἂν μῦς διορύξῃ βωμὸν ὄντα πήλινον,
κἂν μηδὲν ἄλλ' ἔχων διατράγῃ θύλακον·
ἀλεκτρυὼν τρεφόμενος ἂν ἐφ' ἑσπέρας
ᾄσῃ, τιθέμεθα τοῦτο σημεῖόν τινος).
ἀγωνίαι, δόξαι, φιλοτιμίαι, νόμοι,
ἅπαντα ταῦτ' ἐπίθετα τῇ φύσει κακά.

Quatuor hi, quos inserui, versus sine nomine auctoris leguntur apud Clementem Alexandrinum Stromat. p. 302 ed. Sylb., sed et Menandri esse et ex hoc ipso loco desumptos, pauci, opinor, negabunt. Vel hoc probabiliter statuere mihi videor, integrum locum olim lectum fuisse in notissima illa fabula, quae inscribebatur *Δεισιδαίμων*. Vs. 15 Cobeto obsecutus reposui *τιθέμεθα — τινος* pro codicum lectione *τιθέμενοι — τινες*.

Quo pauciora ex elegantissimi poetae fabulis supersunt, eo maiore cura digna sunt, quae casus nobis servavit. Multa iam feliciter emendarunt Bentleius, Meineke, Cobet, alii; sed etiamnunc quaedam in hoc genere agenda supersunt. In eo numero est *Adulatoris* fragmentum ap. Ath. IV p. 659 D., quod sic corrigendum:

θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα
Ὀλυμπίῃσι πᾶσι πάσῃσιν· λάβε κτέ.

pro *Ὀλυμπίαισι — πάσαις· λάμβανε*. Moris enim fuit apud Athenienses in his precium formulis *ἰάζειν*, ut apparet ex *Avium* ARISTOPHANIS vs. 866 sqq.:

καὶ ὄρνισιν Ὀλυμπίοις [καὶ] Ὀλυμπίῃσι πᾶσι [καὶ] πάσῃσιν κτέ., ubi bis delenda est copula. Quem Atticorum usum ignorantes librarii ultro corruperunt locum *Thesmophor.* vs. 331 sqq., ubi legendum:

Εὔχεσθε τοῖς θεοῖσι τοῖς Ὀλυμπίοις
καὶ τῇσιν Ὀλυμπίῃσι καὶ τοῖς Πυθίοις
καὶ τῇσι Πυθίῃσι καὶ τοῖς Δηλίοις
καὶ τῇσι Δηλίῃσι τοῖς τ' ἄλλοις θεοῖς.

Lacunam probabili coniectura explebo in eiusdem fragmento, quod ex *Ira* servatum ab Athenaeo VI p. 247 E sic scribendum propono:

τοῦθ' ἑταῖρός ἐστιν ὄντως· οὐκ ἐρωτᾷ, πηνίκα
δεῖπνόν ἐστιν; ὥσπερ ἕτεροι, καὶ τί δειπνεῖν κωλύει
τοὺς παρόντας; εἶτα δεῖπνον ἕτερον εἰς τρίτην βλέπει,
(εἶτα πάλιν ἀριστόδειπνον,) εἶτα περίδειπνον πάλιν.

Etenim tum facillime haec excidere potuerunt propter

sequentium vocabulorum similitudinem, tum vocabulo *ἀριστόδειπνον* Menandrum in hac ipsa fabula usum fuisse novimus ex Pollucis Onomastico, ubi sect. 102 lib. VI haec leguntur: *Ἀριστόδειπνον δὲ Μένανδρος εἴρηκε καὶ ἄδειπνον ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Ὀργῇ*, quae verba ad hunc ipsum locum referri poterunt, si mecum reposueris: *καὶ περίδειπνον ὁ αὐτὸς ἐν τῇ Ὀργῇ*. Nam et *ἄδειπνος* est usus valde frequentis et mirum est Pollucem maluisse quarto quam primo casu illud vocabulum afferre.

Quam sit periculosae plenum opus aleae supplere quae scribarum incuria exciderint, licet non sim ignarus, est tamen ubi duce sententia et scribendi consuetudine quasi sponte renascantur, quae olim interierint. Quod valet de fragmento quodam Sannyrionis e *Danae* ap. Schol. ad Eur. Or. 269, hoc exemplo, nisi fallor, explendo:

τί οὖν γενόμενος εἰς ὀπὴν ἐνδύσομαι;
φέρ' εἰ γενοίμην („ἄνδρες, ἐξαίφνης) γαλῆ;
ἀλλ' Ἡγέλοχος οὗτός με μηνύσειεν ἂν
ὁ τραγικὸς ἀνακράγοι τ' ἂν εἰς ἐχθροὺς μέγα·
„ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ."

Sic v. c. Aristophanes in Vespis 49:

ἄνθρωπος ὢν ἐγίγνετ' ἐξαίφνης κόραξ·

Idem in Nubibus vs. 352:

ἀποφαίνουσαι τὴν φύσιν αὐτοῦ λύκοι ἐξαίφνης ἐγένοντο.

et in Vespis vs. 948:

ἀπόπληκτος ἐξαίφνης ἐγένετο τὰς γνάθους.

Cf. ib. v. 324.

Ἄνδρες interpositum, quemadmodum v. c. Pac. 214, ubi Trygaeus chorum his verbis alloquitur:

Τουτὶ μέν, ἄνδρες, οὐδὲν ἡμῖν πρᾶγμά πω.

Vs. 4to negotium mihi facessunt verba *εἰς ἐχθροὺς* propter articulum male omissum. Fortasse opem fert Schol. ad Ar. Ran. 305, qui pro iis habet *εἰσιδών*, quod glossema esse potest genuinae lectionis, quae fuerit *εἰσαθρῶν*, unde *εἰς ἐχθροὺς* nasci potuerit.

Articulus facile reddetur Aristophani in *Anaguro* ap. Etymologum p. 207, 53 scribendo:

ψῆχ' ἠρέμα τὸν
βουκέφαλον καὶ (τὸν) κοππατίαν

quae metro anapaestico conscripta fuisse apparet. Non minus necessarius est in nota locutione ὁ κύβος ἀνερρίφθω, quare in Menandri loco ex *Arrephoro* ap. Athen. p. 559 C. crasin, quam quomodo scriptura significem dubito (ἀνερρίφθώ?), crasin tamen obtinere arbitror in verbis ἀνερρίφθω κύβος; neque Alexis ap. Athen. p. 60 A fragm. inc. vs. 11 scripsit, opinor:

ἠσχολεῖτο, πᾶς δ' ἀγὼν
ἐπ' ἐμὲ κατήντα

sed: ἠσχολεῖθ', ὁ πᾶς δ' ἀγὼν κτέ.

Male contra abundat articulus in Diphili *Centauro* ap. Ath. IV p. 131 F. vs. 1:

Μάγειρ', ὁ θύων ἐστιν ὁ δειπνίζων τ' ἐμὲ
'Ρόδιος κτέ.

Quia enim ὁ δειπνίζων idem est qui ὁ θύων, ex certa lege sermonis rescribendum:

Μάγειρ', ὁ θύων ἐστὶ δειπνίζων τ' ἐμὲ
'Ρόδιος κτέ.

non, quod fecit Meineke, ἐσθ' ὁ κτέ.

Levidensis error paullo graviores turbas dedit ap. Plut. *de audiendis poetis* p. 21 D. in hisce Alexidis versibus, quos correctos apponam:

τὰς ἡδονὰς δεῖ συλλέγειν τὸν σώφρονα·
τρεῖς δ' εἰσὶν αἵδε τὴν δύναμιν κεκτημέναι
τὴν ὡς ἀληθῶς συντελοῦσαν τῷ βίῳ·
τὸ πιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ τῆς 'Αφροδίτης τυγχάνειν.

Male vulgo scribitur αἵγε, sed qua vi gaudeat vocula γε nemo facile dixerit. Contra eadem particula male neglecta est in hisce Batonis versibus ex *Συνεξαπατῶντι* ap. Ath. p. 279 A:

A. ζῆν δ' ἐστὶ τὸ τοιοῦθ'; *B.* ὡς λέγουσιν οἱ σοφοί.

Etenim in responso prorsus necessarium est *ὡς λέγουσί γ' οἱ σοφοί*. Vide quae monui in edit. mea Oedipi Regis p. 129.

Mancus et corruptus est locus, quem Athenaeus VIII p. 340 D. attulit ex *Iatro* Theophili. Eum sic lubet tentare:

πᾶς δὲ φιλοτίμως πρὸς αὐτὸν τῶν νεανίσκων (ἔχων)
(τεμάχιόν τι) ἐγχέλειον παρατέθεικε τῷ πατρί·
»τευθὶς ἤν χρηστή, πατρίδιον, πῶς ἔχεις πρὸς κάραβον;
»ψυχρός ἐστιν, ἄπαγε," φησι »ῥητόρων οὐ γεύομαι."

Primo vs. ex *ΝΕΑΝΙΣΚΩΝ* elicui *ΝΕΑΝΙΣΚΩΝΕΧΩΝ*, ut verborum ordo fiat: *πᾶς δὲ τῶν νεανίσκων φιλοτίμως ἔχων πρὸς αὐτόν*. Deinde inserui *τεμάχιόν τι* ad exemplum loci Pherecratis ex *Dulodidascalo* huiusce:

καὶ δῆθ' ὑπάρχει τέμαχος ἐγ-
χέλειον ὑμῖν, τευθίς ἄρ-
νειον κρέας, φύσκης τόμος,
πούς ἑφθός, ἧπαρ κτέ.

Tandem vs 3tio pro *ἦν* scripsi *ἤν* i. e. *en*.

Paucae literae e fuga revocandae sunt in particula *Τίτθης* Alexidis apud Athen. X 426 C:

Ἰδοὺ πάρεστιν οἶνος, οὐκοῦν ἐγχέω,
Κρίτων, πολύν; Β. βέλτιον ἕνα καὶ τέτταρας.
Α. ὑδαρῆ λέγεις· ὅμως δὲ ταύτην ἐκπιὼν
λέγε τι καὶ ... διατριβήν γε τῷ ποτῷ
ποιῶμεν.

Manifestum est in ultimis mentionem fieri *περὶ λόγων ἐπικυλικείων*. Quare suspicor:

λέγε τι καλὸν σὺ διατριβήν τε τῷ ποτῷ
ποιῶμεν.

Cf. Plat. Symp. p. 214 B. C.

Verbum simplex *πιμπλάναι* alienum esse a lingua comicorum satis constat, neque id absolute poni potest pro *ἐγχεῖν*. Hinc liquido apparet mendosa esse Xenarchi verba in *Didymis*, quae laudantur ab Athenaeo X p. 426 B. sic scripta:

Πίμπλα σὺ μέν ἐμοί, σοὶ δ' ἐγὼ δώσω πιεῖν.

ut taceam πίμπλα barbarum esse pro πίμπλη. Iam vero, quia omisso illo vocabulo ceteris sententia optime constat, suspicor delitescere nomen aliquod proprium et poetae reddendum esse:

Πάμφιλε, σὺ μὲν ἐμοί, σοὶ δ' ἐγὼ δώσω πιεῖν.

quibus nihil est ad intellegendum facilius.

Etiam lenius ad pristinam sanitatem revocari potest pars fragmenti Phoenicidis in Stobaei Florilegio VI 30, ubi meretrix vitae suae pertaesa enarrat miserias et aerumnas, quibuscum conflictata sit:

τρίτῳ (inquit vs. 16) συνέζευξ' ἡ τύχη με φιλοσόφῳ
πώγων' ἔχοντι καὶ τρίβωνα καὶ λόγον·
εἰς προὖπτον ἦλθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν.

Ab Attica non modo elegantia sed ab universa Graecae linguae indole abhorrere mihi videtur illud ἦλθον ἐμπεσοῦσα pro ἐνέπεσον. Aliquanto certe melius dictum erit:

εἰς προὖπτον ἔλαθον ἐμπεσοῦσα δὴ κακόν

i. e. *in manifestum malum imprudens incidi*, et prono sane errore pro ΕΛΑΘΟΝ a scriba ΕΛΘΟΝ (i. e. ἦλθον) exarari potuit. Ne autem forte aliquis putet προὖπτον et ἔλαθον inter sese pugnare, moneo illud adiectivum non significare προορώμενον, sed potius ἀναμφίλεκτον, ἀναμφισβήτητον, ὁμολογούμενον.

Nomen proprium meretricis Ἰσχάς delitescere in lectione manifesto depravata ἀποτυμπανισχας apud Athen. IV p. 166 e., ubi citat Axionici fragmentum e *Tyrrheno*, pulchre intellexit Coraës. Comici verba haec sunt:

ὁ Πυθόδηλος οὑτοσὶ
ὁ Βαλλίων προσέρχετ' ἐπικαλούμενος
μεθύουσά τ' ἐξόπισθεν ἡ σοφωτάτη
ἀποτυμπανισχας κατὰ πόδας πορεύεται.

Coraësii vestigiis insistens suspicor poetam scripsisse:

ἡ σοφωτάτη
περὶ τύμπαν' Ἰσχὰς κατὰ πόδας πορεύεται.

Ischas tympanistria eodem iure, opinor, σοφωτάτη περὶ τύμ-

πανα dici potuit, quo Euripides Iph. T. 1237 *Φοῖβον χρυσοκόμαν ἐν κιθάρα σοφὸν* appellavit.

Duae aliae praepositiones confusae sunt in PHILIPPIDAE loco ex *'Αργυρίου ἀφανισμοῦ* ap. Athen. p. 230 A.

Vs. 3. — *μαστιγίας δ' ἐπ' ἀργυροῦ*
πίνακος — ἔσθοντας.

Haud secus enim quam *ἐκ ποτηρίου* non *ἐν ποτηρίῳ πίνειν* Graecum est, *ἐσθίειν ἀπὸ πίνακος* dicendum est non *ἐπὶ πίνακος*. Est hic quidem puerilis est error, qui tamen loci sententiae parum officit, sed gravius peccatum est in DIONYSII *Thesmophoro* ap. Athen. p. 404 E. Prodit in scenam coquus aliquis inepte iactator, qui postquam arroganter reprehendit librorum de re culinaria scriptorum exilitatem et inutilitatem, tali modo argumentum suum persequitur:

οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν περὶ μαγειρικῆς· ἐπεὶ
εἶπ' ἀρτίως — — — —
ὅρον γὰρ οὐκ ἔσχηκεν οὗ ὁ καιρὸς **
αὐτὴ δ' ἑαυτῆς ἐστι δεσπότης κτέ

Poetae mentem me assecutum esse non dubito coniiciendo:

ὅρον γὰρ οὐκ ἔσχηκεν, ἧς ὁ καιρός, οὐκ
αὐτὴ δ' ἑαυτῆς, ἐστι δεσπότης κτέ.

Quomodo enim, ait, definiat aliquis artem qualis culinaria est, quae semper parens opportunitati nunquam ipsa sibi imperat? Quasi Graece dicas: *πῶς γὰρ ἂν ὁρίσαιτό τις τέχνην, οἵα μαγειρική ἐστιν, ἥτις ἀεὶ τῷ καιρῷ ὑπηρετοῦσα οὐδέποτε αὐτὴ ἑαυτῆς ἐστι κυρία.*

Fortasse aliquid veri reperiri mihi contigit meditanti de corrigendis verbis depravatissimis DIONYSII in *Homonymis* ap. Athen. p. 381 c. Nempe vs. 15 sq. ita restitui posse suspicor, ut scribatur:

εἰς αὔριον σε κἀμὲ ταῦτ' εὐφρανάτω
λάφυρα· τῷ δὲ παιδὶ πάντως μεταδίδου,
τὴν πάροδον ἵν' ἔχῃς τῶν θυρῶν εὐνουστέραν.

De industria non scripsi (*τὰ*) *λάφυρα*, quia *ταῦτα* referendum est ad superiora: *ἐξαιρέσεις καὶ τἄλλα τἀκόλουθα*

κτέ., et *λάφυρα* est appositio. *'Ο παῖς*, cui pars praedae *utique* cedenda est, est *ianitor*, *ὁ θυρωρός*, ut satis liquido apparet e vs. sequenti. In codd. legitur *λαφυροπώλη παντάπασι μεταδίδου*, quae conclamata scriptura est. Quid sensus requireret iam intellexit Emperius coniiciens:

τὰ λάφυρα· πυλωρῷ παντάπασι μεταδίδου.

oratione minime Graeca pro:

τῷ δὲ θυρωρῷ παντάπασι μεταδίδου.

Sed propero rursus ad certiora, quale hoc est: THEOPHILUM ap. Athen. p. 560 A in *Neoptolemo* non scripsisse, quod traditur:

οὐ συμφέρον νέα 'στι πρεσβύτῃ γυνή.

sed *σύμφορον*, ut recte legitur apud THEOGNIDEM vs. 457 *οὔτοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι*, quem locum Theophilus imitatur.

Apud ANTIPHANEM in *Leptinisco* duo homines sic colloquuntur:

οἶνον Θάσιον πίνοις ἄν; Β. εἴ τις ἐγχέαι.
Α. πρὸς ἀμυγδάλας δὲ πῶς ἔχεις; Β. εἰρηνικῶς.

Post hunc versum intercidisse nonnulla, in quibus de *leporibus* et *turdis* mentio fieret, apparet ex iis, quae Athenaeus XIV 641 F. his versibus praemisit. Tum sequuntur haec:

μαλακὰς σφόδρα δι' ἃς μέλιτι προσπαίζειν βίᾳ

quae tam pessime habita sunt, ut ea tentare sit *πολλὴ μωρία καὶ τοῦ ἐπιχειρήματος*. Sed melius, opinor, quam hucusque factum est constitui possunt duo ultimi versus hice:

Α. μελίπηκτα δ' εἴ σοι προσφέροι; Β. τρώγοιμι καὶ
ᾠὸν δὲ καταπίνοιμ' ἄν. Α. ἄλλου δεῖ τινος;

Pro *τρώγοιμι καὶ* in Epitome legitur *τρώγοιμ' ἄν;* unde suspicor:

Β. τρώγοιμ' ἄν. Α. εἰ
ᾠὸν δέ; Β καταπίνοιμ' ἄν κτέ.

Finem his observationibus imponam demonstrando, falso ab Athenaeo X p. 423 C. ANTIPHANI tribui fragmentum comoediae, quae *Δίδυμοι* inscribebatur, hocce:

τὸ ποτήριόν μοι τὸ μέγα προσφέρει λαβών.
ἐπεχεάμην (l. *ὑπεχεάμην*) *ἄκρατον οὐχὶ παιδικόν,*
κυαθοὺς θεῶν τε καὶ θεαινῶν μυρίους·
ἔπειτ' ἐπὶ τούτοις πᾶσι τῆς σεμνῆς θεᾶς (l. *θεοῦ*)
καὶ τοῦ γλυκυτάτου βασιλέως διμοιρίαν.

Ex duobus ultimis versibus sine controversia effici potest, non potuisse haec scribi ab Antiphane. Etenim qui sunt, quos poeta h. l. vocat *τὴν σεμνὴν θεον* et *τὸν γλυκύτατον βασιλέα*? Non sunt, ut arbitror, reges Antiphani aequales, neque Philippus et Olympias neque Alexander et Roxana. Nam licet iam illa aetate Athenienses bene multi gliscente corruptela *τὸ παλαιὸν φρόνημα* deposuissent, nondum tamen pristinae gloriae et magnitudinis *οἱ διαξιφισάμενοί ποτε τοῖς Μήδοις περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι* ita fuerunt immemores, ut in scena tam abiectae adulationis specimen exhiberi passi fuissent. Recentior fuit aetas, qua cecinit Diphilus:

νῦν δὲ καὶ καχεξία τις ὑποδέδυκε τοὺς ὄχλους,
αἱ κρίσεις θ' ἡμῶν νοσοῦσι καὶ τὸ πρὸς χάριν πολύ.

Nisi autem me omnia fallunt, *ὁ γλυκύτατος βασιλεὺς* non est alius quam Antigonus neque *ἡ σεμνὴ θεός* diversa ab eius uxore Phila, quae fuit Demetrii *τοῦ πολιορκητοῦ* mater. Audiamus Athenaeum p. 255 C. sic scribentem: *τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ βασιλέως κολάκων οἱ περὶ Ἀδείμαντον τὸν Λαμψακηνὸν νεὼν κατασκευασάμενοι καὶ ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι Θριῆσιν ὠνόμασαν Φίλας Ἀφροδίτης καὶ τὸν τόπον Φιλαῖον ἐκάλεσαν ἀπὸ τῆς Δημητρίου μητρὸς Φίλας, ὥς φησι Διονύσιος ὁ τοῦ Τρύφωνος ἐν τῷ δεκάτῳ περὶ Ὀνομάτων.* Post haec nemo mirabitur in fragmento quod tractamus misceri pocula in honorem novae illius deae eiusque coniugis, quem morem introductum in convivia melius etiam illustrant verba ALEXIDIS e *Pharmacopola* s. *Crateua* apud Athenaeum VI p. 254 A.:

παῖ τὴν μεγάλην δος, ὑποχέας
φιλίας κυάθους μὲν τῶν παρόντων τέτταρας,
τοὺς τρεῖς δ' ἔρωτος προσαποδώσεις ὕστερον·

ἕν᾿ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως νίκης καλῆς,
καὶ τοῦ νεανίσκου κύαθον Δημητρίου.
φέρε τὸν τρίτον (*τοῦ φῶμεν; οἶδ᾿· ἔσται τρίτος* [1]))
Φίλας Ἀφροδίτης κτέ.

Ut iam unde orsus sum revertar, quoniam in Didymorum fragmento, haud secus quam in eo quod modo apposui, manifesto sermo est de Antigono eiusque uxore, Antiphanes illius auctor esse omnino non potuit. Constat enim Suidae testimonio hunc poetam natum Olymp. XCIII in insula Chio obiisse aetatis anno LXXIV i. e. ante Olympiadem CXII, neque igitur Antigoni regnum attigisse. Quis fuerit illorum versuum auctor compertum quidem non habemus, quia complures diversorum poetarum exstiterunt olim fabulae eodem nomine inscriptae. Namque *Δίδυμοι* fuerunt praeterquam Antiphanis Alexidis, Anaxandridis, Euphronis, Xenarchi, Aristophontis; *Διδύμας* praeter Antiphanem scripsit Menander. Nihilominus suspicor ALEXIDEM esse auctorem et Athenaeum eodem errore h. l. confudisse huius Didymos cum cognomine fabula Antiphanis, quo Antiphani tribuit, quae Alexidis esse constat, IV p. 156 C. Vide Meinekium Hist. Crit. Com. Gr. p. 306.

1) Haec verba exempli causa supplevi de meo.

CAPUT IV.

AD ARISTOPHANEM.

Pacis vs. 259 sq.:

ΠΟΛ. οἴσεις ἀλετρίβανον τρέχων; ΚΥΔ. ἀλλ', ὦ μέλε,
οὐκ ἔστιν ἡμῖν· ἐχθὲς εἰσῳκίσμεθα.

Rectissime in ultimorum verborum asyndesia haesit amicus meus Halbertsma, rescribi iubens: *χθὲς γὰρ εἰσῳκίσμεθα.* Vide tamen ne lenior corrigendi ratio plus faveat huice lectioni:

οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐχθὲς εἰσῳκισμένοις.

Ib. vs. 265 sq.:

εἴπερ γὰρ ἥξει τὸν ἀλετρίβανον φέρων,
τούτῳ ταράξει τὰς πόλεις καθήμενος.

Ferri non posse *ταράξει* qui sensit Meineke parum feliciter proposuit aut *σπαράξει*, quod vulgato haud aptius est, aut *κατατρίψει*, quod iusto videtur audacius, praesertim quum multo lenius corrigi possit:

τούτῳ (κα)ταράξει τὰς πόλεις καθήμενος.

Ib. vs. 269 sq.:

ἀπόλωλ' Ἀθηναίοισιν ἀλετρίβανος
[ὁ βυρσοπώλης, ὃς ἐκύκα τὴν Ἑλλάδα.]

Versus manifesto spurius, quippe quo nihil contineatur praeter interpretamentum vocabuli *ἀλετρίβανος*. Quemnam vocaret poeta Atheniensium *pistillum* spectatoribus erat, ut opinor, aliquanto apertius, quam Brasidam indicari vs. 282 sq.:

ἀπόλωλε γὰρ
καὶ τοῖς Λακεδαιμονίοισι ἀλετρίβανος.

Vide autem quam facete haec verba, ne quem lateret aculeus, comicus illustraverit scribens:

ΠΟΛ. πῶς, ὦ πανοῦργ'; ΚΥΔ. ἐς τἀπὶ Θρᾴκης χωρία
χρήσαντες ἑτέροις αὐτὸν εἶτ' ἀπώλεσαν.

et intelleges, quid inter germanum poetam et poetastrum intersit.

Ib. vs. 286 supplendum videtur: ἴσως ἂν (ἔτ') εὖ γένοιτο. Similiter ante ΕΥ periisse ΕΤ observavimus supra pag. 30.

Ib. vs. 439: μὰ Δί' ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ διάξειν τὸν βίον. Infinitivus Futuri post verbum εὐχώμεσθα (435), unde pendet, ferri omnino nequit (cf. ἄρξαι et λαβεῖν 436 et 438). Hinc iure suo Cobet pro διάξειν reposuit διαγαγεῖν. Salva summi viri in hoc genere auctoritate, equidem aliquanto lenius rescripserim:

μὰ Δί' ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ διαζῆν τὸν βίον.

Ib. vs. 505: οὐδὲν γὰρ ἄλλο δρᾶτε πλὴν δικάζετε. Graece sic dici posse non praefracte nego, malim tamen:

οὐδὲν γὰρ (ὑμεῖς) ἄλλο πλὴν δικάζετε.

ellipsi paene sollenni verbi *faciendi*.

Ib. 889 sq.: ὥστ' εὐθέως ἄραντας ὑμᾶς τὼ σκέλη
ταύτης μετέωρα καταγαγεῖν ἀνάρρυσιν.

Κατάγειν ἀνάρρυσιν non magis Graecum esse arbitror quam κατάγειν θυσίαν, ἑορτήν, similia. Idcirco corrigam:

ταύτης μετέωρα κᾆτ' ἀγαγεῖν ἀνάρρυσιν.

In vulgus autem notus est hic usus vocularum εἶτα, ἔπειτα, κᾆτα, κἄπειτα et οὕτως illatarum post participia.

Avium vs. 695 sqq.:

τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον Νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν,
ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός,
στίλβων νῶτον πτερύγοιν χρυσαῖν, εἰκὼς ἀνεμώκεσι δίναις.
Οὗτος δὲ Χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ κατὰ Τάρταρον εὐρὺν
ἐνεόττευσεν γένος ἡμέτερον κτλ.

tum paucis interiectis haec leguntur:

ὡς δ' ἐσμὲν Ἔρωτος·
πολλοῖς δῆλον· πετόμεσθά τε γὰρ καὶ τοῖσιν ἐρῶσι σύνεσμεν.

De industria poeta cum alia vocabula tum epitheta eligere videtur eiusmodi, unde maior fides addatur stemmati genealogico, quod fingit avium chorus. Hinc et tueri fortasse licet vulgatam scripturam Χάει πτερόεντι a criticorum coniecturis sive εὐρώεντι sive ἠερόεντι proponentium, et dubitare de sanitate verborum Ἔρως ὁ ποθεινός. Ad ceterorum certe epithetorum normam expectaveram Ἔρως ὁ ποτηνός, collatis vss. epicis ap. PLATONEM in Phaedr. p. 252 B.:

τὸν δ' ἤτοι θνητοὶ μὲν Ἔρωτα καλοῦσι ποτηνόν,
ἀθάνατοι δὲ Πτέρωτα διὰ πτερόφοιτον ἀνάγκην.

Si quis tamen hanc emendationem necessariam non esse dixerit, non pugnabo.

Ib. 1018:

Ὑπάγοιμι τἄρ' ἄν. Peith. νὴ Δί' ὡς οὐκ οἶδ' ἄρ' εἰ
φθαίης ἄν· ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὐταιί.

Neque ἄρα offensione caret neque particula ἄν suo loco posita est. Graecum erit et sanum:

ὡς οὐκ οἶδ' ἂν εἰ
φθαίης (ἔτ')· ἐπίκεινται γὰρ ἐγγὺς αὐταιί.

Quo genere erroris interierit adverbium ἔτι nihil attinet significare.

NUBIUM vss. 486—488, utpote frigidos atque insulsos, Aristophani abiudicaverim.

Ib. vs. 1412 sq.:

οὐ κἀμὲ σοὶ δίκαιόν ἐστιν εὐνοεῖν ὁμοίως;
[τύπτειν ἐπειδήπερ γε τοῦτ' ἔστ' εὐνοεῖν τὸ τύπτειν.]

Sic vs. 1413 scribitur in optimo libro Ravennati eaque procul dubio est antiquissima eius forma. Asyndeton non ferentes correctores in reliquis codd. post τύπτειν inseruerunt voculas δέ vel τε. Novam denique vim ei intulerunt homines docti recentiores rescribendo τύπτοντ'. Permirum autem est neminem, quod certe sciam, sensisse totum

versum esse interpretamentum verborum *εὐνοεῖν ὁμοίως*, quorum leporem isto additamento haudquaquam augeri, quis est quin monitus saltem intellegat?

Ib. vs. 1415:

κλάουσι παῖδες πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς;

»Parodia versus Euripidei *Alc.* 619: *χαίρεις ὁρῶν φῶς. πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς;* unde factum ut tetrametris senarium immiscuerit" Ita Dindorf in novissima poetarum scenicorum editione At vellem vir praeclarus potius ostendisset, quo sensu gaudeat illa parodia; non enim, licet ea res exemplo careat, haererem in senario mediis interposito octonariis, modo trimetro Aristophaneo integra et contextui apta contineretur sententia, quemadmodum continetur trimetro Euripideo. Requiritur enim, ut arbitror, haece sententia: *Plorant filii, at patri non* plorandum *censes?* quae Graecis non inerit nisi restituto tetrametro ad hoc exemplum:

κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς (προσήκειν).

Lysistratae vs. 217 et 218 pro *ἀταυρώτη* restituatur forma communis *ἀταύρωτος*. Cf. Aesch. Agam. 251.

Ib. 371 sqq.:

Ch. sen. τί δ', ὦ θεοῖς ἐχθρά, σὺ δεῦρ' ὕδωρ ἔχουσ' ἀφίκου;
Ch. mul. τί δαὶ σὺ πῦρ, ὦ τύμβ', ἔχων; ὡς σαυτὸν ἐμπυρεύσων;
Ch. sen. ἐγὼ μὲν ἵνα νήσας πυρὰν τὰς σὰς φίλας ὑφάψω.
Ch. mul. ἐγὼ δέ γ' ἵνα τὴν σὴν πυρὰν τούτῳ κατασβέσαιμι.

Quid Graeca syntaxis postulet, non latuit Meinekium coniicientem *ὑφάψαιν* pro *ὑφάψω*. At *rarissimam* Optativi formam h. l. olim lectum fuisse parum habet me iudice probabilitatis, itaque verisimilius duco, quod sexcenties accidit, scribae hunc versum exaranti oculos aberrasse ad vs. sequentem eumque *ἵνα* substituisse pro *ὡς*, quo facto necesse erat *ὑφάψων* mutare in *ὑφάψω*. Nempe genuinam lectionem hanc esse suspicor:

Ch. sen. ἐγὼ μὲν ὡς νήσας πυρὰν τὰς σὰς φίλας ὑφάψων.

Ib. 468: *τί τοῖσδε σαυτὸν ἐς λόγον τοῖς θηρίοις συνάπτεις;* Immo *ἐς λόγους*, ut constanter dicitur: *ἐς λόγους ἐλθεῖν, συνελθεῖν, ἀφικέσθαι*. similia.

Ib. 740: *ἢν γὰρ ἄρξῃ τουτουί,*
ἑτέρα γυνὴ ταὐτὸν ποιεῖν βουλήσεται.

Sensus: *etenim si tu hoc prima feceris cett.* sive: *exemplum dederis*, non: *si tu hoc inceptaveris*. Quapropter poetae reddatur *ἄρξῃς*. Cf. 998.

Ib. 937: *ἀλλ' ἐπῆρται τοῦτό γε.*

Corrigatur *τουτογί*.

THESMOPHORIAZUSARUM vs 232:

οἴμοι κακοδαίμων, ψιλὸς αὖ στρατεύσομαι.

Vi caret vocula *αὖ*, pro qua substituatur *εἶ*.

Ib. 536 sqq.: *εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς*
αὐταί γε καὶ τὰ δουλάρια τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι
ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον κτέ.

Recte an secus Porsonus propter craseos insolentiam transposuerit *αὐταὶ | ἡμεῖς*, alii dirimant. Aliud vero est quo magis offendor. Nempe in primi versus priore hemistichio male abundat *ἔστιν* et vel peius desideratur *ὑμῶν*. Loci enim sententia non postulat sed flagitat hanc scripturam:

εἰ μὲν οὖν (ὑμῶν) τις· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς
αὐταί γε καὶ τὰ δουλάρια τέφραν ποθὲν λαβοῦσαι
ταύτης ἀποψιλώσομεν τὸν χοῖρον κτέ.

Nota ellipsis sic explenda: *εἰ μὲν οὖν ὑμῶν τις (ἀποψιλώσει, καλῶς ἔχει·) εἰ δὲ μὴ κτέ.* Vide Schol. ad Iliad. A. 137, qui legit: *εἰ μὲν οὖν ἔστι τις κτέ.*

Ib. 715: *τίς οὖν σοι τίς ἂν σύμμαχος ἐκ θεῶν*
ἀθανάτων ἔλθοι ξὺν ἀδίκοις ἔργοις.

Meineke corrigit *τοῖς ἀδίκοις ἔργοις*. nescio an non recte. Latine certe optime dicas: *quis igitur deorum tibi cum improbis istis factis ferat auxilium?* Terent. Eun. I. 2. 72. *Egon' quicquam cum istis factis tibi respondeam?* Cf. Kritschii adnotatio ad Taciti Germaniam XXVI § 3.

RANARUM vs 334 pro *φιλοπαίγμονα* restituatur forma At-

tica *φιλοπαίσμονα*. Testimonium dicito Scholiasta Platonis ad Remp. V 452 E et Cratyl. 406 E.: *φιλοπαίσμων Ἀττικῶς ὁ φιλοπαίγμων*.

Ib. 546 sqq.: *κᾆτ' ἐκ τῆς γνάθου*
πὺξ πατάξας μοὐξέκοψε
τοὺς χοροὺς τοὺς προσθίους.

Schol. ad h. l. adnotat: *Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὀδόντας εἶπε χορούς. Διόνυσος γάρ ἐστιν ὁ τῶν χορῶν προστάτης, τὸ δὲ ὅλον παρὰ τὴν ὑπόνοιαν.* Dentes dici *χορὸν* et rationem habet et scriptorum quamvis seriorum usu confirmatur. Vide Kockii ad h. l. notam. Ferrem quoque *τὼ χορώ*, sed eosdem dici posse *χοροὺς* quis credat? Et, ut vel hoc concedatur, quinam dicantur chori *anteriores*, prorsus obscurum est. Vide igitur, an scribendum sit: *τοῦ χοροῦ τοὺς προσθίους*, sensu ambiguo, *choreutaene* an *dentes anteriores* significentur.

Ib. 1073 sq.: *καίτοι τότε γ' ἡνίκ' ἐγὼ 'ζων*
οὐκ ἠπίσταντ' ἀλλ' ἢ μᾶζαν καλέσαι καὶ ῥυππαπαῖ εἰπεῖν.

Pro *ΚΑΛΕΣΑΙ* procul dubio poeta scripserat *ΚΑΠΣΑΙ* i. e. *κάψαι*. *Nihil aliud*, inquit, *sciebant quam offam edere et rhyppapae clamare*. Cf. Eccl. 687 et Nicocl. ap. Ath. X. p. 431 a. Vulgo locum sic interpretantur, quasi scriptum sit *αἰτῆσαι* pro *καλέσαι*.

CONCIONANTIUM vs. 62 sqq.:

ἔπειθ', ὁπόθ' ἀνὴρ εἰς ἀγορὰν οἴχοιτό μοι,
ἀλειψαμένη τὸ σῶμ' ὅλον δι' ἡμέρας
ἐχραινόμην ἑστῶσα πρὸς τὸν ἥλιον.

Neque *οἴχεσθαι* satis recte dicitur de tam brevi distantia, neque probabiliter maritus fingitur per totum diem abesse in foro ita ut uxori nasceretur opportunitas *τοῦ χραίνεσθαι δι' ἡμέρας*. Ne multa: verum videtur: *ἐς τὸν ἀγρὸν* Articulus ne quem moretur, comparato mihi locum Pac. vs. 1318.

Ib. 667: *Bleps. τὸ δὲ βῆμα τί σοι χρήσιμον ἔσται;*
Prax. τοὺς κρατῆρας καταθήσω.

Graeci sermonis indoles et elegantia Aristophanea certatim postulant, ut legamus: *τοὺς κρατῆρας καταθεῖναι*,

Infinitivo suspenso ab adiectivo *χρήσιμον*. Hic quoque librarii oculi aberrarunt ad sequentia. Nempe vs. 682 legitur a fine *καταθήσω*, quod ibi optime habet.

Ib. 710:

ΠΡ. φέρε νῦν, φράσον μοι, ταῦτ' ἀρέσκει σφῶν; ΒΛ. πάνυ.

Inde a vs. 520 cum solo Blepsidemo Praxagora collocuta est, neque alius vir adest in scena. Cf. 477. Frustra igitur quaesivi, quomodo explicarem h. l. numerum dualem *σφῶν*. Vide num scribendum sit:

ΠΡ. φέρε νυν, φράσον μοι, ταῦτ' ἀρέσκει σέ. ΒΛ. πάνυ γε.

Cf. vs. 760.

Ib. 1015 sqq.:

Ἔδοξε ταῖς γυναιξίν, ἢν ἀνὴρ νέος
νέας ἐπιθυμῇ, μὴ σποδεῖν αὐτὴν πρὶν ἂν
τὴν γραῦν προκρούσῃ πρῶτον· ἢν δὲ μὴ θέλῃ
[πρότερον προκρούειν ἀλλ' ἐπιθυμῇ τῆς νέας,]
ταῖς πρεσβυτέραις γυναιξὶν ἔστω τὸν νέον
ἕλκειν ἀνατὶ λαβομένας τοῦ παττάλου.

Adulterinus est vs. 1018, quem magistellus nescio quis conflavit e poetae verbis praecedentibus ad interpretandum verba: *ἢν δὲ μὴ θέλῃ*. Hoc tamen isto versu lucramur, quod inibi servata est genuina lectio vs. 1017, quem talem fuisse testatur:

τὴν γραῦν προκρούσῃ πρότερον· κτέ.

Ne Graecum quidem hoc sensu est, quod editur *πρῶτον*.

Ib. 1105 sqq.:

ὅμως δ' ἐάν τι πολλὰ πολλάκις πάθω
ὑπὸ τοῖνδε τοῖν κασαλβάδοιν δεῦρ' εἰσπλέων,
θάψαι μ' ἐπ' αὐτῷ τῷ στόματι τῆς εἰσβολῆς·
καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπιπολῆς τοῦ σήματος
ζῶσαν καταπιττώσαντας, εἶτα τὼ πόδε
μολυβδοχοήσαντας κύκλῳ περὶ τὰ σφυρὰ
ἄνω 'πιθεῖναι πρόφασιν ἀντὶ ληκύθου.

Pro *ὅμως* non *ὑμᾶς* corrigendum est cum Meinekio sed *ὑμεῖς*, quia *θάψαι* est Infinitivus pro Imperativo. Cf. Mat-

thiaei Gr. Gr. § 546. Deinde in sqq. legendum καταπιττώσαντες et μολυβδοχοήσαντες. Incertior quidem est emendatio verborum καὶ τὴν ἄνωθεν, suspicor tamen:

καὶ τήν μ' ἀνελοῦσαν κτέ.

i. e. *et eam cui immortuus fuero*, ni forte sufficiet (quode tamen valde dubito) lenius rescribere:

καὶ τὴν ἀνόσιον κτέ.

PLUTI vs. 188:

ὥστ' οὐδὲ μεστὸς σοῦ γέγον' οὐδεὶς πώποτε.

paucis mutatis originem debere videtur versui 193:

σοῦ δ' ἐγένετ' οὐδεὶς μεστὸς οὐδεπώποτε.

neque ab ipso poeta profectus esse.

Ib. vs. 202 sqq.:

ΧΡ. δειλότατόν ἐσθ' ὁ Πλοῦτος. *ΠΛ.* Ἥκιστ', ἀλλά με
τοιχωρύχος τις διέβαλ'. Εἰσδὺς γάρ ποτε,
[οὐκ εἶχεν εἰς τὴν οἰκίαν οὐδὲν λαβεῖν]
εὑρὼν ἁπαξάπαντα κατακεκλῃμένα,
εἶτ' ὠνόμασέ μου τὴν πρόνοιαν δειλίαν.

Vs. 204 frustra corrigitur. Olim additus videtur a sciolo, qui sive ignorans voculam εἶτα haud raro apud Atticos inferri post Participium sive non ferens verbum εἰσδὺς absolute usurpatum, orationem hiulcam esse arbitraretur. Ubi vero sermo est de *perfossore parietum* nullo ad verbum εἰσδύεσθαι additamento opus esse vix est quod moneam. Ceterum cf. Herod. ed. Stein. II. 121 § 2. 10 et 14.

CAPUT V.

AD LYSIAM.

Ultimam huius libelli plagulam corrigenti afferuntur mihi Halbertsmae mei *Lectiones Lysiacae*, quas avide perlustrans plura reperio ab illo occupata, quae mihi quoque venerant in mentem quo tempore Franckenii *Commentationes Lysiacas* adhibens oratorem diligenter re legebam. Largam utriusque viri messem hoc meum spicilegium excipiat [1]).

I § 21. 3 lege *πρός σέ μοι ὡμολογημένων* | § 36. 7 *τοὺς μὲν νόμους [τῆς μοιχείας]*. Intellege leges in genus, etiam eas, secundum quas furem in aedibus suis deprensum domino occidere licebat. | § 38. 1 *λόγων (μὲν) εἰρημένων*. | § 40. 2 dele *ὅτι*. | § 47. 6 *τὴν αὐτὴν (τοῖς νόμοις) γνώμην*, coll. § 35. | § 49. 1 *τοῦτο* pro *οὕτω*, ne orator ineptiat. | II § 9. 5 dele *πρότερον*, pro quo ferrem *πάλιν*. | § 37. 6 *μεστὴν (οὖσαν)* et § 38. 4 *μεστῆς (οὔσης)*. | § 48. 6 *ἔλαβον*. | § 49. 5 *ἐξ Αἰγίνης (αυτοὺς) ἀπάξειν*. Sed cf. Thuc. I. 109 § 1. | III § 19. 3 *οὐχ ὡς ἠδικημένοι (,οἶμαι,) ἀλλ' κτέ.*, ne haec verba misere langueant. | § 38. 3 *ἀπαντήσας Σίμωνι ἐμαχόμην [αὐτῷ]*. | § 38. 6 *καὶ (περὶ) τῆς*

1) Chartae ut parcerem, quam paucissimis verbis singulas coniecturas significavi. Numeris utor editionis Bekkerianae, quorum tertius quisque indicat paragraphorum versus. Delenda rectangulis, inserenda arcuatis indicavi cancellis.

οὐσίας. Cf. VII § 3. | § 42. 4 φυγὴν ποιῆσαι. Cf. I § 31 § 33 § 34. | Ib. 5 [ἀποκτεῖναι]. | Ib. 9 εἰ δὲ μὴ κατέτυχον pro κατέσχον. Cf. Demosth. 18 § 178 extr. | § 45. 3 τεκμήριον (μέγιστον), nam plura iam audaciae Simonis documenta attulit. | IV § 7. 2 ἄδηλον ὄν. Cf. Thuc. I 2. | § 12. 5 ὅτι pro διότι (ΔΙ dittographia natum ex (ΟΙΜ)ΑΙ). | Ib. 7 dele τοσοῦτον male repetitum ex 4, 5. | Ib. 8 γὰρ (ἂν) προσῆκε et 9 τῆς (ἀπ)ελευθερίας aut, quod malim, τῆς ἐλευθέρας. | § 16. 2 ἀναμφισβητήτως ἄν τι κτέ. | Ib. 5 dele καὶ μάλιστα ᾔδει. Cf. § 15 extr. | V § 3. 4 οὐδεὶς (οὐδέν). | VI § 13 Acute Francken coniecit: εἰ δ' ὑμεῖς αὐτοκράτορες ἀφήσετε, ὑμεῖς ἔσεσθε οἱ ἀφελόντες. Malim tamen: εἰ δ' ὑμεῖς αὐτὸν κρατοῦντες ἀφήσετε κτέ. coll. § 18, simul expunctis vocabulis αἴτιοι ἔσονται post verba ἀλλ' οὐχ οὗτοι. | § 37. 2 Vere Francken κύριαι αὐτῷ, nisi quod praestat κύριαι καὶ αὐτῷ. Sic enim Graeci solent. | § 43. 2 ἐὰν (αὐτὸν) κολάζητε. | VII § 12. 4 ἡγούμενος μᾶλλον εὐλογεῖσθαι ἢ ὥς μοι προσῆκε. Sensum, non verba, assecutus est Halbertsma pro λέγεσθαι coniiciens ἐπαινεῖσθαι. | § 14. 3 διεφθείρετο et οὐθ' ὡς (οὗτος) ἀμπέλοις. Ni feceris, τὸ χωρίον erit subiectum horum verborum, quod absurdum. | § 18 ἀλλὰ καὶ περὶ ὧν ἀποκρυπτόμεθα [μηδένα εἰδέναι καὶ περὶ ἐκείνων] πυνθάνονται. Mox dele verba περὶ τῶν ἐμῶν. | § 25. 6 ὡς (ἐπ)εργαζόμενον [τὰ περὶ τὰς μορίας χωρία]. Cf. § 25 et § 29. | § 26. 5 τὴν δὲ (μίαν) μορίαν flagitat oppositio. | § 27. 3 ὡς τότε διανοούμενος (Impfti Part.) τι ὧν νῦν διαβέβλημαι. | § 35. 2 [τοῖς] θεράπουσιν. VIII § 3. 6 καὶ τολμᾶτε πρὸς, vel, servato καὶ ταῦτα, corrigendum διαβάλλοντες. | § 5. 5 Ἐλευσῖνάδε (με) ξυνθεωρεῖν. | Ib. 9 ὠνομάζετε pro ἐνομίζετε [1]). | IX § 2 ὅτι μὲν οὖν [οὐκ]

1) Thuc. III. 82 notissimo loco (τόλμα μὲν γὰρ ἀλόγιστος ἀνδρία φιλέταιρος ἐνομίσθη) et Scholiastes, qui προσηγόρευσαν, et Dionysius Halicarnasensis, qui ἐκάλουν interpretatur, et Salustius B. C. c. 52, qui h. l. imitans scribit *vocatur*, ante oculos habuerunt veram lectionem ὠνομάσθη.

ἐμοῦ καταφρονήσαντες ἔξω τοῦ πράγματος κτέ. Cf. III § 46. | § 10. 3 τοὺς ἐν τῷ σ(υνεδρίῳ) πλημμελοῦντας, coll. § 6. | X § 23. 2 ὅτι δικαίως (κακῶς) ἀκήκοα et sic corrige XI § 8, sed § 26 et XI § 9 deleatur κακῶς, quod iterum supplendum post εἰρηκότι X § 28. 2. | Ib. 5 post παίδων insere ἀνῃρῆσθαι cl. XI § 10; nam αἰτίαν ἔχειν ὑπό τινος est *accusari ab aliquo*. | XI § 11 δὲ δὶς (ἤδη), coll. X § 30. | XII § 54 an εἰκότως pro δικαίως? | § 88 τελευτήσαντες τὸν βίον ἀπόρως (pro πέρας) ἔχουσι τῆς παρὰ τῶν ἐχθρῶν τιμωρίας, i. e. τιμωρεῖσθαι αὐτοὺς οὐκέτι δύνανται. | XIII § 30. 2 dele Ἀγόρατος. | § 32. 6 παράγουσι (τοῦτον). | § 36. 3 ἐν ᾧ (δ') οὐδέν. Francken νῦν δ' ἐφ' ᾧ οὐδὲν ἔτι ὠφελεῖν δύναισθε, εἰς τὴν βουλὴν — εἰσάγουσι, quod Graecum non est pro ἵνα μηδὲν κτέ. | § 92 ἐπισκήπτοντες γὰρ ἡμῖν ἐπέσκηψαν κτέ. aut ἀποθνήσκοντες γὰρ ἡμῖν (ἐπισκήπτοντες) ἐπέσκηψαν κτέ. Sed illud malim, ut ἐπισκήπτοντες locum cesserit glossemati Cf. § 41. | XIV § 2. 5 φιλοτιμεῖται (αὐτοὺς) τοὺς ἐχθροὺς κτέ. vel (καὶ) τοὺς ἐχθροὺς κτέ. | § 12. 9 βελτίους ἔσονται [οἱ] πολῖται. | § 21. 7 προσῆκε, nam reprehendentis oratio est. | § 28. 6 dele: ἀλλ' ὡς ἄνδρα ἐκείνης. | XVIII 12. 6 dele ὦ ἄνδρες δικασταί, male repetitum. | § 22. 4 dele ἡμᾶς. | XIX § 10. 4 in Palatini lectione μὴ δῶσιν (pro λάβωσιν) latere videtur κερδ(άν)ωσιν. | § 11 καὶ (διὰ) σπάνιν — καὶ τοῦ ἀγῶνος. Non intellego quo sensu Halbertsma deleat posterius καί. | § 13 γεγονότας τε ἐπιεικῶς τῇ (τε cum Reiskio ins.) πόλει κτέ. coll. § 15 κάκιον γεγονέναι. | § 25. 1 τὸ δὲ μέγιστον. | § 51 extr. οἱ τολμῶντες ψεύδεσθαι καὶ συκοφαντεῖν ἀνθρώπους ἀποδημοῦντας pro ἐπιθυμοῦντες, coll. § 50, ὅτι ἀπὼν διεβάλλετο. | § 56 οὐ γὰρ (ἐρῶ) φιλοτιμίας κτέ. | XX § 2. 4 αἱρεθεὶς ὑπὸ τῶν [φυλετῶν] οἵ κτέ. | § 5. 5 ἀλλ' εἴ τις (καὶ) ὀλίγας. | § 9. 1 — 2 ὥστ' — ἀπεκτίννυσαν sunt scholium marginale. | § 13 ἵνα μηδεὶς αὐτῷ διάφορος εἴη [τῶν δημοτῶν]. Immo τῶν πολιτῶν, ut ex ingenti numero (9000) apparet. Sciolo, qui illud adscripsit, fraudi fuit illud δημοτικώτερος in prae-

gressis. In sqq. suspicor: *ἀλλ' ἵνα τὸν μὲν βουλόμενον ἐγγράφοι, τῷ δὲ μὴ* (sc. *βουλομένῳ*) *οἷός τ' εἴη χαρίζεσθαι. Καίτοι οὐχ οἳ ἂν* (*ἐξ ἐλαττόνων*) *πλείους κτέ.* | § 17. 2 malim *ἦγον καὶ ἔφερον*, ut *ἥρπαζον* sit glossema. Cf. § 28. | § 19. 4 sententia postulat *ἀνδρὶ* (*τῷ τυχόντι*) *ἐξαιτουμένῳ*, sive *ἀνδρὶ* (*παντὶ*) cf. Plat. Rep. 331 A extr. | § 27. 2 pro *ἀγαθὸς* requiro *εὔνους*. | § 30 *ὧν δ'* (*αὐτοὶ*) *πρόθυμοι* et mox *διά* (*γε*) *τὴν ἡμετέραν.* | XXI § 24 *οὐδεπώποτε ΗΛΕΗΣΑ οὐδ' ἐδάκρυσα.* Lege *ΗΛΓΗΣΑ* i. e. *ἤλγησα.* | XXII § 4. 3 *ὅτι ἂν βούλησθε ψηφίσησθε.* L. *ὀφείλητε.* Cf. XII § 37. | XXIII § 16 transponendum: *ἐὰν γὰρ διαμνημονεύσητε* (male editur *διαμνημονεύητε*) *ἃ ἐγὼ ὑμῶν δέομαι, οἶδ' ὅτι κτέ.* | XXIV § 2. 5 dele *αὐτοῦ.* | § 10. 6 *ὧν εἷς ἐγὼ ὢν περιπεπτωκὼς κτέ.* cl. XXVI § 3. | § 12. 3 *σιωπᾶν* (*ἄν*). | § 14 *ὡς περὶ* (cum Franckenio) *ἐπικλήρου τῆς συμφορᾶς* [*οὔσης*] *ἀμφισβητήσων ἥκει.* | § 15 partim cum eodem: *ὥσπερ εἰ φοβερῶς ὀνομάσειε, μέλλων* (*δόξειν*) *ἀληθῆ λέγειν, ἀλλ' ουχ, ἂν πάνυ πραόνως μηδὲ ψευδῆ, ταῦτα πείσων.* Nempe illi debeo: *ἂν — πείσων.* Ad *ὀνομάζειν*, in quo vir egregius sine caussa haesit, cf. Dem. 18 § 35 et § 122. | § 17 *τοῖς ΔΕΤΕΡΟΙC ἐξαμαρτάνουσιν.* L. *ΔΕΓΕΡΟΥCιν* i. e. *τοῖς δὲ γέρουσιν κτέ.* | XXV § 1. 5 (*δι*)*ειδότες* | § 20. 3 dele *πάσχειν;* sin minus, post *ἡγεῖσθαι* inserendum foret *ποιεῖν.* | XXVI § 4. 7 dubitabundus propono *ἀναλώματα* pro *ἀναθήματα.* | § 5. 3 *οὐκ* (*ἔτι*) *ἔξεστιν.* Cf. Cob. Mnem. III. 296. | § 9. 6 *πόλεως, ἣν πρωτεύουσαν* (pro *πρότερον*) *παραλαβόντες — ἐλωβήσαντο.* Cf. Plat. legg. III p. 692 D. | § 12. 2 dele *ἀρχῶν.* | § 13. 3. *ὅταν* (*τὴν διάνοιαν*) *γένωνται ἐν ἐκείνοις τοῖς χρονοις.* | § 14. 3 *ἐὰν δὲ νῦν τοῦτον.* | § 18. 3 dele *τοὺς συλληφθέντας.* | § 19. 2 *παρὰ* frustra impugnatur. Cf. Herod. I. 86 § 6. Soph. Trachin. 589. | XXVII § 4. 6 dele *καὶ τῶν δώρων* cl. § 3 extr. | § 9. 7 (*ἐκ πλουσίων*) *πένητες.* | § 16. 8 dele *ποιεῖτε.* | XXX § 5. 2 *λόγον ἀποφέρουσι* pro *ἀναφέρουσι.* | § 11. 5 *ὥστ'* (*αὐτῇ*) *τῇ ἡμέρᾳ.* | § 12. 2 *τις* (*ἴσως*) cl. § 13. 4. | § 18. 7 *τῆς γ'*

εὐτυχίας ἕνεκα. | § 21. 5 *ὡς (εἰς) εὐσέβειαν κτέ.* | § 29. 5 *οὐ(δέν).* | § 30. 4 *(αὐ)τοῖς.* | § 34. 2 dele *τῶν κατηγόρων.* | XXXI § 4. 7 *λεγομένων (μόνων).* | § 5. 5 *ἀκινδύνως* pro *ἀνεπιτηδείως* cl. 6 *τὸ μέρος τῶν δεινῶν.* | § 15. 2 *(ἐπι)γενομένην.* Cf. Dem. XXXVI § 7. Verbum simplex otiosum foret. | § 20. 4 *δίκαιον* pro *ἱκανόν.* | § 24. 6 *σωφρονέστερον — ὕστερον. φασι, τῶν ἔργων κτέ.* pro *ὕστερον πᾶσι τῶν ἔργων.* Locutio est proverbialis. | XXXIV § 2. 2 *(ἡ) πάντων.* Fr. 31. 5 *οἷα τοῖς μὲν ἄλλοις* et in fine fragmenti *οἷάπερ οὗτος.* | Fr. 45. 1 Utrum *ἀπέδυ* an *ἀπεδύετο*? Si hoc probatur, fortasse simul corrigendum *ὀργῆς δὲ (ποτε) γενομένης.* Mox pro *ἔχθραν* expectaveram *ἔριν.* Alia, quae hic repetere nil attinet, reperies in editione mea *selectarum Lysiae orationum*, quae prodiit Groningae anno MDCCCLXIII sumptibus heredum C. M. van Bolhuis Hoitsema. Inibi ex codd. Dionysii Italicis a me primo collatis (in quorum numero est optimus Laurentianus Pl. LIX 15 membr. sec. XII) paullo emendatiorem edidi orationem in Diogitonem et iudicium critici Halicarnasensis de Lysia

CORRIGENDA.

Pag. 14. vs. 5 *legitur* Prom. *corrige* Phil.
» 21. » 26 *dele verba* adverbium — dialectus.
» 38. » 13 *ἔφερε* tamen fortasse dubitationi est obnoxium.

Digitized by Google